TRENT UNIVERSITY

LIBRARY
OF RELIGION

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/corpusscriptorum32p4unse

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXII

## S. AMBROSII OPERA

PARS IIII

EXPOSITIO EVANGELII SECVNDVM LVCAN

EX RECENSIONE

CAROLI SCHENKL

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCCII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

# SANCTI
# AMBROSII OPERA

PARS QVARTA

## EXPOSITIO EVANGELII SECVNDVM LVCAN

RECENSVIT

CAROLVS SCHENKL

OPVS AVCTORIS MORTE INTERRVPTVM ABSOLVIT

HENRICVS SCHENKL

PRAGAE
F TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK and LONDON

First reprinting, 1962, Johnson Reprint Corportion

LR
BR 60 . C 6 V.32, pt.4

Printed in Germany

Lessingdruckerei Wiesbaden

# PRAEFATIO.

## I.

Commentarios in Lucae euangelium qui hoc uolumine continentur, ab Ambrosio ipso ex sermonibus, quos in ecclesia Mediolanensi habuerat, concinnatos esse neminem qui uel obiter hunc librum euoluerit fugere potest. sufficiet certe libri VIII s. 73 (428, 23 sqq.) inspicere, in qua memoria diei natalis sacerdotii olim sibi oblati renouata populum adloquitur, uel paulo post s. 76 (430, 17 sqq.), quo loco utpote episcopus cuiusdam de grege Christiano publice castigandi iure utitur, uel libri VII ss. 52 et 53 (303, 3 sqq.), quibus populum testem adhibet grauissimae, qua ecclesia proxime agitabatur, persecutionis. porro ipse uerbis quae leguntur 301, 22 *in hodierno tractatu*[1]) et 511, 19 *conplendi sermonis* satis indicat e cathedra haec se ad populum locutum esse. sacrae quoque scripturae ante sermonem recitatae mentio inicitur, uelut 373, 9 *quod hodie lectum est;* 428, 22 *pulchre mihi hodie legitur legis exordium;* 486, 20 *uterque de quibus proposuimus euangelistae.* denique nonnumquam audientes uerbo sollemni *fratres* adpellat (uelut 66, 19; 441, 6), eos commonet hortatur redarguit, qua in re non solum totum gregis coetum sed etiam sexus aetatesque singillatim respicit (cf. 52, 16; 23).

Simul quibus anni temporibus sermones quidam de euangelio secundum Lucan habiti sint certis indiciis edocemur. etenim IIII, 76 (177, 10) diei festi Epiphaniorum tamquam proxime

[1]) Quod in libro de patriarchis 4, 21 commentarios in Lucan designat uerbis usus his: *ut docuimus tractatu habito in euangelium,* noli nimium hic uerbo *tractatu* tribuere. ad tertium enim librum haec spectant (s. 41), quem numquam ad populum praedicatum esse infra demonstrabimus.



37016

praeterlapsi mentionem facit. unde colligitur hunc sermonem primo fere anni mense habitum esse. deinde VIII, 73 (428, 23) eum diem quo ad populum uerba faciat, olim natalem sacerdotii sui fuisse ac paulo post s. 90 (435, 22) hunc natalem in dominicam incidisse commemorat[2]). qua cum re bene conuenit quod Augustinus narrat (Conf. VI 3, 4) Ambrosium omni die dominica ad populum uerba fecisse. ceterum eos errare puto qui Ambrosium euangelium ita exposuisse credunt, ut dominicis se excipientibus capitum et uersuum ordinem anxie seruaret; id quod editoribus Maurinis uisum est. quos secutus Ihm p. 24 sermones istos ab Ambrosio anni fere spatio habitos

[2]) Usus est his locis M. Ihm (Studia Ambrosiana in suppl. annalium philolog. uol. XVII p. 25 adn. 88), ut Tillemontii impugnaret opinionem, qui Ambrosium d. 7. Dec. a. 374 episcopum ordinatum esse contendit (cf. Mémoires pour servir à l' histoire ecclés. X p. 732—733 adn. 2) testimoniis nisus Theophanis (chronogr. p. 94), Paulini (in uita S. Ambrosii c. 8), martyrologii Romani. e quibus primus a. p. Chr. n. 374, alter ante Valentiniani I. mortem id est ante d. 17. Nov. a. 375 Ambrosium episcopum ordinatum esse testantur; martyrologio autem edocemur Mediolani semper d. 7. Dec. ut ordinationis Ambrosii natalem celebratum fuisse. ab his testibus non multum differt Hieronymus, qui in chronico ad a. Eus. 2391 Valentiniani undecimum haec adnotat: *post Auxentii seram mortem Mediolani Ambrosio episcopo constituto omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.* argutius quam uerius puto ageret qui uerba magis quam sententiam secutus Hieronymum non ipsam ordinationem sed ea quae post Ambrosium ordinatum euenerant designare contenderet; maioris autem momenti est, quod imperatoris annus XI etiam ad a. p. Chr. n. 374 quadrat, quoniam Valentiniani anni a. d. V. kal. Mart. incipiunt, quodque dies ab Hieronymo indicatus, siquidem alius fuit, ab illo 7. Dec. 374 non plus duobus mensibus abesse potest. argumentum autem quo Ihm usus est, scilicet d. 7. Dec. a. 386, quo anno Ambrosium commentarium in Lucae euangelium scripsisse existimat, in diem dominicam non cadere, nihil ualet, quoniam falsa Maurinorum opinione nititur, qui Ambrosium in sermonibus quos ad populum fecit seriem euangelii religiose secutum esse autumant; de qua re mox amplius agendum erit. immo nihil obstat quominus uerba illa ab Ambrosio d. 7. Dec. a. 385, qui dies in dominicam incidit, pronuntiata fuisse putemus. cf. praeterea quae de hac quaestione exposuit G. Rauschen Jahrbücher der christl. Kirche unter dem Kaiser Theodosius dem Grossen Frib. Brisig. 1897 p. 564 adn. 2.

esse coniecit. at opinio ista quo nitatur non habet; immo uariis temporibus eum uarias euangelii partes, ut aut occasio dabatur[3]) aut ecclesiae usus postulabat, exposuisse uerisimile est. etenim Ambrosius si tamquam iusto commentario euangelium Lucae ut prosequeretur sibi proposuisset, uix tot libri sancti partes easque satis graues silentio praeterisset[4]). ex his igitur sermonibus Ambrosius librum composuit, sed ita ut in conficiendo opere quaedam quae ad populum locutus erat recideret, alia uero adderet. atque illud se fecisse uno saltem loco diserte ipse episcopus indicat his uerbis quae 457, 4 sqq. leguntur: *sequebatur de uidua locus* (scil. Luc. 21, 1—4), *quam quoniam iam in libro quem de uiduis scripsimus praedicauimus nunc sequestramus.* quae uerba omnino intellegi non

[3]) Luculentum huius rei exemplum adfert epist. XLI a. 388 Aquileiae scripta et ad sororem missa. qua Ambrosius narrat occasionem sibi oblatam se adripuisse ut in Theodosio praesente nimiam seueritatem, qua ille in monachos Callinicenses statuerat, exprobraret euangelii sec. Lucan c. 7 uu. 36—50, quos omnes lector recitauit, expositis. et profecto operae pretium faciet, qui sermonem hunc cum commentarii in Lucan l. VII ss. 12 sqq. comparauerit.

[4]) Praeterea animaduertas uelim Ambrosium non solum saepissime Matthaei Marci Iohannis uerba et sententias respicere inque iis exponendis operam consumere, sed etiam hic uel illic ex professo a ceterorum euangeliorum uersibus initium praedicandi sumere. uelut quae in libro quarto 142, 9 ponuntur sacrae scripturae uerba, sine dubio olim a lectore recitata, non e Lucae (id quod fugerat patrem meum) sed e Matthaei euangelio petita sunt et itidem uerba illa *quadraginta . . . dies* (147, 3) apud Matthaeum inueniuntur. en habes homiliam in Matthaeum libri quarti ss. 7—16 conprehensam. deinde episcopus se non Lucae sed Marci et Matthaei uerba tractare ipse nisi fallor indicat uerbis quae 486, 20 exstant *uterque de quibus proposuimus euangelistae.* etenim proponendi uocabulo scriptores ecclesiastici utuntur, ubi de pericopis sacrae scripturae a lectoribus recitatis uerba faciunt; cf. Ambrosii ep. XLI s. 27 *Ubi descendi, ait* (scil. Theodosius imperator) *mihi: de nobis proposuisti. respondi: hoc tractaui quod ad utilitatem tuam pertineret.* omnino autem multae libri decimi partes ita conformatae sunt, ut non Lucan. sed harmoniam quandam ut aiunt euangeliorum in Christi passione tractanda sequi uideatur Ambrosius.

possunt nisi existimaueris Ambrosium hoc loco quaedam omisisse quae in ecclesia locutus erat euitaturum *ne in eadem sit recursus* (ut ipse ait 337, 17), quoniam satis apta ei uidebantur quae olim in libro de uiduis (5, 27 sqq.) uel potius in sermonibus e quibus liber ille compositus est exposuerat. simul uero adparet uerba ista, quibus euangelii locus (Luc. 21, 6) quaeque de eo disserit scriptor mirum in modum diuelluntur, postea demum inserta esse. neque aliter iudicandum est de aliis quibusdam locis, quibus Ambrosius legentes ad libros a se scriptos reuocauit, uelut IIII, 50 (163, 14) *diximus enim in alio libro*; IIII, 48 (162, 15) *sed de hoc plenius scripsimus cum de uiduis scriberemus*; VII, 68 (311, 1) *quem locum in his quos de fide scripsi libellos memini non esse praeteritum,* cui similia sunt quae leguntur VIII, 95 (437, 14). talia autem quis credat episcopum in ecclesia ad populum locutum esse? praeterea duo loci, utpote in tertio libro postea addito exstantes, huc referendi sunt, III, 32 (122, 16) et 38 (127, 5). contra nonnumquam Ambrosium talibus uerbis uti obseruamus, qualia sacerdotem ad populum sermocinantem adhibuisse credibile est: ut II, 62 (74, 21) *cuius merita cum alibi descripscrimus, cum uiduas hortaremur;* VI, 31 (244, 18) *de quo plenius diceremus, nisi a nobis ipsis tractatum alibi recordaremur;* VII, 127 (337, 17) *quoniam alibi uberius tractatum esse reminiscimur praestrinxisse satis est, ne in eadem sit recursus.* atque haec etsi ab Ambrosio in sermonibus pronuntiata esse non sine ueritatis specie est, tamen illa enuntiata tantum non omnia postea ab Ambrosio, cum in concinnando libro uersaretur, inserta esse putauerim. ceterum quam parum accurate in eiusmodi locis retractandis rem egerit Ambrosius, luculentissime demonstratur libri, quem de uiduis scripsit, exordio; ibi enim legitur: *Bene accidit, fratres, ut quoniam tribus libris superioribus de uirginum laudibus disseruimus, uiduarum tractatus incideret*[5]). iam uides in uno

[5]) Similia sunt quae leguntur 216, 10; ubi cum per totum librum quintum inde a s. 11 ad singulos auditores se uerba facere finxerit, semel pluralem numerum (*uidete*) interponit Ambrosius.

eodemque enuntiato librorum mentionem et compellationem, quae oratoris est, consociari.

Sed haec leuiora sunt. at totum librum tertium ab Ambrosio non ex sermonibus olim in ecclesia habitis compositum sed libellum esse lucernam olentem et domi elucubratum chartisque mandatum non solum materia nos edocet arida et a praedicantium usu aliena sed etiam uox illa *frater* III, 50 (137, 7), quam una cum totius libri argumento ex Eusebii Caesareensis libro qui inscribitur περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαφωνίας deprompsit[6]. ex eodem fonte fluxerunt quae in libri X ss. 147—184 ab Ambrosio proferuntur, et ipsa certe parum idonea quae diebus dominicis coram populo indocto tractentur. quae cum ita sint, iam nihil aliud restat nisi ut statuamus episcopum libros illos Eusebii suo more latino sermone interpretatum esse eo consilio ut uiro cuidam ecclesiastico donum mitteret, postea uero, cum in Lucae expositione retractanda uersaretur mutato consilio opusculum illud nouo libro inseruisse.

## II.

Ea quae modo disputauimus in temporum rationibus explorandis, ad quam quaestionem tractandam iam accedimus, non neglegenda esse adparet. etenim si constat Ambrosium cum librum concinnaret additamenta quaedam inseruisse, temporum indiciis, quae in eiusmodi locis insunt, operis in lucem editi, non sermonum ad populum habitorum tempus accuratius definiri consentaneum est. praeterea etiamsi constaret locos illos, quibus ad libros de uiduis a. fere 378 editos (cf. II, 62; IIII, 48, 50; X 6), ad libellum de uirginitate haud multo post scriptum (cf. VII, 127), ad libros III IIII V de fide eodem fere tempore confectos (cf. III, 32; VII, 68; VIII, 95), denique ad libros de spiritu sancto, qui a. 381 adtribui solent (cf. VI, 31), reuocat, iam in sermonibus ab

[6]) Cf. excerpta Eusebii in Mai Nouae patrum bibl. uol. IIII p. 218 sqq. edita. ibi p. 254, 27 haec leguntur: ταῦτά σοι ἐξ ἡμῶν, ἱερώτατε ἀνδρῶν καὶ φιλοπονώτατε υἱὲ Στέφανε, γνησίας ὄντα δείγματα διαθέσεως ἀνακείσθω.

Ambrosio pronuntiatos esse, tamen haud multum lucri ex iis caperemus, quoniam cuncta scripta ista ad remotiora tempora pertinent. neque iuuant in Esaiam prophetam commenta II, 56 (71, 20) commemorata, quippe quae quo tempore confecta sint prorsus incertum sit. unus tamen inter locos istos exstat, quo initia commentarii in Lucan paulo artioribus temporum finibus concludantur, dico III, 38 (127, 5), ubi Ambrosius apologiae Dauid mentionem inicit. qui libellus cum ante a. 383 mensem Augustum quo tempore Gratianus occisus est scriptus non sit[7]), id quidem certiores facti sumus librorum Eusebianorum uersionem post illum annum confectam esse.

Sed exstant alia eaque certiora temporum indicia. et primum quidem extra dubitationem est ea quae VII, 52 (303, 3 sqq.) leguntur aduersus Mercurinum cui postea Auxentio nomen inditum est Arrianae fidei episcopum dicta esse, in quem itidem inuehitur Ambrosius in sermone contra Auxentium de basilicis tradendis (ep. 21, ss. 15—17. 22. 24). quem cum in commentario uestitum ouis, facta praedonis habere dicat Ambrosius, in sermone uero iam queratur quod per ecclesias iubeantur eici catholici sacerdotes et haec episcopi manu scripta et ore dictata esse, satis luculenter puto adparet eo tempore quo Ambrosius de euangelio uerba fecit Auxentium nondum aperte bellum intulisse orthodoxis. sed utut est, haec uerba initio fere a. 386 pronuntiata esse constat. rursus ex eo quod VII, 178 (361, 23) martyres Felix Nabor et Victor laudantur[8]), Geruasii

[7]) Immo uerisimile est conscriptum eum esse aliquot mensibus postea. nam quae ibi leguntur s. 27 *inde adhuc nobis barbarus hostis insultat, dum parata aduersum se in nos arma uertuntur* Iuthungorum incursionem quin spectent dubium non est; in qua describenda isdem fere uerbis ad Maximum usus est episcopus (cf. ep. 24, 8) *dum tu Romanum militem occupas, dum is aduersum se utrinque praetendit.* haec autem cum inter primam et secundam Ambrosii legationem acta sint, iam anno 384 potius apologiam Dauid adscribendam esse putauerim.

[8]) In duobus tantum classis χ libris, *E* et γ, post *Victor* haec inserta leguntur *Geruasius et Protasius et Nazarius.* quae cum in uetustissimo huius classis exemplo, in libro Sancti Galli *G*, non exstent, non ante saec. X inserta esse adparet.

uero et Protasii nomina non commemorantur, iure ac merito Ihm collegit uerba ista Ambrosium ante duorum illorum sanctorum corpora inuenta, id est ante eiusdem anni aestatem[9]) locutum esse. deinde VII, 238 (388, 14) de hymnorum et psalmorum cantu in ecclesia instituto mentio fit, quem usum ipsis illis diebus ab Ambrosio introductum esse Augustinus testatur Conf. VIII, 7. 15.

Inprimis autem dignus est qui accurate examinetur locus ab Ihmio et Rauschenio neglectus, in quo explicando nuper praeter rem lites sibi intendisse mihi uidentur uiri docti[10]). etenim II 36 sq. (61, 6 sq.) censu ab Augusto instituto, cuius in Lucae euangelio mentio fit, mystica ut solet explicandi ratione usus Ambrosius censum animorum i. e. professionem fidei Christianae per totum orbem crescentem praefigurari contendit. itaque euangelizantes censoribus comparantur (mirum in modum in censendi uerbo interpretando errauit Jostes), quibus placidissime et mitissime censentibus i. e. praedicantibus multas gentilium nationes Christianam religionem professas esse et martyrum sanguine pretioso confirmasse laetatur Ambrosius. cuius rei ne exempla desint, Gothos et Armenios commemorat his uerbis usus: *Gothis non imperabat Augustus, non imperabat Armeniis, imperabat Christus. accéperunt utique Christi censorem qui Christi martyras ediderunt.* quae uerba ab Ambrosio scripta esse possé negat Jostes (ut aliorum somnia omittam) postquam omnes paene Gothi Arrianam fidem amplexi sint; id quod iam eo tempore quo Ulfilas obiit, scilicet a. 383[11]), factum esse uerisimile est. at Ambrosius non de huius temporis Gothis, sed de antiquis illis, qui incorruptam fidem amplexi sunt, se uerba facere diserte iis quae sequuntur in-

[9]) Cf. quae hac de re exposuit Rauschen p. 244 adn. 2.

[10]) Cf. quae disputauit F. Jostes in dissertatione 'Das Todesjahr des Ulfilas und der Uebertritt der Goten zum Arianismus' annalibus qui inscribuntur Beiträge zur Geschichte der deutschen Sprache und Litteratur uol. XXII p. 158 sqq. inserta.

[11]) Cf. quae Fr. Kauffmann docuit in Texte und Untersuchungen zur altgermanischen Religionsgeschichte I. p. LXI sqq.

dicat: *et ideo fortasse* (sc. Gothi et Armenii illi antiqui) *nos uincunt, ut praesentia docent, quoniam quem illi oblatione sanguinis fatebantur huic Arriani quaestionem generis inferebant.* satis patet quid significare uoluerit Ambrosius; *pudeat nos necesse est,* inquit, *quod nos hoc tempore Arrianam pestem omnia inuadere patimur, cum rudes illae ac ferae nationes iampridem pro uera fide sanguinem obtulerint* [12]). atque hac ex parte difficultatem uerba ista non praebent; immo si quid difficultatis habent, in Augusti mentione iniecta id quaerendum est. etenim quicunque sectiones istas perlegerit, facile concedet summo studio id demonstrare Ambrosium, censum non Augusti sed Christi esse, non Augustum barbaris gentibus imperasse sed Christum. quod casu tantum uel sine ulla causa hic positum esse si quis sibi persuaserit, habeat: mihi non persuadebit. circumspicienti igitur quinam imperator Gothis et Armeniis imperasse putandus sit, statim in mentem mihi uenit Pacati panegyricus in Theodosium a. 389 habitus, in cuius s. 22 haec leguntur: *dicamne ego receptos seruitum Gothos castris tuis militem terris sufficere cultorem?* et post pauca: *Persis ipsa — —, quicquid umquam in principes nostros inclementius fecit, excusat obsequio;* eundemque Theodosium propter Gothos receptos Themistius, qui Scythas eos adpellat, in oratione XVI a. 383 habita laudat (p. 256, 21 sq. ed. Dind.), Armeniam autem Caesarem breui recuperaturum esse confidit (p. 259, 7). atque re uera partitione illa facta a. fere 387 (cf. quae Baumgartner exposuit in Pauly-Wissowa Realencyclopaedie II 1185 sq.) ueteres inter Persas et Romanos lites compositae sunt effectumque est, ut secura Armeniae possessione inde ab hoc tempore Romani fruerentur. itaque cum in Theodosio ista laudare soleant adulatores, ab Ambrosio uerba illa de quibus agitur contra Theodosium dicta esse uidentur haud multo post a. 387. quod in Ambrosio uix mireris, quippe quem tunc usque ad a. 390 saepius cum

[12]) Cf. praeterea quae leguntur 460, 20 *euangelii praedicatio, cui iam Gothi et Armenii crediderunt.*

Theodosio rixatum esse referant huius temporis annales. denique pulcherrimam illam pacis laudem quae VIIII, 32 (450, 8 sqq.) legitur ante Maximi obitum, qui occisus est anni 388 autumno, conscribi non potuisse rectissime ut mihi quidem uidetur Rauschen p. 495 adfirmat neque satis intellego quibus argumentis adductus sit Ihm (p. 26 adn. 89), ut anno 386 exeunte uel ineunte sequenti talia dicta scriptaue esse existimaret. hoc enim tempore etsi Mediolani tumultus aliquantum sedati erant minime tamen per totam Italiam dissensionum procellae, id quod planis uerbis Ambrosius praedicat, deferbuerant.

His igitur omnibus quae disputauimus comprehensis etsi non euincitur tamen uerisimile fit Ambrosium iam inde ab a. 385 Lucae euangelio per sermones exponendo operam dedisse idque opus per duos annos insequentes continuasse. a. uero 389 totum librum iam in publicum prodiisse eo edocemur, quod Hieronymus in praefatione, quam Origenis in Lucan homiliis latine uersis praemisit, Ambrosiani operis mentionem facit (cf. huius praefationis cap. V). uersionem autem istam ab Hieronymo a. 389 aut 390 editam esse ipsius testimonio confirmatur (de uir. ill. c. CXXXV; cf. Rauschen p. 314). utrum uerba quibus usus Ambrosius in expositione psalmi CXVIII ad commentarium in Lucan legentes reuocat (cf. 14, 38 *de quo quoniam alibi putauimus tractandum*) sermonem in ecclesia habitum spectent an librum iam editum, disceptare uix ausim. reliqui eiusmodi loci (sunt autem hi: de patr. 4, 21; expos. ps. XL s. 38; de institut. uirg. 6, 42; denique ep. LXIII ad Vercell. ss. 109 et 110, quas e commentarii in Lucan lib. X ss. 129—132 desumpsit Ambrosius) ad tempora huius libri accuratius definienda nullius momenti sunt.

## III.

Quaestione de tempore quo expositio euangelii secundum Lucan composita est expedita iam ad alias res accedamus explicandas. ac primum quomodo inscripserit Ambrosius librum

e sermonibus concinnatum si quaeris, neque ex hoc opere neque ex aliis eius scriptionibus de hac re quicquam erui posse scito: etenim tribus locis quibus in tractatibus postea compositis legentes ad commentarium in Lucan reuocauit suo more simpliciter uerbo *alibi* usus est (in ps. CXVIII 14, 38; in ps. XL s. 38; de instit. uirg. 6, 42), quarto (de patr. 4, 21) *tractatu habito in euangelium* legitur. apud Cassianum autem contra Nest. VII, 25 et Augustinum de gratia Christi 44, 48 locis ex Ambrosii libro excerptis adscriptum est *in expositione euangelii secundum Lucan.* similia his sunt quae apud Augustinum aliis eiusmodi locis inueniuntur, uelut *in expositione euangelii Lucae* uel *cum exponeret* (uel *exponens*) *euangelium secundum Lucam.* denique in Cassiodori commentario in psalmos VI, 1, 9, quo loco Ambrosii liber commemoratur, haec leguntur *in expositione Lucae euangelistae* atque Beda, qui in huius euangelii interpretatione Ambrosium permultis locis secutus est, operi suo inscripsit *In Lucae euangelium expositio.* quae cum ita essent, titulum cuius testes sunt Cassianus et Augustinus recipere non dubitauimus (ita tamen ut *Lucan* scriberemus, nam hac accusatiui forma Ambrosium in ipsa interpretatione usum esse melioribus codicibus comprobatur). quodsi cum ista inscriptione contuleris titulos qui in libris manuscriptis aut toti operi aut singulis libris praefiguntur, ne in iis quidem, etsi in talibus rebus librarios summa licentia usos esse constat, tituli quem ut genuinum elegimus uestigia prorsus deesse agnosces.

Hanc quaestionem altera excipiat de numero et ambitu librorum in quos Ambrosius commentarium diuisit. qua de re disputaturis nobis ab Augustini testimonio proficiscendum est, qui in libro de gratia Christi 45, 49 et 50 uerba quaedam Ambrosii, quae secundum editiones in l. X s. 89 (489, 15 sqq.) et 91 (490, 9 sqq.) leguntur, ad n o n u m librum rettulit. idem in eadem scriptione 44, 48 quae nunc II, 8 exstant, s e c u n d o, quae autem VI, 25 et VII, 27 s e x t o libro adscripsit. unde patet Augustinum in codice quo utebatur non solum opus Ambrosianum in nouem libros diuisum, sed etiam

duos illos libros qui in editionibus segregantur, sextum dico et septimum, in unum contractos repperisse. Augustini autem auctoritati cum in hac quaestione tractanda plurimum tribuendum sit, id quod iam rectissime obseruauerunt editores Maurini, nihil certe nobis antiquius esse debet quam ut inuestigemus quinam codices in librorum diuisione cum Augustini testimoniis concinant. itaque ut legentium commodo consulatur, quae sint singulorum codicum uel classium in hac re rationes tabula proposita describere uisum est, in qua numeris uncinis inclusis uersuum huius editionis qui singulis libris continentur numeri indicantur.

<table>
<tr><th>editiones</th><th>A m1</th><th>A² m</th><th>σ [13]</th><th>Aug.</th><th>χ</th><th>α C</th><th>P [14]</th><th>B</th><th>X</th><th>Exc. Aureli-anensia</th></tr>
<tr><td>I (740)</td><td></td><td rowspan="4"></td><td>I</td><td></td><td>I</td><td>I</td><td rowspan="2">I (2100)</td><td rowspan="2">I</td><td rowspan="2">I</td><td rowspan="2"></td></tr>
<tr><td>II (1360)</td><td>II</td><td>II</td><td>II</td><td>II</td><td>II</td></tr>
<tr><td>III (980)</td><td>III</td><td>III</td><td rowspan="3"></td><td>III</td><td>III</td><td>II</td><td>II</td><td>II</td><td>III</td></tr>
<tr><td>IIII (960)</td><td>IIII</td><td>IIII</td><td>IIII</td><td>IIII</td><td>III</td><td>III</td><td>III</td><td>IIII</td></tr>
<tr><td>V (1270)</td><td>V</td><td rowspan="2">V</td><td rowspan="2">V</td><td>V</td><td>V</td><td>IIII</td><td>IIII</td><td rowspan="2">IIII (2490?)</td><td>V</td></tr>
<tr><td>VI (1220)</td><td rowspan="2">VI</td><td rowspan="2">VI</td><td rowspan="2">VI (3880)</td><td rowspan="2">VI</td><td rowspan="2">V</td><td rowspan="2">V</td><td>VI</td></tr>
<tr><td>VII (2660)</td><td rowspan="5"></td><td>VI</td><td rowspan="5"></td><td>VII</td></tr>
<tr><td>VIII, 1—64 (768)</td><td rowspan="4"></td><td rowspan="2">VII</td><td rowspan="3"></td><td rowspan="2">VII (1100)</td><td>VII</td><td rowspan="4"></td><td rowspan="2">VI</td><td rowspan="4"></td></tr>
<tr><td>VIII, 65—96 (336)</td><td>VIII</td></tr>
<tr><td>VIIII (624)</td><td>VIII</td><td>VIII</td><td>VIIII</td><td>VII</td></tr>
<tr><td>X (1800)</td><td>VIIII</td><td>VIIII</td><td>VIIII</td><td>X</td><td>VIII</td></tr>
</table>

[13]) Cod. Cassinensis s. XI de quo infra exposui p. XXV adn. 25.

[14]) In codice *L* inscriptiones primi et secundi tantummodo libri leguntur; sed interuallis post libros III IIII V VII positis hunc codicem quantum ad singulorum librorum diuisionem adtinet a *PB* non discrepare docemur.

Itaque paucis uerbis ut comprehendamus quae ipsa tabula tamquam uoce emissa demonstrat, primum manifestum est codices *PBL* eandem librorum discriptionem praebere, quibus classis *X* similis est propter libros I et II in unum coniunctos, dissimilis autem eo quod libro quinto sine ulla distinctionis signo sextum continuat, qua in re cum libri Bobiensis (*A*) correctore consentit. in hoc autem libro uetustissimo decurtato cum librorum II III IIII V. VI tantum aut subscriptiones aut inscriptiones supersint, ambiguum est utrum in posterioribus libris discribendis cum χ an cum *α*C concordauerit dum integer fuit. sed quoniam classis χ sola cum Augustini testimoniis concinit, uix puto absurdum est conicere, in *A* quoque exemplo optimo olim istam librorum diuidendorum rationem adhibitam fuisse simulque eam ab ipso Ambrosio profectam esse. denique quod in libro, ex quo excerpta Aurelianensia ducta sunt, solo eadem quae in editione Amerbachii obseruatur librorum discriptio inuenitur, id casui magis tribuendum puto; nam cum editio illa e codice quodam classis χ fluxerit, uerisimilius est editorem librum sextum propter nimium ambitum in duas partes discidisse. iam uero uides, si recte haec disputata sunt, non id egisse Ambrosium siue cui librorum ista discriptio debetur, ut aequum quendam in singulis libris conformandis modum obseruaret. ceterum confinia librorum III et IIII atque VIIII et X quae nunc in omnibus libris exstant ab ipso Ambrosio constituta esse certum est propter prooemia iusta libris IIII et X praefixa.

In codicibus quibusdam praeter librorum discriptionem capitum quoque series numeratur, de qua re alio loco agendum erit cf. p. X XVIIII sqq.). atque talem capitum distinctionem eamque duplicem (numerantur enim euangelii capita XXIII et sectiones CVII minores) in Amerbachii quoque editione scito exstare indeque capita illa CVII in Erasmiana ceterisque editionibus propagata esse, donec Maurini molesto illo usu abrogato libros in sectiones quibus nunc utimur discripserunt. in Maurinorum autem numerandi ratione consulto nihil nouauisse patrem meum, ne eis qui hoc libro uti uellent difficultates adferrentur, uix est quod moneam.

## IIII.

Sequitur ut de fontibus quibus Ambrosius in commentario conficiendo usus est quaestionem instituamus. atque multorum qui ante eum huic euangelio interpretando operam dederant libros se adhibuisse haud paucis locis ipse testatur. sic p. 528, 16 *hoc quoque* inquit *diligentibus scriptoribus placuisse repperio.* ac saepe diuersas scriptorum interpretationes adfert talibus usus uerbis *alii . . . accipiunt, alii . . .* (370, 5), *plerique putarunt* (268, 15), *diuersas habet (comparatio) quaestiones plurimorum* (366, 11), *haerent plerique* (476, 23), ut alia omittam; quibus iam quae ipse sentit adnectit. aliis locis disputat de hominibus quibusdam otiosas quaestiones serentibus (ueluti 107, 9; 236, 1) eosque refellit et castigat. sed si eos locos excipias, quibus Arrium Photinum aliosque haereticos impugnat, numquam ullius nominis mentionem facit. quam ob rem nisi aliorum scriptorum qui restant libris in comparationem uocatis hanc quaestionem solui non posse patet. quodsi qua ratione omnino in libris componendis Ambrosius uersatus sit respicimus, iam suspicemur necesse est eum in hoc opere conficiendo eandem fere uiam, qua (ut uno alteroue exemplo utar) in Examero uel in scriptione de Cain et Abel progreditur, ingressum esse, nimirum ut e magna librorum quos inspexit copia quosdam eligeret quos potissimum duces sequeretur. atque hoc modo eum in Luca quoque exponendo rem egisse comprobatur. etenim ut in illis tractatibus Basilium et Philonem, ita in huius operis libris primo et secundo Origenis in Lucan homilias expilauit ita, ut eius explicatio fere tota pendeat ab eis quae apud Origenem leguntur. si contuleris quae uterque communia habet (quorum laterculum praebet index locorum huic uolumini adiunctus), uidebis Ambrosium in quibusdam uerbum pro uerbo reddidisse, plerumque autem locorum sententias ex Origene sumptas suis uerbis explicauisse. miro autem casu accidit ut cum Origenis homiliae ab ipso graece conscriptae paucis quibusdam fragmentis exceptis perierint, iam nobis, ut Origenis expositionem recuperemus, adeunda

sit interpretatio homiliarum ab Hieronymo eo consilio confecta, ut Ambrosii operi utpote parum laudabili suum supponeret; de qua re cap. V fusius agemus. ultra librum II uero Ambrosius Origenis homiliis non usus esse uidetur.

Fortasse autem alios quoque Origenis libros Ambrosius in hoc opere respexit. certe quae p. 374, 14 sqq. exposuit, ignis quo scelesti apud inferos cruciantur stridorisque dentium imaginibus stimulos conscientiae significari dictitans, conueniunt cum Origenis de hac re sententia, de qua disputauit Huetius Origen. lib. II quaest. 11. item ad Origenem redire uidentur ea quae de magis eorumque ortu atque arte p. 67, 24 sqq. leguntur. de qua re Origenes in hom. XIII in Num. c. 7 (XII, 675 M.) disseruit; quamquam hoc loco fortasse simul Eusebium de quo mox loquemur respexit.[15]). neque dubito quin plures etiam eiusmodi loci in hoc commentario inueniantur, quos omnes eruere atque illustrare ut uires meas superat ita a consilio huius editionis alienum esse puto.

De Eusebii opere quod est de euangeliorum discrepantia ab Ambrosio adhibito iam in iis quae praecedunt disputauimus (cf. p. V). praeter quem librum historiam quoque ecclesiasticam ab Eusebio compositam tribus locis respexit. atque locum de Herodis origine (III 41) ad uerbum fere expressit ita tamen ut nequaquam hanc narrationem extra omnem dubitationem positam esse diceret. in commentarii autem Eusebiani in Lucan fragmentis ab Angelo Maio Nouae patr. bibl. uol. IIII p. 160 sqq. editis, etsi diligenter ea perlustrauisset, ne leuissimum quidem imitationis Ambrosianae indicium ut inuestigaret sibi contigisse adnotauit pater meus.

E gentilibus scriptoribus qui graeca lingua scripserunt primus Homerus nominandus est, e quo poetae et carminis nominibus non indicatis (cf. quae adnotauimus ad p. 288, 20) nonnulla mutuatus est. p. 38, 9 sqq. Xenophontis locum Comm. I 4 12 ante oculos habuit; Philonem aperte respexit 300, 14. quae 212, 6 de tribus partibus iustitiae a philosophis

[15]) Cf. omnino Th. Förster Ambrosius Bischof von Mailand Hal. Sax. 1884.

constitutis — Platonem huius diuisionis auctorem fuisse tradunt Diog. Laert. III 83 et Stob. flor. 1, 194 (III, 1 142 H.) — quaeque 343, 14 de tribus animae partibus refert, e compendio quodam philosophiae qualia tum multa exstabant eum prompsisse uerisimile est, ut de tritissimis quibusdam, uelut illis quae de tribus sapientiae partibus profert 3, 7 sqq., taceam. e florilegio sine dubio petiit lepidam illam de Theotimo oculis laborante narrationem (IIII, 64). denique utrum 138, 2 uerbis *quasi puer machaeram* prouerbium Latinum significauerit an Graecum illud μὴ παιδὶ μάχαιραν (cf. Diogen. Prou. 6, 46) liberius immutatum plane incertum est.

Iam si ad scriptores Latinos conuertimur, Ambrosium in hoc quoque libro more suo flosculis e Vergilio desumptis orationem suam exornasse e locorum indice cognosces. ceterum memorabile est in libri VIIII ss. 31—33 quinque imitationis Vergilianae exempla cumulata inueniri itidemque in l. X s. 149 tres Aeneidos locos expressos esse. pauciora ex Ouidio deprompsit. deinde plura ut solet ex Cicerone hausit; e quo num re uera petitum sit quod 414, 4 legitur, haud facile diiudices quoniam illa carceris imago non solum apud gentiles sed etiam apud Christianos scriptores frequens est. nec magis certa res est 1, 8, quamquam quae ibi exstant cum Ciceronis uerbis Acad. I, 19 quodammodo consentiunt. imitationis quoque Sallustianae quaedam insunt in Ambrosii opere etsi tenuia uestigia. quae 280, 19 sqq. leguntur e collectione quadam factorum memorabilium Valerii Maximi libri persimili desumpta esse non sine causa puto arbitreris. denique silentio praetereundum non esse censeo ea quae ad naturalem historiam spectant ad Plinii libros siue aliud eiusdem generis opus referenda esse.

## V.

Hieronymum Ambrosii expositionem in Lucae euangelium non adprobasse permulti Rufinum secuti (in Apol. in Hier. II 22 sq.) ex prologo, quem Origenis in Lucam homiliis a se

latine uersis praemisit, colligere posse sibi uisi sunt.[16]) et recte quidem; quamquam si uerba quibus in praefatione illa ad Paulam et Eustochium missa utitur legeris, primo obtutu non ipsum de Ambrosii opere sententiam ferre sed mulierum istarum iudicium referre putabis. haec enim dicit: *Ante paucos dies quorundam in Matthaeum et in Lucam commentarios nos legisse dixistis, e quibus alter et sensibus hebes esset et uerbis, alter in uerbis luderet, sententiis dormitaret. quamobrem petistis ut contemptis eiusmodi nugis saltem triginta et nouem Adamantii nostri in Lucam homilias sicut in Graeco habentur, interpretarer.* simul uides feminas istas id maxime in Ambrosii expositione exprobrasse, quod Origenis uerbis sua ille commenta inmiscuisset atque graeci patris sententias tamquam interpolatas et adulteratas reddidisset. quae reprehensio adeo concinit cum uerbis illis, quibus in ep. LXXXIIII, 7 in Mediolanensis episcopi Exameron inuehitur (cf. uol. I praef. p. XIII), ut Hieronymum loco isto personatas illas mulieres pro se loquentes induxisse unusquisque facile perspiciat. errauit autem Rufinus eo quod in praefatione illa aliud quoddam enuntiatum *praesertim cum a sinistro oscinem coruum audiam crocitantem et mirum in modum de cunctarum auium ridere coloribus cum totus ipse tenebrosus sit* ad Ambrosium spectare putauit. immo haec in aduersarium quendam, qui Hieronymi scriptis irridere conatus erat, dicta esse luce clarius est. eundem uero postea quoque sententiam de Ambrosii opere non mutauisse e commentarii in Matthaeum l. IIII s. 27 (26, 203 a b M.) cognoscitur, ubi haec de Petri negatione exponit: *Scio quosdam pii affectus erga apostolum Petrum locum hunc ita interpretatos ut dicerent Petrum non dominum negasse sed hominem et esse sensum: Nescio hominem, quia scio deum. hoc quam friuolum sit prudens lector intellegit. sic defendunt apostolum, ut deum mendacii reum faciant* e. q. s. his autem scriptorem ad ea quae Ambrosius X, 78 (485, 9) sqq. exponit adludere iam

[16]) Cf. Ihm p. 26; Rauschen p. 314 adn. 1.

dudum perspexerunt uiri docti. aliquanto mitioribus uerbis Augustinus quoque istam interpretandi rationem uituperat cum in tractatu LXVI in Ioh. euangelium (35, 1810 M.) haec scribit: *sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur.* quid? quod Beda[17]) clementis sane ingenii homo Hieronymi uituperationem expositioni Lucae, in quam multa ex Ambrosio transtulit, inseruit. praeterea Augustinus in operis iam antea indicati tractatu CXXI (35, 1956 M.) contra eos pugnat, qui Magdalenam a Matthaeo 26, 7 sqq. 28, 9 sqq. commemoratam diuersam esse existimabant ab illa cuius apud Iohannem 12, 3 sqq. 20, 11 sqq. mentio fit; argumentumque quo utitur *nemo calumnietur mulieri quod hortulanum dixerit dominum* contra ea dictum esse uidetur quae apud Ambrosium 514, 7 sq. leguntur. Hieronymus uero hic non refragatur, quoniam sicut Ambrosius Eusebium secutus ipse quoque duas distinguit Magdalenas, Origenis puto sententiam amplexus, qui uel tres eiusdem nominis fuisse statuit (cf. Patr. Gr. 13, 1723 M.). atque hanc ob causam Martianaeo adstipulari non possum qui Ambrosium illam de Petro negante sententiam apud Origenem iam inuenisse indeque desumpsisse coniecit in adnotatione ad Hieronymi locum adiecta.

Uno tantum loco Hieronymus commentarii huius mentionem fecit scriptoris nomine adiecto, sed ita ut nec laude nec reprehensione Ambrosium dignum existimaret uerbis satis frigidis usus his (Ep. CXXI quaest. VI p. 868 Mart.): *Ambrosius Mediolanensis episcopus quid de hoc loco senserit,*

[17]) Acca episcopus, qui Bedae ut in euangelium Lucae expositionem conscriberet suggesserat, excusanti presbytero atque adleganti, quod opus illud iam a sanctissimo et doctissimo antistite Ambrosio esset praeoccupatum, haec respondit (Patr. L. XCII, 303): *Sunt autem quaedam in expositione beati Ambrosii in Lucam tam diserta simul et excelsa . . . ut a doctoribus solum intellegi queant, a rudibus uero fastidiosisue lectoribus . . . prae difficultate uel assequendi quae diserta sunt uel capiendi quae alta ne quaerenda quidem quasi se celsiora nec quasi se fortiora putentur esse scrutanda* e. q. s. quibus laudibus aliquid reprehensionis immixtum esse nemo non uidet.

*in commentariis eius legere poteris.* quae mirum in modum conueniunt cum notissimis illis uerbis quae in libro de uiris illustribus (c. CXXIV) posuit: *de quo quia superest meum iudicium subtraham ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur aut ueritas.*

Solus igitur qui de hoc Ambrosii opere honorifice mentionem iniecerit, restat Cassiodorus dicens uirum sanctum Lucan mirabiliter explanauisse (inst. diu. litt. s. 7).

## VI.

Iam quae rei criticae in huius operis editione administranda ratio sit explicandum nobis est. atque codicum quidem, in quibus Ambrosii in Lucan commentarius legitur, cum sit numerus permagnus (septuaginta aut etiam amplius in bybliothecis adseruantur), posthabitis exemplaribus uolgaribus et recentioribus eos eligi oportet, qui aut uetustate aut lectionum integritate praestent aut saltem alicuius momenti sint ad fata quae Ambrosii liber perpessus est illustranda. quo officio iam pater meus perfunctus est segregatis e caterua illa quattuordecim codicibus, in quibus tamquam in fundamento certo crisin inniti sano iudicio perspexit. de his igitur libris agendum quibusque cognationis uinculis inter se coniuncti sint, explorandum est.

*A* Omnium quotquot exstant codicum antiquissimus est Bobiensis ille (*A*), scriptus saeculo VII, trecentis fere annis post opus ab ipso Ambrosio editum, qui nunc misere mutilatus atque in duas partes discerptus est, quarum altera Mediolani in bybliotheca celeberrima Ambrosiana adseruatur numero H. 78. sup. insignita, altera in bybliothecam uniuersitatis Taurinensis delata est (siglis G. V. 15 notata). quo facilius autem cognoscas, quae perierint quaeque adhuc exstent, hanc subiunxi tabulam:

| | | |
|---|---|---|
| Quat. I—VI | | exciderunt quaterniones sex |
| VII [Fol. a]<br>b c<br>[d e]<br>f g h | Cod. Ambros.<br>Fol. 1, 2<br><br>Fol. 3—5 | excidit folium<br>II, 39 (pag. 62, 5) *nam si* — 42 (65, 4) *uerbo quod*<br>exciderunt folia duo<br>II, 48 (67, 26) *fidei* — 56 (72, 9) *denique* |
| [VIII] | | excidit quaternio |
| VIIII, X | Fol. 6—21 | II, 76 (82, 12) *quae* — III, 8 (103, 10) *mentiar* |
| [XI, XII] | | exciderunt quaterniones duo |
| XIII—XV | Fol. 22—45 | III, 32 (122, 14) *uel quia* — III, 26 (151, 14) *et fallat* |
| [XVI, XVII] | | exciderunt quaterniones duo |
| XVIII—XXI | Fol. 46—77 | IIII, 61 (169, 12) *qui quasi* — V, 62 (207, 7) *quattuor* |
| [XXII, XXIII] | | exciderunt quaterniones duo |
| XXIIII—XXVII | Fol. 78—109 | V, 105 (224, 9) *terrae* — VI, 71 (261, 23) *poteratis* |
| XXVIII, XXVIIII | | exciderunt quaterniones duo |
| XXX—XXXV | Cod. Taur.<br>Fol. 1—48 | VI, 106 (279, 17) *ita ergo* — VII, 122 (335, 4) *quam esca* |
| [XXXVI—LIIII] | | exciderunt quaterniones XVIIII |

unde statim adparet libri pretiosissimi. qui dum integer erat CCCCXXXII folia habuisse uidetur, uix tertiam partem superesse; simulque e notulis, quas amanuensis quidam saeculo fere XII in ea parte quae Mediolani adseruatur adspersit, iure conicias iam tunc non solum multas iacturas passum esse codicem, sed etiam quaterniones XXX—XXXV, folia dico Taurinensia, ablatos fuisse, in quibus nihil tale inuenitur.

certum quidem est iam ante a. MCCCCLXI libri initium defuisse, quoniam quae in primo folio leguntur *Liber scti 39 Columbani de bobio* ad inuentarium spectant anno isto confectum et a Peyronio editum[18]). descriptus est liber ab amanuensi satis neglegenti, qui haud raro uerba atque enuntiata oscitanter omisit; correctus est passim duabus manibus saeculi fere VIII, quarum altera (*m2*) plerumque errores et uitia a librario commissa emendauit, altera eaque paulo recentior (*m3*) lectionis uarietatem adnotauit coniecturasque adscripsit. ceterum alteram alteri tam similem esse scito, ut utrum correctio aliqua huic an illi manui adscribenda sit iure nonnumquam dubitare possis. scriptura libri Bobiensis locis aliquot manibus eorum qui folia tractauerunt adtrita nunc uix legi potest. descripsit hunc librum post A. Peyronium in opusculo iam adlato p. 136 A. Reifferscheid Bibl. Patr. Lat. Ital. II, 5 sq. et 106.

Liber Bobiensis ut omnium antiquissimus ita optimus quoque est. quod non ita dictum accipias uelim ac si eum ab omni labe corruptelaue immunem esse contenderim; immo haud pauca uel post correctorum curas repetitas in eo praue scripta legi fatendum est. cf. quae adnotantur 64, 6; 12; 65, 2; 69, 5; 85, 13; 88, 20 (ubi *bonum* aperta est interpolatio); 93, 14; 96, 3; 129, 3; 148, 18 (*tibi* om.; cf. suppl. adn.); 150, 5; 179, 16 (*dī* pro *dn̄i*; item 182, 20; 183, 18; 299, 9); 200, 9; 253, 16 (ubi *non* illud ante exspectandi uerba bis insertum mero errori tribuere non licet); 290, 25; 296, 7; alia. at rursus saepe solus *A* scripturas exhibet bonas quaeque non solum primo adspectu oculos adliciant sed etiam iterum iterumque examinatae probentur; cf. 82, 24; 94, 17; 141, 25; 187, 11; 188, 19 (ubi in omnibus libris praeter *A*

[18]) Cf. M. Tullii Ciceronis pro Scauro .... fragmenta inedita ... ed.... A. Peyron Stuttg. et Tub. 1824. in inuentario uetustissimo a Muratorio edito atque saeculo X attributo (cf. Beckeri Catalogi bibl. antiqui p. 64 sqq.) duo commentarii in Lucan exemplaria recensentur (numeris 125. 126 additis), quae quin sint libri a nobis siglis *A* et *α* insigniti dubium non est.

male *ei* omittitur, quod uitium nisi fallor ex euangelii textu a Cypriano et nonnumquam ab Augustino usurpato inrepsit); 197, 7 (ubi genuina scriptura *uenturae* quam solus *A* praebet, in adnotatione casu omissa est); 201, 8; 203, 20; 225, 1; 255, 17; 261, 10; 280, 24; 312, 3; 316, 5; 318, 12; 334, 16; 19. atque his exemplis alii quoque loci addendi sunt, quibus libro Bobiensi non suum tribuit pater meus[19]). nam cum in uerbis collocandis eum secutus esset 94, 16 et 149, 19, quid quaeso obstabat quominus aliis quoque locis ut 255, 16 et 290, 2 eadem adhiberetur ratio? similem in modum concedendum est et ferri posse, quae *A* praebet 199, 11; 200, 13; 224, 22; 252, 8; 292, 4, neque ullam reprehensionis ansam datura esse, si in omnibus libris legerentur. cur 88, 17 pater genuinam quam *A* exhibet scripturam *angelus domini* uersionum latinarum et LXX textus testimonio confirmatam spreuerit, equidem non perspicio[20]). de aliis quibusdam locis, in quibus diiudicandis sacrae scripturae ueteres uersiones latinae respiciendae sunt, alio loco agemus. nonnumquam codex *A* uestigia duplicis scripturae exhibet, uelut 174, 10 *audisti** (*s* eras.) *didicisti in propheta dicente A*: *audisti(s) dicentem in propheta* reliqui et 334, 12 *cum repleta horrea* (*ne* ins. *A*) *nouis messibus rumperentur*; unde colligere licet iam exemplar e quo liber *A* descriptus est scripturarum diuersitate instructum fuisse.

Multo maiores uero laudes libro Bobiensi propterea debentur, quod tot locis adstipulantibus modo his modo illis e reliquorum librorum numero ueram seruauit scripturam, cuius

[19]) Id quomodo factum sit, postea explicabo cf. pag. XXXVIIII.

[20]) Erunt fortasse qui reliquorum codicum scripturam *inmittet enim angelos dominus* propterea seruandam esse existiment, quod, cum apud Ambrosium praecedant uerba *time dominum et praesume de domino*, in iis quae sequuntur necesse sit ipsum dominum agentem induci. his igitur respondeo eadem quae in scriptura codicis *A* exprobrant in sacram quoque scripturam cadere; ibi enim (Ps. 33, 7 sq.) legitur: '*pauper clamauit et dominus exaudiuit eum et . . . saluauit eum. immittet angelus domini*' e. q. s.

rei exempla adferre supersedeo, quoniam quaerenti quaeuis pagina satis ampla offert testimonia. quo magis dolendum est non integrum librum ad aetatem nostram peruenisse neque apographum eius inter codices recentiores exstare. quodsi quaesiueris, quinam e reliquis libris artiore quodam cum eo coniuncti sint uinculo, respondendum est e quinque illis codicum generibus, in quae tamquam in riuulos Ambrosiani operis scinditur memoria, tria propius accedere ad Bobiensem, *αC*, χ, *B*, duo longius abesse ab eo, *X* et *PL*.

α Atque α est Mediolanensis bybliothecae Ambrosianae C 127 inf. s. X et ipse olim Bobiensis, id quod confirmatur nota saec. XV in primo folio adiecta *iste liber est monachorum congregationis scte Iustine de obseruantia ordinis sci benedicti residentiu in mon. scti columbani de bobio. script. sub nuo 32.* codex qui habet folia 239 e duabus partibus constat, quarum prior foliis 115 commentarium in Lucan saec. X exaratum, altera inde a folio 116 expositionem Bedae in euangelium Lucae saeculi undecimi initio fere scriptam continet[21]. accurate eum ut solet descripsit Reifferscheid l. c. II p. 6 sqq. cum Ambrosiano α conspirat si non in omnibus tamen in multis

*C* rebus *(C)* Parisinus Nouv. acqu. lat. 1438, olim Cluniacensis,[22] quem descripsit L. Delisle (Inventaire des manuscrits de la bibliothèque Nationale, Fonds de Cluni Paris 1884 p. 44 sq.). in cuius pagina ultima cum addita sit haec nota litteris maiusculis scripta *Liber oblatus ad altare sci Petri Cluniensis coenobii ex uoto domni atq; reuerentissimi Maioli abbatis; si quis illum a iam dicto loco abstraxerit seu furtim abstulerit*

[21]) E libro quodam Ambrosiani α persimili descripti sunt codices duo recentiores, alter archiuii capitularis Nouariensis XI, 23, alter bybliothecae basilicae Ambrosianae Mediolanensis (cuius numerum pater meus non enotauit). qui libri propterea memorabiles sunt quod exhibent uerba illa a scriba codicis α in libro VIII (429, 12—431, 4) temere omissa, ita ut scripturis in quibus ambo consentiunt (quas siglo $\alpha^1$ notauit pater) iactura libri uetustioris aliquantulum reconcinnari possit.

[22]) Cluniacensis libri simillimus est codex S. Marci Lat. 507 s. XI uel XII ineuntis.

*sit anathema maranatha et dicat omnis populus fiat fiat fiat amen amen amen,* iam adparet librum in monasterio Cluniacensi certe ante saeculi X finem exstitisse; nam S. Maiolus a. DCCCCLXXXIIII obiit. in catalogo librorum Cluniacensium saec. XII condito (cf. Delisle in libro iam citato p. 337 sqq.) numero 91 insignitur. utrumque librum ad unum eundemque archetypum redire consentaneum est; cf. ut e multitudine exemplorum pauca adferam 69, 17; 92, 2; 122, 16; 138, 15; 196, 3. cum *A* consentiunt 88, 12; 138, 15; 308, 23; 322, 10; cum *Am3* 314, 17. talis autem cum libro Bobiensi consensus multo plura euadent exempla, si addideris locos, ubi ad *AαC* alii libri accedunt uelut *B* (85, 1; 89, 9; 95, 11; 96, 6; 146, 6; 293, 15; 309, 1) uel χ (183, 11; 236, 8; 291, 15) uel *BP* (63, 18), ut omittam alia. atque librum α utpote in Italia scriptum cum uetustissimo codice *A*, qui ipse est originis Italicae, necessitudine quadam coniunctum esse non est quod miremur; *C* uero cum, quantum e litteraturae genere concludere licet, intra regni Francici fines scriptus esse uideatur, librum quendam hodie deperditum ex Italia in Galliam asportatum esse elucet. ceterum satis memorabile est alteriusutrius libri, et α et *C*, ubi inter se dissentiunt, minorem esse auctoritatem; uterque enim erroribus scatet et interpolatorum commentis deformatus est.

Sequantur quattuor codices communi siglo χ comprehensi, χ
ubi unam eandemque lectionem profitentur. sunt autem hi:
*E* Monacensis 14117 olim Ratisbonensis S. Emmerami *E*
s. X uel XI (iam ante annum M in hoc coenobio duo operis
Ambrosiani in Lucan exemplaria adseruata fuisse docemur
catalogi uetustissimi numeris 119, 120; cf. Becker p. 127)
— *G* liber S. Galli 99 saec. VIIII — γ liber eiusdem byblio- *G*γ
thecae 96 saec. X — *T* Monacensis 18522$^{b}$ olim Tegern- *T*
seensis saec. X.[23]) omnes istos quattuor libros ad eundem

[23]) E codice quodam ad classem χ pertinenti expressa est Amerbachii editio Basileensis a. MCCCCLXXXXII in lucem emissa; uetustiorem illam Augustae Vindelicorum a. MCCCCLXXVI impressam atque ab Hainio in Repertorio bibliographico (cf num. 900) descriptam inspiciendi facultatem non nanctus sum.

fontem redire patet, scilicet ad codicem quendam in Germania adseruatum eumque crebris uitiis interpolationibusque inquinatum, quae enumerare piget. inprimis autem, qui corrigendo classis χ archetypo operam nauauit, id egisse uidetur, ut sacrae scripturae locos, quos Ambrosius haud raro breuissime indicare aut prorsus omittere solet, e uulgaris notae libro quodam augeret; cuius consuetudinis pauca tantum exempla in adnotatione critica adlata sunt (cf. 71, 20), ne uoluminis ambitus nimis excresceret. sed etsi sat multis uitiis classis χ textum laborare negari non potest, tamen si numerum locorum computaueris, quibus aut ad *A* aut ubi ille deest ad eos libros qui meliores scripturas praebent accedit, adparebit archetypum illum certe fuisse haud mediocris notae librum; cf. 84, 3; 147, 20; 175, 3; 195, 24; 202, 8; 205, 4; 16; 251, 6; 289, 3; 301, 16; 315, 8 al. praeterea notatu dignum, quod frequenter scripturae a *m3* in *A* adscriptae in libris qui ad classem χ pertinent inueniuntur, cuius consensus exempla inuenies 124, 6; 127, 23; 128, 4; 134, 3; 179, 5; 256, 18; 257, 12; 290, 12; *Am3* cum αχ consentit 145, 20; 294, 22; 299, 13; *Am3* cum α*C*χ 186, 13; 194, 19 (ubi *Am3*, non *Am2*, in adnotatione ponendum erat); 302, 26. his testimoniis quae facili negotio augeri possunt iam satis puto euincitur inter libros Italicos et familiam χ necessitudinem quandam intercedere. quod ad singulos classis χ libros adtinet, adnotatione critica perlustrata facile cognosces libros *ET* artius inter se iunctos saepius opponi codicibus S. Galli *G*γ, rursusque *E*γ*T* haud infrequenter conspirare, ita ut *G* inter quattuor illos et antiquitate et bonitate praestet, *ET* uero deteriores sint ceteris. unde haud inepte conicias saeculo f. VIIII uel etiam VIII[24]) exemplar commentariorum S. Ambrosii in Lucan ex Italia in S. Galli monasterium adlatum

[24]) Nam in uetustissimo catalogo saec. VIIII composito iam *Ambrosii in euangeliū luce uol. I* commemoratur (cf. Becker p. 46, num. 175; a quo exemplari non diuersum esse puto illud cuius in Grimoldi catalogo ib. p. 55 num. 35 mentio fit).

esse indeque omnes qui nunc exstant classis χ libros originem duxisse.

Cui opinioni egregium adminiculum adferunt quinque illa *M* folia quae nunc in codice bybliothecae capitularis Lucensis 490 miscellaneo exstant, numeris 332—336 notata, in quibus a scriba quodam saec. VIII litteris uncialibus ultima commentarii Ambrosiani pars inde a *uespere* (512, 2) exarata est. quae membranae utrum olim pars fuerint codicis cuiusdam integri an excerpta tantum contineant equidem nescio; hoc quidem certum est ea in Italia scripta esse. hunc uero librum, etsi multa habet peculiaria et omnino uerba praebet Ambrosii multifariam corrupta et ad arbitrium uel potius ad libidinem immutata, saepius mirum in modum non solum cum classi χ sed etiam cum singulis eius libris congruere constat; cf. 512, 18; 19; 513, 14; 19 (*ETM*); 514, 15; 18 (*EM*); 515, 17; 516, 2; 518, 16; 522, 4; 8; 12; 21. quae cum ita sint, uerisimilius etiam fit classis χ originem in Italia quaerendam esse[25].

Huic codicum generi alterum subiungere liceat et ipsum *X* Germanicum, cui quattuor libri adscribendi sunt, scilicet *F* Monacensis 6273 olim Frisingensis 73, saec. VIIII, quem *F* Hitto episcopus Frisingensis conscribi iussit, id quod edocemur carmine XIII uersuum in ultimo codicis folio exarato (cf. Gottlieb, Mittelalterliche Bibliotheken p. 373) — *O* Monacensis *O* 9543 olim S. Petri ad superius Altha (Ober-Altaich) s. VIIII — π Palatinus bybliothecae Vaticanae 168 s. VIIII uel X olim π coenobii Neuhausen prope Wormatiam siti, deinde a decano et capitulo Ottoni Henrico comiti palatino ad Rhenum donatus (descripsit Reifferscheid uol. I p. 198) — denique *V* Vindo- *V* bonensis 765 olim Salisburgensis s. X. hos libros, quos

[25]) Fortasse huc referendus est codex Cassinensis 5 a Reifferscheidio descriptus II, 311 sqq. qui in librorum discriptione solus cum altera manu codicis *A* consentit (cf. tabula p. XI expressa), in scripturis etsi modo cum his modo cum illis facit, tamen propius ad classem χ accedere uidetur. contulit hunc codicem in libris I et II in patris mei usum A. Goldbacher. in adnotationis supplemento adscripsi lectiones quae alicuius momenti esse uidebantur siglo σ addito.

communi signo *X* complexi sumus, e communi fonte fluxisse uel uno loco euincitur, dico 229, 13, ubi post *praelibauit* uerba quaedam inserta leguntur, quae suo loco 277, 20 sqq. exstant quaeque miro quodam casu in classis *X* archetypo olim hoc loco margini adscripta, deinde praue inter scriptoris uerba recepta, denique uerbis *si hic* additis cum iis quae sequuntur quodammodo coniuncta fuisse adparet.

Classes *X* et χ quodam cognationis uinculo inter se coniunctas esse satis multis locis euincitur, quibus easdem scripturas praebent (cf. 86, 4; 99, 7; 110, 1; 118, 2; 148, 2; 333, 13; 377, 21; 382, 17; 383, 1 alia), sed ita ut hac illa multo sit inferior. raro enim *X* cum *A* uel α*C* concinit. omnino autem classem *X* parum sibi constare concedendum est, quippe quae modo cum hoc modo cum illo codicum genere faciat; iure igitur mixtam ut aiunt eam recensionem praebere dicas. idem in singulis classis libris obseruabis; e quibus inprimis librum Palatinum π saepe a reliquis discedentem deprehendere licet. in quo libro praeterea 511, 11 post *accessisse* (omissis uerbis *et tenuisse . . . . digessit*) inserta leguntur, quae exstant apud Bedam in Lucae expositione Patr. L. XCII a p. 551 D (*dixit autem*) usque ad 553 B (*ignoro*). Denique moneo ad classem *X* pertinere excerpta amplissima in codice Montepessulano H 308 s. VIIII inde a fol. 414 exstantia inscriptione hac praefixa *Sententiae sci Ambrosii epi de fide sumptae ex libris explanationis euangelii secundum Lucam.*

*B* Peculiarem quendam locum obtinet codex Bononiensis in oppido Galliae quod Boulogne-sur-Mer hodie audit, adseruatus num. 35 saec. VIIII, olim monasterii S. Bertini Sithiensis, in cuius catalogo saec. XII confecto recensetur *Ambrosius super Lucam* (Becker pag. 182 num. 29). fortasse a monacho Guntberto scriptus est, qui priore saec. VIIII parte multos libros exarauisse fertur (cf. Mon. Germ. Script. XIII, p. 615). hic quoque liber mixtae est recensionis, quoniam multis quidem locis cum *PL* concinit (saepe sigla *PBL* in apparatu critico coniuncta inuenies, ut 85, 20; 189, 6; 330, 11; 331, 17; 335, 22; 429, 2) nec tamen plurimas

atque grauissimas, quibus illi libri repleti sunt, interpolationes omnes exhibet. immo bonae atque incorruptae memoriae uestigia in eo obseruantur certissima. etenim inter omnes huius operis codices nullus inuenitur qui crebrius cum libro Bobiensi *A* congruat neque in minutiis tantum sed etiam ibi ubi grauissimae discrepantiae inter librorum scripturas obseruantur, ut 89, 1, quo loco *B* solus cum codicis *A* scriptura primaria eaque Augustini auctoris locupletissimi testimonio stabilita concinit, cum omnes reliqui additamentum in *A* a manu tertia insertum praebeant. cf. praeterea hos locos: 63, 1; 10; 70, 2; 8; 71, 8; 72, 7; 84, 13; 85, 1; 88, 18; 89, 9; 95, 11; 96, 6; 146, 6; 175, 3; 176, 11; 182, 5; 193, 11; 195, 24; 198, 13; 202, 8; 203, 20; 205, 4; 16; 224, 10; 226, 5; 251, 6; 252, 5; 293, 15; 309, 1; 321, 23. et certe codex *B* dignus esset, quem in iis operis partibus, in quibus recensendis libri *A* ope destituti sumus, tamquam ducem sequeremur, nisi scripturae illae e *PL* illatae simulque alii quidam loci in quibus interpolatoris libido grassata est (uelut 64, 2) monerent caute rem agendam esse in scripturis quae solius codicis *B* testimonio nituntur aestimandis. at e contrario iis scripturis quae in *αC* uel *χ* uel in utroque librorum genere inueniuntur haud paruam auctoritatem addi libri Bononiensis consensu nemo puto negabit.

Ab his libris omnibus longissime distat recensio illa quam exhibent haud pauci libri, Gallicae originis omnes, inter quos et uetustate et auctoritate eminet Petropolitanus nunc *P* siglis F. v. I. N. 6 instructus, olim S. Petri Corbeiensis, postea e Petri Dubrowsky musaeo in bybliothecam imperialem Petropolitanam translatus. liber pulcherrimus nunc constat foliis 211 numeratis, quibus praefixa sunt duo folia numeris non instructa; in quorum alterius pagina antica haec a manu paulo recentiore exarata leguntur *incipit liber scds sci ambrosii in luca euangelista*, in pagina postica duo arcus uersicolores conspiciuntur hoc titulo ab eadem manu addito *sequitur liber* *** *sci ambrosii episcopi in luca euangelista*[26]). in folio primo

26) In catalogo codicum coenobii Corbeiensis s. XII conscripto codex

numerato manus primaria incipit. decimi libri subscriptioni, quae in fol. 210ᵇ exstat, librarius haec addidit *Quisquis legis ora pro s/cribtorem si dnm ihu xpu/ habeas adiutorem/ Ingreus adiuuante dno scribsit.* denique in fol. 211 a manu saeculi fere noni haec scripta sunt *Leutcharius* * (s eras.) *iussit hunc sanctum scribere librum* et paulo infra *LEUTCHARIVS ABBA IUSSIT FIERI.* iste Leutgarius cum floruerit primis saeculi octaui lustris, iam adparet Corbeiensem librum ante medium saec. VIII exaratum esse; neque refragatur codicis litteratura, qui etsi littoris minusculis scriptus est, tamen ductus ostendit uetustiores persimiles iis qui semiunciales nunc appellari solent, saepiusque litteras unciales habet im-
*L* mixtas[27]). cui tamquam socium adiunximus *L* Laudianum misc. 259 Oxonii in bybliotheca Bodleiana adseruatum olim foliorum 220 quorum ultimum deperditum est. unde in archiepiscopi bybliothecam illatus sit, equidem nescio; sed in regno Franciae exaratum eum esse litterarum ductibus quibus scriba usus est docemur.

Hi igitur libri a reliquis non passim sed sexcentis locis ita discrepant, ut uix eundem scriptorem legere tibi uidearis. cf. 5, 3; 9, 7; 10, 19; 19, 20; 27, 14; 30, 18; 55, 21; 64, 4; 69, 6; 78, 22; 83, 14; 84, 18; 178, 19; 184, 8; 225, 11; 226, 5; 239, 15; 258. 16; 297, 19; 337, 17; 363, 23; 415, 25; plura exscribere operae puto pretium non est. et fortasse propter istum codicum consensum *L* ex *P* fluxisse coniciat quispiam. cui opinioni certe non officit quod Laudianus liber saepius (cf. 6, 21; 7, 24; 64, 4;

de quo agimus descriptus est uerbis *Ambrosius super Lucam euangelistam* (Becker p. 186 num. 42). cf. praeterea quae conposuit L. Delisle 'Le Cabinet des Mauuscrits' uol. II pag. 118.

[27]) Sicut liber Bobiensis ita Corbeiensis quoque bis a correctoribus retractatus est, e quibus alter primario codicis librario fere aequalis multa menda quae ille commiserat sustulit (fortasse ipso codicis *P* archetypo usus, si quid tribuendum iis quae ad 517, 16 adscripsit *hic non potui excertare*), alter saec. VIIII fere exeunte exempli cuiusdam deterioris notae scripturis illatis librum multo peiorem reliquit quam acceperat.

83, 10; al.) cum classi *X* consentit; istas enim scripturas in exemplo, quo codicis *L* scriba usus est, quominus adnotatas fuisse putemus nihil obstat; eodemque modo explicare possis. quomodo factum sit, ut grauissimis quibusdam locis *L* a *P* recedat, uelut 31, 21; 162, 15 (ubi in solo *P* desunt enuntiata integra) et 39, 24; 92, 18. at si tecum reputaueris, iis locis, quibus in *P* aut librarius ipse aut uetustus ille amanuensis (*m2*) codicem correxit, in *L* haud raro scripturas codicis Corbeiensis primarias legi easque a classi *X* discrepantes[28]), iam uerisimilius tibi uidebitur *P* et *L* ad eundem fontem per diuersos riuulos ut ita dicam redire. quae si recte disputata sunt, recensionem cui scripturae istae libris *P* et *L* communes debentur saeculo octauo uetustiorem atque libro Bobiensi aequalem fere esse aut saltem esse posse concedendum est.

Codicibus quos modo descripsimus adiungendum est fragmentum Berolinense Cod. lat. fol. 327 litteris Visigoticis exaratum saec. VIII[29]). constat illud e foliis quinque; quibus quae operis partes contineantur in supplemento adnotationis indicaui. de foliorum horum origine ut quicquam explorarem mihi non contigit; nisi quod e litterarum ductibus concludere licet librum, e quo euulsa sunt, in Hispania scriptum esse. liber iste uerba Ambrosii in capita diuisa exhibebat, in hac re aliorum quorundam librorum similis sed ab iis discordans et numeris et inscriptionibus, id quod ex hac tabula patebit: Δ

[28]) Ne exempla desint paucos quosdam locos ut casus obtulit ex initio libri VII excerptos indicabo: 283, 5; 294, 14; 295, 21; 297, 19; 305, 2; 306, 21; 310, 23; 323, 5; 324, 21; praeter ceteros locos memorabilis est 378, 6 ubi uerba illa *domum patriam derelinquens* in $P^2X$ leguntur, in $P^1L$ reliquisque libris desiderantur.

[29]) Haud ignotum mihi est fragmentum Berolinense a Guilelmo Arndt uiro rei palaeographicae peritissimo, qui scripturae specimen in libri cui inscribitur ‘Schrifttafeln zum Gebrauch bei Vorlesungen’ fasc. I Berol. 1874 tabula 8 d publici iuris fecit, saeculo nono adtribui. at mihi litterarum ductus simillimi esse uidentur libri Escorialensis cuius imaginem exhibet Exemplorum scripturae Visigoticae ab Ewaldio et Loewio editorum tabula VIII, quem codicem ante annum DCCL exaratum esse uerisimillimum est.

| libri VI ss. Maurinorum | Δ | *B* | *F* | G | γ | T | π | L |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | XIIII de muliere qui erat peccatrix | XXVII | XXIII | LXXIIII | LXXIIII de myrra effusa | L. (id e. lectio) LXX | | LXXIIII |
| 24 | | | | | LXXIIII de duobus debitoribus | | | |
| 36 | XVI de hoc quo . . ut q^s ait mater fri' dn̄i | XXVIII | | | | LXXII | | |
| 39 | XVII ubi pro tempestate ueris & fluctu *(?)* maris a discipulis excitatur [1]) | | | LXXXIII | ubi cum discipulis nauigat et tēpestate orta a discipulis excitatur | LXXIII | LXXXII | |
| 41 | | | | LXXIII (!) alio atramento | LXXXIII | | | |
| 44 | m² de legione diabul. [2]) | | | | de legione diabulica et de eo quod s̄ Lucas unū hominem inducat Matheus duos asserat demonio laborantes occurrisse x̄p̄o | | | |
| 52 | | | | LXXXIIII | | | | |
| 54 | | XXVIIII | XXIIII | LXXXII (!) | | LXXXV (!) | LXXXV | LXXXV |
| 65 | XX de discipulis si non recipiantur in domo quid facere debeat | XXX | | LXXXVIII | LXXXIIII de discipulis ñ recipiendis | LXXXVIII | | |
| 69 | | XXXI | | | | XCIII | | XCIII |

[1]) errore librarii hic titulus s. 44 adscriptus est.
[2]) in Δ ipsa ista inscriptio quam exhibet γ ad s. 44 (nisi quod in *inducit* scribitur et *asseruit*) inter Ambrosii uerba post *satis est* 249,10 inserta legitur.

iam uides quinque capitulationis (liceat hoc uerbo uti) rationes in huius operis libris obseruari.[30]) e quibus illis, quas *B* et *F* sequuntur, totum opus in pauciora eaque maioris ambitus capita discribitur, cum in *GγTLπ* singula capita breuiora sint; in omnibus uero libris capitum numeri ab initio operis exordiuntur. at in Δ quoque talem numerandi usum adhibitum fuisse parum uerisimile est propter paruos numeros; quamobrem haud scio an in libro Δ integro libros V et VI in unum librum contractos fuisse (id quod in classi *X* et in codice Cassinensi, denique in libro a correctore priore codicis *A* adhibito factum esse demonstrauimus pag. XI) atque inde ab initio libri V numerorum seriem coepisse existimandum sit. rursus in capitum inscriptionibus codices Δ et γ nonnulla similia habere facile agnosces. ad scripturas denique quod adtinet computatione instituta adparet codicem Δ inprimis ad *AαG*, paullo rarius ad *BCEγT* accedere, multis autem locis discrepare a *X* et *PL*. satis memorabile est eum aliquotiens (256, 18; 19; 257, 12; 258, 1) cum *Am3χ* conspirare. praeterea ingentem praebet lectionum farraginem quae in nullo alio libro inueniuntur quaeque maximam partem incuriae librarii indoctissimi tribuendae sunt; haud raro tamen interpolatoris cuiusdam manum deprehendimus. quamobrem pater meus in commentario mentionem eius non fecit; in adnotationis supplemento eum nota Δ insigniui.

Aliquanto meliore sententia digna sunt excerpta quae in codice Aurelianensi 73 saec. VIIII leguntur, qui olim in S. Bene- ω
dicti monasterio Floriacensi adseruabatur. in cuius folio primo uerso haec leguntur ab amanuensi quodam saec. VIIII scripta: *in hoc corpore continentur excerpta capitula habentia quaestiones de expositione euangelii secundum Lucam sci Ambrosii*

[30]) Quibus sexta accedit e capitulatione in codice α ipsi operi praefixa; ibi enim teste Reifferscheidio l. c. p. 6 totum opus in nouem libros (at in textu codicis α decem inueniuntur libri) et XXI capita distinguitur. omnino dolendum est patrem dum huic editioni fundamentum parat talibus rebus, quae haud parui momenti sunt in librorum fatis illustrandis, parum operae nauauisse.

*episcopi sententiae Xysti* e. q. s. deinde in fol. 2 *Prologus sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis in expositione Lucae euangelistae;* deinde post integrum prologum descriptum *Explicit prologus sci Ambrosii episcopi Mediolanensis excerpta capitula habentia quaestiones de expositione euangelii secundum Lucam beati Ambrosii episcopi Mediolanensium.* singulis excerptis tituli praemissi sunt, in quibus aut libri indicantur[31]) (ut I, 23 *in libro primo de templo inter cetera* uel s. 33 *item in eodem libro*) aut ueterum grammaticorum more uerbis *eiusdem post pauca* uel *et post pauca* loci, unde excerpta hausta sunt, designantur. quod semel inter libri III ss. 11 et 12, ubi ex Ambrosii uerbis nihil deesse uidetur, illud *post pauca* insertum est, errori tantummodo id tribuendum esse censeo. qui excerpta ista confecit, Ambrosii uerba non solum in initio et fine locorum excerptorum immutauit, sed etiam aliis in locis ad libidinem haud pauca nouauit (cf. 31, 16; 33, 5; 193, 6). codice uero usus est satis bono, qui nonnumquam cum *A* consentiebat (cf. 176, 11; 179, 4; 193, 11; 226, 5; 252, 1; 308, 23; 309, 1), hic illicue ad *X* accedebat (cf. 6, 6; 105, 1; 204, 7 al.), librorum autem *PL* (si unum locum 5, 3 exceperis) prorsus erat dissimilis. in supplemento adnotationis potiores libri Aurelianensis lectiones commemoraui nota ω addita.

*Bern.* De codice Bernensi 108 saec. X, inter cuius excerpta uaria maximam partem notis tironicis exarata (ab H. Hageno descripta et publici iuris facta in libello cui inscribitur Sollemnia anniu. cond. uniu. Turic. 1880) fol. 136r huius operis libri VII sectiones 205 et 206 leguntur (litteris *am* praefixis), non habeo quod dicam, nisi quod cum classi X uinculo quodam coniunctus esse uidetur. ceterum notatu dignum est ne in tam paruo quidem frustulo audacissimae interpolationis uestigia deesse.

Agmen claudant homiliaria uetusta in quibus haud exiguae operis Ambrosiani particulae leguntur eo consilio electae ut

31) Cf. quae exposita sunt pag. XI sq.

tamquam orationes sacrae in ecclesiis haberentur. quorum codicum cum ingens sit numerus cumque de rationibus quae inter eiusmodi libros uel potius librorum genera intercedant uel post multorum uirorum doctorum curas haudquaquam constet, iam puto uix multis uerbis opus erit, ut explicem quamobrem in hac editione adornanda speciminibus quibusdam uti maluerit pater quam copiis undique congestis molesta lectionum farragine libri ambitum augere. atque recte e uastissimo exemplarium oceano tria selegit; inter quae et antiquitate et scripturae integritate facile praestat liber Vaticanus 3835[32]) s. VII *v*
(falso a Reifferscheidio l. c. I p. 553 saeculo octauo uel nono adtributus), in cuius fol. 50$^{r}$ leguntur libri X ss. 63—68, omissis uerbis quae leguntur inde a *sed dominus* (481, 4) usque ad *abluatur* (ib. u. 16). cuius lectiones cum in adnotationem criticam receptae sint, de codicis uirtute quicumque uolet facile iudicare poterit; hoc unum animaduertere liceat, libri antiquissimi auctoritatem scripturis classis *PL* minime fauere. idem in codicem Parisinum Nouv. acqu. lat. 2322 *N*
s. VIIII cadit, in quo homiliarium ab Alcuino conditum legi fertur. duo ibi loci Ambrosiani inueniuntur: fol. 124$^{u}$ *Item omel bei Ambrosii de eadem lectione. Exsurgens autem* e. q. s. (II, 19) usque ad 57, 4 *inpiorum* et fol. 177$^{b}$ *Item sermo bei Ambrosi epi de eadem lecn scd Luca. Ecce ego mitto uos* e. q. s. (VII, 45 p. 300, 46) usque ad 310, 1 *paenitendi.* in adnotationis supplemento huius libri lectiones nota *N* a reliquis distinxi. in utroque codice inprimis laudandum est quod Ambrosii uerba exhibent ex integris libris fideliter excerpta neque ad libidinem immutata. sed longe alia condicio est codicis Berolinensis Phillippici 1676, olim Claromontani Φ
et Meermanniani, qui continet Eginonis episcopi Veronensis homiliarium. liber uetustissimus et pretiosissimus (diligenter a Valentino Rose descriptus est in operis cui inscribitur Katalog der Handschriften der königlichen Bibliothek zu Berlin uol. XII Verzeichnis der Lat. Handschriften 1. Bd.

32) Sero intellexi in adnotatione critica praue scriptum esse 3855.

p. 77 sqq.) saeculi VIII parte posteriore exaratus duas[33]) exhibet homilias ex Ambrosii commentario in Lucan excerptas; fol. 82ª l. II ss. 55—57[34]) et fol. 277ʳ l. II ss. 1—3 (usque ad 42, 6 *suspectum*), 4 (usque ad 43, 18 *gestiebat*), 5 (inde a 44, 7 *ergo*) — 9, 14—29. uix autem credibile est, quanta licentia usus sit homo ille, qui Ambrosii librum in praedicantium usum deformauit magis quam excerpsit, ita ut in scriptoris uerbis recensendis istius libri omnino nullus sit usus. quae alicuius momenti esse uidebantur scripturae (nam meros calami errores quibus scatet codex repetere nolui) in supplemento adnotationis enotatae sunt siglo Φ addito.

Homiliarii instar habenda est praeterea expositio in Lucae euangelium ad catenarum exempla a Beda confecta, quem praeter alios scriptores Ambrosii quoque opere largissime usum esse constat. etenim multos locos ad uerbum descriptos ex eo in librum suum transtulit, alios paululum inmutatos, alios denique ita conformatos ut ea quae apud Ambrosium leguntur non scriptoris sed suis fere uerbis usus efferret. cuius testimonia cum olim omnia in adnotatione adferre in animo habuisset pater meus (cuius rei uestigium deprehendes p. 22), postea consilio mutato praefationi reseruauit; ego in adnotationis supplementum relegaui, paginarum numeris qui in Mignei patrologiae latinae uol. XCII leguntur additis. scripturae discrepantiam non integram adieci sed delectum tantummodo, unde Bedam quoque a libris *PBL* recedere agnosci potest (cf. inprimis 483, 13 ubi *proximus negaturo* cum $\alpha CX\chi$ exhibet, non *proxime negaturus*, id quod praebent illi). — Smaragdi siue cuiuscumque alius sunt collectiones in epistolas et euangelia (Patrol. lat. ed. Migne

[33]) Immo tres; nescio enim quo casu factum est ut fugerent patris oculos quae in catalogo supra indicato numero 53 insignita sunt *Incipiunt sermones de purificatione sanctae Mariae Ecce homo exstat* e. q. s. *Non solum ab angelis* e. q. s. ex Ambrosii comm. II, 58 sqq. excerpta.

[34]) Eaedem sectiones (II 55—57) in homiliarium receptae sunt, quod legitur in codice Pistoriensi 116 s. X (?). e scripturis, quae in supplemento adnotationis adlatae sunt, cognosces non multum distare librum Pistoriensem ab Eginonis exemplo.

uol. CII) et glossam ordinariam quae Walachfrido Straboni adtribui solet hoc loco nominasse satis sit, quoniam in his operibus, quae multa habent ex Ambrosii expositione excerpta, iusto recensionis fundamento adhuc caremus. denique ne opera pereat a patre in labore isto posita, laterculum subiungimus eorum Ambrosiani commentarii locorum qui in Gratiani decreto leguntur (numeri uncis inclusi paginas indicant editionis Friedbergianae). D. 37 c. 9 [138]: I 2 p. 11, 2 *legimus* . . 3 *repudiemus* —; C. 32 qu. 2 c. 1 [1119]: I 45 p. 39, 19 *pudor est feminis* . . 20 *nubendi causa est;* II 2 sq. p. 42, 3 *cum coniugii* . . 5 *principem mundi* — D. 1 c. 64 de pen. [1177]: II 33 p. 59, 12 sq. *nouit deus* . . *delictum* — D. 86 c. 19 [302]: II 77 p. 83, 7 *singulis* . . 22 *partiatur* — C. 1 qu. 1 c. 16 [362]: IIII 53 sq. p. 165, 10 *cito* . . 11 *commaculat* (om. *accepisti* . . 14 *aeternum*). 15 *uides* . . 166, 3 *peccaorum.* <*cur ergo Giezi semen in aeternam dampnatur*> *nisi ut* . . 11 *fructu* — C. 24 qu. 1 c. 7 sq. [968 sq.]: IIII 70 sq. 175, 1 *non turbatur* . . 16 *conplectitur,* s. 73, p. 176, 9 *est aliud* . . *tolle* — C. 11 qu. 1 c. 28 [634]: IIII 73 p. 176, 14 *magnum* . . 14 *soluendam* — C. 24 qu. 1 c. 26 [976]: VI 67 sq. p. 259, 20 *quae dignior* . . 260, 14 *praedicator* (om. *et tamquam* . . 15 *uestigiis*) *iuxta* . . 21 *deuita* — C. 23 qu. 4 c. 26 [911]: VII 27 p. 293, 11 *quod Christus* . . 15 *arcetur* (om. *simul* . . 20 *facit*) *nec discipuli* . . 294, 2 *de calo* — C. 33 qu. 2 c. 2 [1151]: VIII 4 sq. p. 394, 1 *an quod* . . 6 *non reparet* — D. 2 c. 38 de cons. [1327]: VIII 51 p. 416, 19 *est cibus* . . 21 *potus.* — D. 2 c. 38 de cons. [1327]: VIII 56 p. 419, 2 *est corpus* . . 5 *spiritualibus* — D. 86 c. 20 [302]: VIII 78 p. 432, 12 *ceterum* . . 15 *iactantiam* — D. 2 c. 38 de cons. [1327]: X 49 p. 474, 15 *unde et idem* . . 16 *participes* — C. 24 qu. 1 c. 17 [971]: X 66 sqq. p. 481, 11 *si Petrus* . . 482, 1 *signari.* — D. 1 c. 1 et 2 de pen. [1159]: X 88 p. 489, 6 *Petrus* . . 8 *non lego* (om. *sed quod* . . *potest*), 9 *lacrimae lauant* . . 10 *confiteri* — C. 6 qu. 1 c. 10 [556]: X 90 sq. p 490, 5 *imitare* . . 15 *conturbatus.* de excerptorum scripturis, quarum specimina satis ampla in adnotatione posuit pater (cf. in-

primis p. 165 sq.) ne uerbum quidem insumere iuuat; adeo omnia libidinis et audaciae plena. denique paucis uerbis, ne quid omittam, hic mentionem faciam commentarii in Canticum Canticorum a Guilelmo abbate S. Theodorici circa a. MCXXXX confecti (cf. quae de eo pater meus iam exposuit in praef. uol. I p. LXXV adn. 2), in quem nonnulla huius expositionis frustula recepta sunt. uerba Ambrosii exhibet multis locis licentius immutata, id quod e scripturis in adnotationis supplemento adlatis[35]) adparet, atque ad uariorum codicum lectiones reficta. itaque nihil boni ex istis excerptis redundat, nisi quod per medii aeui tempora sancti patris libros diligenter lectitatos eorumque exempla inter se conlata esse adparet.

Iam tot libris descriptis atque enarratis uides rem eo deductam esse ut decerni oporteat utrum classi *PL* an reliquis codicibus manuscriptis fides habenda sit. qua in quaestione soluenda, etiamsi mihi persuasum est neminem qui aut res ipsas aut dicendi genus diligenter examinauerit, scripturas illas discrepantes codicum *PL* probaturum esse, tamen alia quoque testimonia circumspicienda sunt, quibus tamquam extrinsecus adlatis iudicium nostrum confirmetur. atque felici casu obtigit ut tale disputationis auxilium nobis praeberent haud pauci huius operis loci ab Augustino, teste sane fide digno, in compluribus tractatibus adlati. etenim quamquam in Augustini testimoniis nonnulla obseruantur, quae incerta sint aut dubitationes moueant aut offendant (omnino autem hanc inquisitionem, in qua commentarium in Lucan a reliquis Ambrosii operibus segregare non licet, multo prolixiorem esse atque difficiliorem scito, quam quae hic paucis absoluatur), tamen computatione instituta inuenies codicum *PL* et *X* scripturas Augustini auctoritate multo rarius commendari, quam reliquorum *AαBCχ*. sic contra *PL* cum ceteris habes Augustinum consentientem 27, 14; 344, 15; 346, 13; 14; 387 4; 490, 11; contra *PBL* 344, 16; 345 20; 346, 14; 489, 18; 490, 14;

[35]) Cf. quae enotata sunt ad 353, 10 sqq. et 449, 3 sqq.

contra *PX* 344, 20; contra *PLX* 387, 4; contra *X* 17, 9; 26, 11; 89, 2; 95, 23; 96, 1; 1; 173, 9; 293, 16; 16; 18; 18; 344, 21; 346, 5; 15; contra *LX* 17, 7; 34, 4; at cum *PL* uel *PBL* nusquam Augustinus concordat, singulis locis cum *X* (25, 18), cum *P* (34, 4), cum *LX* (173, 10). cum omnibus reliquis libris contra solum *A* semel faciunt Augustini codices 88, 20 (nam 96, 1 in *Am1* apertum uitium exstat librarii, 293, 16 uero dittographia quae uocatur, cum duarum lectionum *ex indeuotis deuotos* et *indeuotos deuotos* uestigia superesse manifestum sit); at cum *AB* scripturas unice ueras praebent illi 88, 18[36]) (cf. suppl. adnot.) et 89, 1[37]). his igitur Augustini testimoniis[38]) quibus accedunt ea quae supra de librorum diuisione exposita sunt[39]) totam litem dirimi iam dudum sibi persuaserat pater meus, rectissime mea quidem sententia.

Unde quae in hoc Ambrosii opere recensendo rationes adhibendae sint, iam satis puto adparet: ut interpolatas reiciendas esse classis *PL* scripturas, suspectas omnino esse lectiones classis *X*; e reliquis uero libris uel librorum generibus nullum ita praestare, ne *A* quidem, ut ei ubique adstipulandum sit, sed magis librorum consensui quam singulorum auctoritati obsequendum esse. itaque, paucis quibusdam locis exceptis, quibus *A* solus ueram lectionem seruauit, inprimis libro *A* cum *αBCχ* siue omnibus siue pluribus consentienti fidem haberi oportet; ubi

36) Quod in solo *B* sicut in Augustino *utique* legitur, cum in reliquis Ambrosii libris praua scriptura *ubique* exstet, grammatici cuiusdam acumini potius tribuendum uidetur quam libri *B* uirtuti.

37) Quibus addendus est locus a Cassiano citatus, uerba scilicet 41, 1 inde a *quod* usque ad *uiro*. ibi enim scriptura *lecta*, quae in *αBCXω* seruatur, Cassiani auctoritate defenditur, *electa* uero illud, quod *PLχΦ* et m2 *OV* exhibent, damnatur.

38) Librorum Augustini scripturas benigne cum patre meo communicauerunt A. Goldbacher, E. Kalinka, C. Vrba, I. Zycha. in utroque tractatu contra Iulianum scripto in Maurinorum editione acquiescendum erat.

39) Cf. p. X sqq. in libri *B* archetypo sicut multas scripturas ita pristinam quoque librorum discriptionem secundum exemplum quoddam codicum *PL* persimile inmutatam esse facile intellegitur.

*A* deficit, lectiones, quae libris *αBCχ*[40]) communes sunt, ut eligantur suadet ratio, adque eas scripturae siglis *αCχ* uel *BCχ* notatae plerumque proxime accedere uidentur. omnino autem memineris uelim haec quae exposui non ut ferrea decreta (si Ouidii uerbis uti licet) a me dictata esse: est ubi libro Bobiensi iure diffidas, est ubi *P* uel *P(B)L* librorum scripturam recipi iubeant artis leges. etenim in hoc quoque libro recensendo plus tribuendum esse sano sensui sobrioque iudicio quam codicum auctoritati consentaneum est. emendatione uero rarissime egent Ambrosii uerba in libris tradita; nam ubique fere genuina scriptoris manus in lectionis uarietate inuenitur, perpaucis tantum locis coniecturis opus est. cuius rei memor esto, quisquis in hoc Ambrosii opere artem criticam exercere cupit.

Quaestionem difficillimam de euangelii secundum Lucan exemplo ab Ambrosio adhibito, quam pater meus non tetigit, postquam diu multumque in ea soluenda elaboraui, in posterum tempus differe constitui, quoniam aptius et commodius ea tractabitur, ubi in uniuersum de sacrae scripturae testimoniis Ambrosianis agendum erit. pauca igitur hoc loco adumbrare magis quam exponere sufficiat. ac primum quidem moneo aliter tractandos esse illos euangelii locos quos in ecclesia sollemniter recitatos quasi fundamentum sermonibus suis subiecisse Ambrosium uerisimile est, aliter eos quos oratione progrediente adfert siue alio quodam exemplo siue sola memoria usus: unde accidit, ut hic illicue iidem euangelii loci diuersis locis citati inter se discrepent. deinde animaduertendum est Ambrosii testimonia non solum cum nullo e uetustiorum exemplorum latinorum quae nobis seruata sunt numero artius coniuncta esse modoque cum Cantabrigiensi libro modo cum Vercellensi aliisue modo cum textu uulgato concordare, sed

[40]) Sic ut exemplum proferam nihil certius quam cum libris istis 35, 4 *adsisto* (quae est scriptura codd. Cantabrigiensis Veronensis Vercellensis) scribendum esse, non cum *PLX* et uulgata *adsto*. similem in modum 75, 9 probanda est codd. *αBCχ* scriptura, reicienda quam *PLX* exhibent.

etiam multa habere propria quae nusquam alibi inueniuntur (cf. 62, 15, *in eo deuersorio;* 80, 16 *pater noster est Abraham;* 83, 23 *eogitante;* 253, 13 *domum* aliaque multa). denique memorabile est e uariis lectionibus, quas in locis sacrae scripturae huius operis libri exhibent, etsi longe plurimae e uulgato textu inrepserint (inprimis in classi χ), tamen nonnullas e uetustis uersionibus petitas uideri. cuius rei exemplum luculentissimum exstat 322, 10, ubi in *AαC loca quae non habent aquam* (ut Corb., Veron. et Vulgatae Cod. S. Martini Turonensis), in χ secundum uulgatam *loca inaquosa*, in *PBLX* uero *loca arida quae non habent aquam* legitur. at quis non uidet hanc scripturam satis miram e scriptura codd. *AαC* cum lectione codd. Brix., Cantabr., Colb., Veron., qui *loca arida* exhibent, contaminata ortam esse? sic 255, 17 *αX* cum Veronensi et Corbeiensi *nam et ego* praebent, sic 216, 20 χ cum Corbeiensi in scriptura *motus est et dixit* conspirat, uel *PX* cum Veronensi 73, 9 in scriptura *cui nomen erat.* unde adparet, ubi codicibus in diuersas partes discedentibus alii cum uetere quadam uersione alii cum uulgato textu concordant, non semper uulgatam lectionem ut postea inlatam respuendam esse.

De Maurinorum editione, cuius paginae in huius quoque uoluminis marginibus indicatae sunt, iam pater meus disseruit uol. I p. LXXVIII sqq. cf. praeterea quae de antiquissimis editionibus exposita sunt pag. XXIII adn. 23.

Iam restat ut huius editionis fata breuiter enarrem. Carolus Schenkl cum anno fere MDCCCLXXXXVIII se ad Ambrosii in Lucan commentarium recensendum adplicasset, specie scripturarum quas *PL* praebent deceptus uerba scriptoris ad codicum illorum auctoritatem tamquam ad unicam normam constituere coeperat. mox errore cognito atque abiecto totum opus retractauit multisque locis ut par erat libri Bobiensis eorumque codicum qui propius ad istum accedunt scripturas restituit. at quae est consuetudinis uis non semper a se impetrauit ut animum a consiliis olim captis ad eas rationes quas postea probauerat deflecteret. deinde principio anni MCM opus prelo

traditum strenue dum Vindobonae moratur, postquam Graecium transmigrauit morbo in dies ingrauescente paulo lentius promouit. cum a. d. XII Kal. Oct. diem supremum obiit, plagulae operis sedecim typis expressae, tres (usque ad undeuicesimam) iam ab operis compositae et ab ipso emendatae erant. his perlustratis cum obseruassem et in adnotatione critica nonnulla non recte indicata esse et omnino in librorum manuscriptorum (si *A* et *P* exceperis) lectionibus adferendis nimium breuitati studuisse uirum egregium, toto opere cum exemplis, in quibus codicum scripturae discrepantes adnotatae erant, iterum collato schedas typothetae nondum traditas retractaui, plagulas 17 18 19 quatenus commode fieri poterat correxi et suppleui, ea autem quae in plagulis iam impressis omissa aut minus recte administrata esse uidebantur, una cum addendis quibusdam et corrigendis in adnotationis supplemento huic uolumini adiuncto congessi. istam igitur appendicem consulant quaeso quicumque hac editione uti cupiunt. in re orthographica, etsi rationes quas pater meus secutus est non omni ex parte probare possum, ab iis quae uir egregius constituerat codice *P* plerumque in hac re tamquam duce electo ita tamen ut non ubique sibi constaret, nihil nouaui, ne immutata subito facies uoluminis legentium offenderet animos prolegomena ipse addidi iis usus quae in schedulis pater meus adnotauerat, in quibus tamen nonnulla frustra quaesiui quae uir egregius multa memoriter mente complecti solitus chartis non mandauerat.

In toto opere perficiendo sicut patrem dum inter uiuos fuit indefesso studio adiuuit, ita mihi quoque auxilium atque opem tulit uir doctissimus mihique amicissimus A. Engelbrecht, quem optime de hoc uolumine meritum esse libenti animo profiteor.

Henricus Schenkl.

# EXPOSITIO EVANGELII
## SECVNDVM LVCAN.

$A$ = liber bybliothecae Ambrosianae H 78 sup. (Taurinensis G V 15) saec. VII

$P$ = Petropolitanus F. v. 1 N. 6 (olim Corbeiensis) saec. VIII

$\alpha$ = liber bybliothecae Ambrosianae C 127 inf. saec. VIIII exeuntis

$B$ = liber bybliothecae quae est Bononiae in Galliae oppido ad mare sito (hodie Boulogne sur mer) 35 saec. VIIII

$C$ = Parisiacus Nouv. acq. lat. 1438 (olim Cluniacensis) saec. X

$F$ = Monacensis 6273 (olim Frisingensis 73) saec. VIIII

$O$ = Monacensis 9543 (olim monasterii Oberaltaich 43) saec. VIIII

$\pi$ = liber bybliothecae Palatinae, nunc Uaticanae 168 saec. VIIII exeuntis

$V$ = Uindobonensis 765 saec. X

$E$ = Monacensis 14117 (olim s. Emmerami B 25) saec. X uel XI

$G$ = liber s. Galli 99 saec. VIIII

$\gamma$ = liber s. Galli 96 saec. X

$T$ = Monacensis 18522[b] (olim Tegerseensis) saec. X

$L$ = Laudensis 259 bybliothecae Bodleianae saec. X

$X$ = $FO\pi V$, $\chi = EG\gamma T$

$a$ = editio Amerbachiana

1 Scripturi in euangelii librum, quem Lucas sanctus pleniore I 1262 A
quodam modo rerum dominicarum distinctione digessit, stilum
ipsum prius exponendum putamus; est enim historicus. nam
licet scriptura diuina mundanae euacuet sapientiae disciplinam,
quod maiore fucata uerborum ambitu quam rerum ratione
subnixa sit, tamen si quis in scripturis diuinis etiam illa quae B
2 miranda illi putant quaerit, inueniet. tria sunt enim quae
philosophi mundi istius praecellentissima putauerunt, triplicem
scilicet esse sapientiam, quod aut naturalis sit aut moralis
aut rationalis. haec tria iam et in uetere testamento potuimus
aduertere. quid enim aliud significant tres illi putei, quorum
unus est uisionis, alius abundantiae, tertius iuramenti, nisi

4 I Cor. 1, 25 8 cf. Cic. Acad. I 19 11 Gen. 26, 22—24. 33; cf. de Isaac 20 sqq.

EXPOSITVM SCI | AMBROSI IN (-SII IN *m2*) LVCA EVANGELISTA (libri ·V· *add. m3*) *P* EXPOSITIO SCI AMBROSI EPISCOPI ET CONFRS MEDIOLANENSIS IN EVANGLIV SECVNDVM LVCAM *B* INCIPIT LIB. I. AMBROSII SVPER LVCAM (*f. 2*ʳ INCIP LIB PRIM SCI AMBROSII DE IOH BAPT GENERATIONE) *G* INCIPIT LIB PRIM' SCI AMBROSII DE IOH BAPT GENERATIONE *EγT* INCIP EXPOSITIO SCI AMBROSII IN LUCA EUANGELISTA *FOV et* (euangelista *om.*) π *et* (*in quo* AD LUCAE EUANGELISTAE) *L* IN NOMINE DNI INCIPIT TRACTATVS SCI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPI IN EGLO SCD LVCAM *C. de α cf. praefatio* 1 Scripturi ... digessit *om. α (litt. maioribus et minio pictis haec uerba exarare uoluit librarius)* in *om. P* librum (libro *Gγ*) euangelii χ libro *CX* unum quem *γT* qui secundum lucam (*om.* sanctus) *G* 2 quodā ạḍ modo *P* 3 storicus *G* istoricus π hystoricus *EγT* 4 mundanae (munda *s. u. m2*) *O* ne *FπV* euacuat *O* (-et *corr.*) π*V* euacat *F* 7 qui quaerit *F et* (qui *del.*) π, (*eras.*) *V* quaerat χ 9 sit *om. B* 10 rationalis *αBγ* rationabilis *P* (bi *exp.*) *O* (bi *eras.*) *T* (bi *del. m2*) *cet.; cf. Augustinus de ciu. dei VIII 4* iam *om. X* uetere *PL et* (i *s.* e *tert.*) *G* uetera *F* ueteri *cet.* 11 illi tres *B* 12 uisionis est γ et tertius *αC*

triplicem istam in patriarchis fuisse uirtutem? rationalis puteus uisionis eo quod ratio uisum mentis acuat et animi purget C optutum, ethicus puteus abundantiae eo quod cedentibus allophylis, quorum specie uitia corporis figurantur, uiuae Isaac liquorem mentis inuenit — purum enim profluunt boni mores et bonitas ipsa popularis abundat aliis sibi restrictior — tertius puteus iuramenti, hoc est sapientiae naturalis, quae ea quae supra naturam uel naturae sunt conprehendat; quod enim 1262 A adfirmatur et quasi deo teste iuratur etiam diuina conplectitur, cum dominus naturae fidei testis adhibetur. quid etiam tres libri Salomonis, unus de Prouerbiis, alius Ecclesiastes, tertius de Canticis canticorum, nisi trinae huius ostendunt nobis sapientiae sanctum Salomonem fuisse sollertem? qui de rationabilibus et ethicis in Prouerbiis scripsit, de naturalibus in Ecclesiaste, quia u a n i t a s u a n i t a t u m et o m n i a u a n i t a s quae in hoc mundo sunt constituta; u a n i t a t i B enim c r e a t u r a s u b i e c t a e s t, de moralibus autem et rationabilibus in Canticis canticorum, eo quod cum animae nostrae amor uerbi caelestis infunditur et rationali mens sancta quadam societate conectitur, admiranda mysteria reuelantur.

3 euangelistis quoque quam putas defuisse sapientiam, quorum

3 Gen. 26, 22 11 cf. de Isaac 23, enarr. psalm. 118, 1, 3 15 Eccl. 1, 2 16 Rom. 8, 20

1 ueritatem *X* (uirtutem *m2 in mg. V*) rationalis *αC* rationabilis *P* (bi *exp. m1*) *T* (bi *exp. m2*) *cet.* 2 eo *om. B* acuet (*om.* et) *B* 3 ethicus *P* (*in ras. ex* ethinicus), *C* (us *eras.*), *B* (us *exp.*), *V* (us *s. u. m2*) et hic hos *α* et hic *FLπ* habundantiam *P* 4 allofilis *P* allophilis *BCOVχ* 9 adfirmatur *P* (*in quo* -at̃) *O et* (ur *s. u. m2*) *E* ab adfirmante *B* adfirmate (e *eras.*) *G* adfirmat *γ* (ł tur *s.* t) *cet.* et *om. αG* 14 rationabilibus *αCγLO* rationalibus *cet.* et *om. X* in] et *X* (in *s.* et *m2 V*) 15 uanitatum *γπT et* (tum *in ras.*) *C*, (tatum *ex* tantium) *E*, (tum *m2 ex* tium) *O*, (uanitantium *m2*) *V*, uanitantium *P* (n *alt. exp.*) *F* (antium *in ras. m3*) *cet.* 16 in mundo est *γ* 17 creaturae (*om.* subiecta est) *α* moralibus *BCEγT* miralibus *F* mirabilibus *P* (i *pr. et* bi *expuncta, sed puncta postea deleta*) *O* (o *s.* i *pr. m2*) *cet.* 18 rationabilibus (bi *exp., sed puncta erasa*) *P* 19 rationabili *PL* 20 innectitur *α*

alii cum uariis generibus sint referti, singuli tamen diuerso genere praestant? est enim uere sapientia naturalis in libro euangelii, qui scribitur secundum Iohannem. nemo enim, C audeo dicere, tanta sublimitate sapientiae maiestatem dei uidit et nobis proprio sermone reserauit. transcendit nubes, transcendit uirtutes caelorum, transcendit angelos et uerbum in principio repperit et uerbum aput deum uidit. quis autem moralius secundum hominem singula persecutus quam sanctus Matthaeus edidit nobis praecepta uiuendi? quid ratio- 1263 A nabilius illo admirabili copulatu quam quod sanctus Marcus in principio statim locandum putauit: e c c e, m i t t o a n g e l u m m e u m et u o x c l a m a n t i s i n d e s e r t o, ut et admirationem moueret et doceret humilitate hominem atque abstinentia et fide placere debere, sicut ille sanctus Iohannes Baptista his ad inmortalitatem gradibus ascendit, uestimento cibo nuntio?

4 at uero sanctus Lucas uelut quendam historicum ordinem B tenuit et plura nobis gestorum domini miracula reuelauit, ita tamen ut omnis sapientiae uirtutes euangelii istius conplecteretur historia. quid enim praecellentius ad sapientiam naturalem quam quod spiritum sanctum creatorem etiam dominicae incarnationis exstitisse reserauit? docet ergo naturalia, si creat spiritus. unde et Dauid docens sapientiam naturalem e m i t t e inquit s p i r i t u m t u u m, e t c r e a b u n t u r. docet

6 Luc. 21, 26, Ioh. 1, 1  11 Marc. 1, 2; cf. Mal. 3, 1  12 Marc. 1, 3; cf. Esai. 40, 3  15 Marc. 1, 6 sq.; cf. Cic. Parad. I 11, 15  20 Luc. 1, 35  23 Ps. 103, 30 (32)

3 euangelii qui scribitur secundum Iohannem] euangelistae iohannis *PL*  4 audet *αγ*  maiestate dm̄ uidit *G*  dei diuidit *α*  7 apud dnm *α*  qui *P*  8 moralibus (*s.* ł moralius) γ moraliū *G*  persequutus *FV*  10 copulatu *CEγT* copulat̃• *O* copulato *cet.*  11 ecce inquit *O*  13 hominem humilitate *X* (te *m2 ex* tē *V*)  humilitatem *C* (m *alt. eras.*) χ  abstinentiae fidem *X* (m *eras. V*)  18 omnis (e *s.* i *m2*) π omnes *αBCEGγ*  istius *om. αB*  conplecteretur (cte *s. u. m3*). *P*  19 eius historia *PBL*  21 dicet *G*  ergo] etiam π  naturalia (a *ult. in ras.*) *O* naturalico *F* natura quod (quod *in ras. m2*) *V*  22 sapientiam cor naturale *L*  23 inquit *om.* γ

moralia in eodem libro, cum me in illis beatitudinibus docet C mores, quemadmodum amare inimicum debeam, quemadmodum non referire et repercutere uerberantem, quemadmodum benefacere, mutuum dare cum desperatione recuperationis et cum remuneratione mercedis; merces enim facilius sequitur non exspectantem. docuit etiam rationabilia, cum lego quoniam qui fidelis est in minimo et in maius fidelis est. quid adhuc de naturalibus dicam, quod docuit uirtutes caelorum moueri, dominum solis esse unigenitum dei filium, in D cuius passione tenebrae per diem factae sunt. terra obscurata est, sol refugit? ergo omnem quem mundana sibi prudentia falso uindicat principatum sapientia uere possidet spiritalis, praesertim cum, audacius ut aliquid usurpemus, ipsa fides nostra, ipsum mysterium trinitatis sine hac triplici sapientia esse non possit, nisi credamus et illum naturaliter patrem, qui nobis genuit redemtorem, et illum ethicum filium, qui E patri usque ad mortem secundum hominem oboediens nos redemit, et illum rationabilem spiritum, qui rationem colendae diuinitatis et uitae regendae humanis pectoribus infudit. nec quisquam putet nos potestatis aut uirtutis fecisse distantiam, cum hac calumnia etiam Paulum possit incessere. neque enim distantiam fecit ille, cum dixit: diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: et diuisiones ministe-

2 Luc. 6, 27 3 Luc. 6, 29 4 Luc. 6. 34 sq. 7 Luc. 16, 10 8 Luc. 21, 26 10 Luc. 23, 44 sq. 17 Philipp. 2, 8 22 I Cor. 12, 4—6

1 mirabilia *α* 2 debeat *F et* -am *corr. m1 O, m2 V* 3 et non *EFLπ* 4 recuperationis aut remunerationis et mercedis *Maurini* 5 ęternę *post* mercedis *add. s. u. π* 6 docet *LX* etiam] enim *X* 7 et] etiam *BEGLT* maius (ori *s.* us) *γ* maiore *α* magnis *LX* 9 solis *P m1 FGπV* solum *Pm3 O* (-ū *in ras.*) *cet.* 12 sibi (*eras.*) uindicat *P* 13 audacius ut] ut audacius *B et* (ut *s. u. et* ut deinde *exp.*) *γ* 14 nostra (*in ras. m2*) *O* nam *Fπ* continens (*in ras. 8 fere litt., quarum ultima fuit* m) *V* 16 eth**icum (in *eras.*) *P* ˙filium *CF, om. cet.* 18 rationem caelestem (*deinde ras. 7 fere litt.*) diuinitatis *C* 19 infundit *αGγOT* 21 haec *BEGTV et* (e *eras.*) *π* incessare *LX* 23 ministrationum *OπV* ministratorum *F*

riorum sunt, idem autem dominus: et diuisiones
operationum sunt, idem autem deus, qui operatur F
omnia in omnibus. operatur enim omnia et in omnibus
filius, sicut habes alibi quia omnia et in omnibus Christus. operatur et spiritus sanctus, quia omnia operatur
unus atque idem spiritus diuidens singulis prout
uult. nulla ergo operationum distantia, nulla discretio est,
ubi uel in patre uel in filio uel in spiritu sancto nulli secunda
plenitudo uirtutis est.

6 Haec igitur diligenter, cum legimus, consideremus, ut in
ipsis locis nobis possint melius elucere. qui enim quaerit 1264 A
inuenit et qui pulsat aperietur ei. aperit sibi diligentia ianuam ueritatis et ideo praeceptis caelestibus pareamus.
neque enim otiose dictum est homini quod nulli aliorum animantium: in sudore uultus tui manducabis panem
tuum; his enim animalibus, quae natura inrationabilia sunt,
iussu dei terra pabulum ministrare praecepta est, soli autem
homini, ut rationabile quod accepit exerceat, uitae cursus in
labore praescribitur. qui enim non est contentus animalium B
pabulo ceterorum, cui non satis est lignum fructiferum conmune omnibus ad escam datum, sed delicias sibi uariarum
exquirit epularum, delicias sibi transmarinis arcessit e terris,
delicias uerrit e fluctibus, recusare non debet qui labore
uictum requirit, breuem si laborem pro uita subeat aeterna.

4 Coloss. 3, 11  5 I Cor. 12, 11  11 Matth. 7, 8  15 Gen. 3, 19  17 Gen. 1, 11  20 Gen. 1, 11; 2, 16

3 in] et in *EGγO et* (et *in ras. m2*) *T*  7 est *om. Cγ*  8 sancto *om. P*  nulla *BG*  secunda *s. u. P*  11 possit *BX*  12 inueniet *BLX*  pulsauerit *B*  20 in commune *O* communem *CFVχ* (m *ult. eras.*) *T*  21 sed *s. u. P*  diuitias *X*  uarias *γ*  22 trasmarinis *P* transmarinis *C* (is *ex* as)  adcersit *X* arcersit *ET*  ae (a *eras.*) terris *C* a terris (*ex* aeternis) *E* terris *LX*  23 uerrit e *BCEγTX* (*s.* uerrit *ras. 5 fere litt: V*) uerrit et ad *G* ueritatis *PL* ueritate *α* quin (n *in ras. m2*) *E*, (n *del.*) *T*  24 requirit (-at *m2*) *EO*  si breuem sibi *π*  si] sibi *LX*, sed *E* (*ex* si; *m2* et), *T* (*s.* ł si)

itaque si quis in haec sacratarum disputationum certamina ueniens exuat se uitae huius expositae ad errorem sollicitudine et nudus malitiae athleta pietatis oleo spiritali uelut quaedam animae membra perfusus suscipiat certamina ueritatis, haut dubie perpetua promerebitur sacratarum praemia coronarum. bonorum enim laborum nobilis fructus est et quanto plura certamina tanto praecellentior corona uirtutum.

7 Sed ad propositum reuertamur. historico stilo diximus hunc euangelii librum esse digestum. denique describendis magis rebus quam exprimendis praeceptis studium uberius conparatione aliorum uidemus inpensum. et ipse euangelista historico more a narratione sumsit exordium. fuit inquit in diebus Herodis regis Iudaeae sacerdos quidam nomine Zaccharias eamque historiam plena digestione persequitur. unde etiam hi qui quattuor animalium formas quae in Apocalypsi reuelantur quattuor euangelii libros intellegendos arbitrati sunt hunc librum uolunt uituli specie figurari; uitulus enim sacerdotalis est uictima. et bene congruit uitulo hic euangelii liber, quia a sacerdotibus inchoauit et consummauit in uitulo, qui omnium peccata suscipiens pro totius mundi uita est inmolatus; sacerdotalis enim est ille uitulus. idem quippe et uitulus et sacerdos: sacerdos, quia propitiator est noster — aduocatum enim ipsum habemus

6 Sap. 3, 15   7 II Tim. 4, 8   13 Luc. 1, 5   17 Apoc. 4, 6 sqq. 21 I Petr. 2, 24, I Ioh. 2, 2   24 I Ioh. 2, 1

1 sacramentarum *F* sacrarum γ   2 huius uitae *PL*   exposito *G*   ab erroris sollicitudine α errore (*om.* ad) ac sollicitudine *G* ad errorem (v *s.* e *alt.* *V*) sollicitudinem *FL*π*V*   3 atleta *PL*   5 haut (h *s. u.*) *P*   9 stilo] libro *B*   13 historiae *C*   a] de χ, *om.* α*X*   narrationis *X*   14 iudeae (e *pr. s. u.*) *V* iudei (i *eras.*) *G*   sacerdos (o *ex* u) *P*   15 digestio (i *alt. s. u.*) *P*   16 ·IIII· *P*X   animalium formas *in ras.* *P*   animalia *F* *et* (v̌ *s.* a *ult. m2*) π*V*   17 ·IIII· *P*   18 speciem α*F*π *et* (-e *corr.*) *V*   20 hic (c *in ras.*) *P*   quia *E*γ*T* qui *cet.*   a *s. u.* *G*   22 est *PL*, et *V* (est *corr.*) *cet.*   23 et *alt.*] est α est et *CG*

aput patrem — uitulus, quia suo sanguine nos diluit et rede-
mit. et bene accidit, ut quoniam euangelii librum secundum
Matthaeum diximus esse moralem, opinio huiuscemodi non
8 praetermitteretur; mores enim proprie dicuntur humani. pleri- F
que tamen putant ipsum dominum nostrum in quattuor euan-
gelii libris quattuor formis animalium figurari, quod idem
homo, idem leo, idem uitulus, idem aquila: homo, quia natus
ex Maria est, leo, quia fortis est, uitulus, quia hostia est,
aquila, quia resurrectio est. atque ita in libris singulis forma
animalium figuratur, ut uniuscuiusque libri series propositorum
uideatur animalium aut naturae aut uirtuti aut gratiae aut
miraculo conuenire. quae licet omnia in omnibus sint, tamen 126
plenitudo quaedam in singulis uirtutum est singularum. ortum
hominis alius descripsit uberius, mores quoque hominis prae-
ceptis uberioribus erudiuit; alius a potentiae coepit expres-
sione diuinae, quod ex rege rex, fortis ex forte, uerus ex uero
uiuida mortem uirtute contempserit; tertius sacrificium sacer- 1266
dotale praemisit· et ipsam uituli inmolationem stilo quodam
pleniore diffudit; quartus copiosius ceteris diuinae miracula
resurrectionis ·expressit. unus igitur omnia et unus in
omnibus, sicut lectum est, non dissimilis in singulis, sed
uerus in cunctis. sed iam ipsum sermonem adoriamur euangelii.

1 Hebr. 9, 12 sqq., Apoc. 5, 9 8 cf. Iudd. 14, 14 et 18, Luc. 3, 16 9 Ps. 102, 5 20 Coloss. 3, 11

1 diluit et *X* doluit et *α*, *om. cet.* 2 accidit (ac *in ras.*) *P* accedit *EγX* 4 praetermitteretur (ter *pr. s. u.*) *P* 5 nostrum *om. B* ·IIII· *P* 6 ·IIII· formis *P* quadriformis *LX* (quattuor *s.* quadri *m2 Oπ*) 7 aquila *αBCXγ* (*post* aquila *ras. 4 litt.* π) esse aquila comprobatur *PL* 8 est ex maria *FγO*, est (*extra u.*) ex mariae (e *ult. eras.*) *V* fortis *PCL* fortior *cet.* 9 quia *s. u. m3 P* 10 libri *om. L* 11 uidetur *αEGX* (-eatur *m2 EOπV*) uirtute *X* (-i *m3 Oπ*) 13 uirtutum est *ante* in singulis *transponit B* 14 alius (s *s. u.*) *P* describit *P* discrib*sit *L* disscripsit *FOV* (descr. *O m2*) discripsit (e *s.* i *pr. m2*) π 15 uberrioribus (r *pr. eras.*) *P* potentia coepit et *α* 16 forti *P* 19 diuina *X* 20 expraessit (s *pr. s. u.*) *P* et unus *om. B* 22 *post* euangelii *add.* Incipit euangelium *α* Incip prologus *G* inicium lucę (*in mg. m2*) *V*

## LIBER PRIMVS.

1 Quoniam inquit multi conati sunt ordinare nar- 1265 B
1,1 rationem rerum. pleraque nostrorum quemadmodum uete-
rum Iudaeorum paribus et generibus formantur et causis
atque exemplorum similium pari usu exituque conueniunt
principioque rerum et fine concordant. nam sicut multi in
illo populo diuino infusi spiritu prophetarunt, alii autem pro-
phetare se pollicebantur et professionem destituebant men- C
dacio — erant enim pseudoprophetae potius quam prophetae.
sicut Ananias filius Azot, erat autem populi gratia discernere
spiritus, ut cognosceret quos referre deberet in numerum pro-
phetarum, quos autem quasi bonus nummularius inprobaret.
in quibus materia magis corrupta sorderet quam ueri splen-
dor luminis resultaret — sic et nunc in nouo testamento
multi euangelia scribere conati sunt, quae boni nummularii
non probarunt, unum autem tantummodo in quattuor libros D
2 digestum ex omnibus arbitrati sunt eligendum. et aliud qui-
dem fertur euangelium, quod duodecim scripsisse dicuntur.
ausus etiam Basilides euangelium scribere, quod dicitur secun-
dum Basilidem. fertur etiam aliud euangelium, quod scribitur

6 sqq. Origenes hom. in Lucam I (XIII 1801 sqq. *M.*) 10 Hier. 35 (28), 1 11 Deut. 18, 21 sqq. 16 cf. enarr. ps. 40 s. 38

2 inquit] quidem *OπV*, *om. F* 3 plerique *αγ et* (i *ex* e) *T* 5 exemplorum (em *s. u.*) *P* uisu *E et* (*s.* ł orsu) *T* 6 sicuti *B* 7 prophetauerunt *LX* prophetarum *G* autem] etiam se (*om. deinde* se) *B* 9 enim *om. α* 10 azoti *αC* azoth *LX* Azor *ed. Rom.; cf. Origenes hom. in Lucam I (XIII 1801, 6 M., ubi* Agot *legitur*) 12 nummularius *PαBC* nummolarius (numolarius γ) *cet.* inprobaret *PL* inprobare *cet.* 15 nummularii *PαBC* nummolarii *V* (v *s.* o *m2*) *cet.* 16 probauerunt *LX* unũş *P* ·IIII· *PL* 18 ·XII· *PLX* dicantur *L* (a *in ras.*), π (v *s.* a *m2*) *cet.* 19 ausus est (est *s. u. m2*) *EπT* etiam (*m2* est iam) *O* basilidis *LX* (-es *m2 OV*) quod dicitur secundum basilidem *BCFOπχ*, secundum quod dicitur secundum basilidem *α et* (secundum *pr. eras.*) *V*, secundum proprium nomen *PL; cf. Origenis hom. in Lucam I (XIII 1801 M.)* ἤδη δὲ ἐτόλμησε καὶ Βασιλίδης γράψαι κατὰ Βασιλίδην εὐαγγέλιον

secundum Thoman. noui aliud scriptum secundum Matthian.
legimus aliqua, ne legantur, legimus, ne ignoremus, legimus,
non ut teneamus, sed ut repudiemus et ut sciamus qualia
sint in quibus magnifici isti cor exaltant suum. sed ecclesia, E
cum quattuor euangelii libros habeat, per uniuersum mundum
euangelistis redundat, haereses, cum multa habeant, unum
non habent; multi enim conati, sed dei gratia destituti
sunt. plerique etiam ex quattuor euangelii libris in unum ea
quae uenenatis putauerunt adsertionibus conuenientia refer- 1266 B
serunt. ita ecclesia quae unum euangelium habet unum deum
docet, illi autem qui alium deum ueteris testamenti, alium
noui adserunt ex multis euangeliis non unum deum, sed plures fecerunt.

3 Quoniam multi inquit conati sunt. conati utique illi
sunt qui inplere nequiuerunt. ergo multos coepisse nec in-
plesse etiam sanctus Lucas testimonio locupletiore testatur
dicens plurimos esse conatos. qui enim conatus est ordinare
suo labore conatus est nec inpleuit. sine conatu sunt enim C
donationes et gratia dei, quae, ubi se infuderit, rigare con-
sueuit, ut non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. non
conatus est Matthaeus, non conatus est Marcus, non conatus
est Iohannes, non conatus est Lucas, sed diuino spiritu uber-
tatem dictorum rerumque omnium ministrante sine ullo moli-
1, 1 mine coepta conplerunt. et ideo bene dicit: quoniam multi D

4 Daniel 11, 12 et 36, Ps. 130, 1; cf. Zach. 11, 2 14 sqq. Origenes hom. in Lucam I (XIII 1803 a *M.*)

1 thoman *PFGγ et* (n *ex* m) *V* thomam *cet.* alium *X* (-ud *m2 V*) alibi *γ* matthian *PET* mathian *γL* matthiam *α* matthia *F* mattheum *B* mathiam *V* (am *ex* an *m2*) *cet.* 4 exaltant cor *C* 5 ·IIII· *P* 6 redundant *P* heresis (is *ex* es *m2*) *Oπ* habe*ant (b *eras.*) *L* habeant (n *s. u.*) *E* habeat *X* 7 habet *X* 8 ·IIII· *PLπ* 9 uenenatis (ne *s. u.*) *P* uenatis *F* referserunt (rse *eras.*) *π* resperserunt (p *s. u.*) *V* retulerunt *γ* 14 inquit multi *C*, inquit *om. γ* 16 locupletiore (io *in ras.*) *O* locupletiori (iori *in ras.*) *L* locupletare *π* (tiori *m2 s.* tare) *FV* 20 non negeat (n *ult. eras.*) *P* 21 est *pr. s. u. P* 22 iohannis *X* (-es *m2 π*) 24 conplerunt *PαBG* conpleuerunt *cet.*

conati sunt ordinare narrationem rerum quae in
nobis conpletae sunt uel quae in nobis redundant.
4 quod enim redundat nulli deficit et de conpleto nemo dubitat,
cum fidem effectus adstruat, exitus prodat. itaque euangelium
conpletum est et redundat omnibus per uniuersum orbem
fidelibus et mentes omnium rigat animumque confirmat. ergo
fundatus in petra et qui omnem fidei sumserit plenitudinem
firmamentumque constantiae recte dicit: quae in nobis con- E
pletae sunt, quoniam non signis et prodigiis, sed uerbo
uera et falsa discriminant qui salutaria domini gesta descri-
bunt uel qui animum mirabilibus eius intendunt. quid enim
tam rationabile quam ut credas, cum legis ea gesta quae
supra hominem sunt, potioris esse naturae, at uero cum legis
ea quae sunt moralia, suscepti credas esse corporis passiones? 1267 A
ita uerbo atque ratione, non signis fides nostra fundatur.
5 Sicut tradiderunt inquit nobis qui ab initio ipsi
1,2 uiderunt et ministri fuerunt uerbi. non congruit
ista elocutio, ut magis ministerium uerbi quam auditum
esse credamus. sed quia non prolatiuum uerbum, sed sub-
stantiale signatur uerbum illud, quod caro factum est et
habitauit in nobis, non uulgare uerbum, sed illud caeleste B
intellegamus. cui apostoli ministrarunt. et tamen in Exodo
lectum est quia populus uidebat uocem domini, et
utique uox non uidetur, sed auditur. uox enim quid est nisi
sonus, qui non oculis cernitur, sed aure percipitur? uerum
altissimo ingenio uoluit declarare Moyses quia uox uidetur
dei; interioris enim mentis uidetur obtutu, in euangelio autem

7 Luc. 6, 48, Hebr. 10, 22 17 Origenes hom. in Lucam I (XIII 1803 a sq. *M.*) 20 Ioh. 1, 14 23 Exod. 20, 18

1 rerum rationem *X* (rerum *s. u. V*, narrationem *m2 O*) 3 defęcit (i *s.* ę) *P* 6 regit *P* rigat (a *ex* i) *L* 10 discribunt *X* (descr. *m2 Oπ*) 11 animo *X* 13 potiores *αX* (-is *m2 OπV*) 14 moralia *αCT* mortalia *cet.* 17 congruit (con *s. u.*) *P* 18 eloquutio *FOV* magis (maius *corr., sed deletum*) *P* maius (*m2 ex* magis) *G* uerbi uisum *mg. m2 codex s. Marci 507 et a* auditus *P* 19 non *s. u. P* 21 uulgale *X* (-re *m2 O*) 23 et *om. T* 25 uerbum *α et* (b *eras.*) *C*

non uox, sed illud quod uoce praestantius est uerbum uidetur. C
unde et sanctus Iohannes euangelista quod erat inquit ab
initio, quod audiuimus et quod uidimus, oculis
nostris perspeximus et manus nostrae scrutatae
sunt de uerbo uitae: et uita apparuit, et uidimus
et testamur et adnuntiamus uobis de uita, quae
erat aput patrem et apparuit nobis. uides ergo quod
uerbum dei et uisum est apostolis et auditum. non solum
enim secundum corpus uiderunt dominum, sed etiam secundum
uerbum; uiderunt enim uerbum qui cum Moyse et Helia ui-
derunt gloriam uerbi. isti enim uiderunt Iesum, qui in sua D
uiderunt gloria, alii non uiderunt, qui corpus tantummodo
uidere potuerunt; non enim corporalibus, sed spiritalibus oculis
6 Iesus uidetur. denique Iudaei non uiderunt eum, qui uidebant.
uidit eum Abraham, quia scriptum est: Abraham diem
meum uidit et gauisus est. uidit ergo eum Abraham,
qui dominum utique in corpore non uidebat, sed qui uidit in
spiritu uidit in corpore; qui autem uidit in corpore et non E
uidit in spiritu nec in ipso uidit corpore quod uidebat. uidit
eum Esaias et, quia uidit in spiritu, uidit et in corpore. de-
nique non habebat inquit speciem suam neque deco-
rem. non uiderunt eum Iudaei; obcaecatum enim erat
insipiens cor eorum. ipse quoque non se posse a Iudaeis
uideri testificatur dicens: duces caeci, liquantes culicem,
camellum autem gluttientes. non uidit eum Pilatus,

2 I Ioh. 1, 1 sq. 10 Matth. 17, 3 13 Augustinus epist. 148, 6 (*non . . . uidetur*) 14 Matth. 13, 13 15 Ioh. 8, 56 21 Esai. 53, 2 22 Augustinus epist. 148, 6 (*non . . . eorum*), Marc. 6, 52 24 Matth. 23, 24

1 *post* uidetur *add.* quomodo uox uidetur *B* scs iohannes *PL* iohannes (-is *X*, -es *m2 Oπ*) scs *cet.* 3 et oculis *EγLT*, quod (*s. u. m2*) oculis *OV; cf. lib. V s. 96 et de paradiso 58* 7 paruit *P; cf. lib. V s. 96* 9 dn̄i *X* 11 quia *G* 12 quia (a *eras.*) *G* 14 qui uidebant *PBCLXγ*, in corpore *add. T et s. u. m2 O* quia non uidebant in spu *α*; *cf. p. 15 u. 3* 15 uidit meum diem *FLO et qui post* diem *add.* uidit *πV* 17 sed quia *B* 25 camellum *F et* (l *pr. eras.*) *PV* camelum *cet.* glutientes *CγX et* (glutt. *m2*) *E*

non uiderunt illi qui clamabant: crucifige, crucifige
eum; si enim uidissent, numquam dominum maie- F
statis crucifixissent. qui ergo deum uidit uidit Em-
manuhel, hoc est: uidit nobiscum deum, qui autem deum
nobiscum non uidit non potuit uidere quem uirgo peperit.
denique qui non crediderunt dei filium nec filium uirginis
7 crediderunt. quid est ergo deum uidere? nolo me interroges:
euangelium interroga, ipsum dominum interroga, immo dicen-
tem audi: Philippe, qui me uidit uidit et patrem,
qui me misit. quomodo tu dicis: ostende nobis
patrem? non credis quia ego in patre et pater in 1268 A
me est? utique non corpus uidetur in corpore nec spiritus
uidetur in spiritu, sed solus ille pater uidetur in filio aut
iste filius uidetur in patre; non enim dissimiles in dissimili-
bus uidentur, sed ubi unitas operationis est atque uirtutis,
et filius in patre et pater uidetur in filio. quae ego
inquit opera facio et ille facit. in operibus Iesus
uidetur, in operibus fili et pater cernitur. uidit Iesum
qui Galilaeum illud mysterium uidit, quod nemo posset B
nisi mundi dominus elementa conuertere. uideo Iesum,
quando lego quia caeco liniuit oculos luto et reddidit
uisum; ipsum enim recognosco, qui de luto finxit hominem
et ei uiuendi spiritum, uidendi lumen infudit. uideo Iesum,

1 Luc. 23, 21   2 I Cor. 2, 8   3 Matth. 1, 23   9 Ioh. 14, 9 sq.   16 Ioh. 5, 19   19 Ioh. 2, 9   21 Ioh. 9, 6   22 Gen. 2, 7

1 *post* crucifige *pr. add.* eum *X*  2 uidissent eum *X*  3 ergo dnm *X et* (n *eras.*) *T et* (dm̄ *corr.*) *B*  4 autem nobiscum dm̄ χ *et* (dm̄ *postea in u. ult. add.*) *B*  8 docentem *X* dicente α  9 uidit me uidit π uidet me uidet γ me uidet uidet (-et *bis ex* -it *m2*) *O*  14 iste *PαBCL*, *om. cet.*  14 dissimilis ... uidetur *X*  16 ego] enim *P; malim* enim ego  17 operibus] patris *add. ed. Paris. a. 1569*  18 fili α filius *X* (fili *m2 O*) filii *cet.*  19 *post* mysterium *tres libri testibus Maurinis et ed. Rom. add.* id est ex aqua uinum factum; γ *in mg. m2* Aqua conuersa est in uinum. In chana galileę  possit *P* ( et *m3*) *G* (-et *m2*) *LX* posuit α  21 leniuit (i *s.* e) *P* lauit *G* linuit *αBO et* (*m2* liniuit) *T*  23 et qui ei *G*  uidendi *PCELT* et (d *pr. ex* u *m2*) π*V* uiuendi *cet.*

quando peccata condonat; nemo enim potest peccata dimittere
nisi solus deus. uideo Iesum, quando Lazarum suscitat, et
non uiderunt qui uiderunt. uideo Iesum, uideo etiam patrem.
quando oculos ad caelum erigo, ad maria conuerto, ad terram C
retorqueo; inuisibilia enim eius per ea quae facta
sunt intellecta conspiciuntur.
8 Sicut tradiderunt nobis qui ab initio uiderunt
1,2 et ministri fuerunt uerbi. gemina uirtus est in homine
perfecto, ut et intentio sit et actio. utramque igitur uirtutem
sanctus euangelista apostolis defert; non solum enim uiderunt inquit, sed etiam ministri uerbi fuerunt. intentio
uisionis actionis est ministerium, finis autem intentionis est D
actio, principium actionis intentio. atque ut proprio apostolorum utamur exemplo, intentio est quod Petrus et Andreas
audita domini uoce dicentis: faciam uos piscatores hominum sine ulla conperendinatione reliquerunt scalmum,
uerbum secuti sunt. sed non statim in intentione actio. ne
ibi quidem adhuc actio, sed intentio, ubi dicit Petrus: domine, quare non possum te sequi modo? animam
meam pro te ponam. erat enim intentio passionis, sed
nondum erat actio, licet in ieiuniis iam esset actio, esset in E
uigiliis, esset in contemptu corporalium uoluptatum; haec
enim est actio Christiani. neque enim in omnibus rebus simul
et intentio et actio est, sed cum sit rei alterius actio, alterius
adhuc intentio est. nam et ipse Petrus cum multa apostolica
uirtute perpete peregisset, postea tamen quando dixit ei dominus: tu me sequere, tulit crucem suam et secutus est

1 Marc. 2, 5. 7 2 Ioh. 11, 43 sq. 5 Rom. 1, 20 15 Matth. 4, 19 18 Ioh. 13, 37 27 Ioh. 21, 22

5 quae *s. u. P* 6 intellegenda *P, cf. de spir. sancto III 2, 13, enarr. psalm. 118, 2, 32* 13 actio] actionis *X* 15 faciam uos fieri *O et* (fieri *eras.*) *T* 17 sequuti *FOV* in *om. aBC* intentione (-nē *B*) actio ne ibi *BLX* intentione actionis ibi *P* intentio cum actione ibi (*deinde* non actio) *aC* intentione actio ibi *χ* 20 meam *om. χ* 21 iam in ieiuniis *X* 24 est sed *om. P* 26 perpete *P* perpetim (im *in ras.*) *χ* perpeti *cet.* peregisset (e *alt. s. u.*) *P*

uerbum atque actionem subiit passionis. sed fuerit in Petro,
Andrea, Iohanne et ceteris apostolis et intentionis et actionis F
9 aequalitas: est autem nonnumquam plus in intentione quam
in actione aut plus in actione quam in intentione, ut in euan-
gelio cernimus inter sanctam Mariam et Martham fuisse di-
stantiam. alia enim uerbum audiebat, alia festinabat circa
ministerium. quae stetit et ait: domine, non est tibi
curae quod reliquit me solam ministrare. dic ergo
illi, ut me adiuuet. et dixit illi: Martha, Martha,
Maria optimam partem elegit, quae non auferetur 1269 A
ab ea. ergo in altera intentionis studium, in altera actionis
ministerium redundabat, utrique tamen utriusque uirtutis
studium suppetebat, siquidem et Martha, nisi audisset uerbum,
ministerium non subisset, cuius actio intentionis indicium est,
et Maria tantum gratiae de utriusque rettulit perfectione uir-
tutis, ut ungueret pedes Iesu et tergeret capillis et totam
domum suae fidei odore conpleret. est etiam nonnumquam B
maxima intentio, cassa actio, ut si medicinae animum aliquis
intendat et, cum omnia medendi praecepta cognouerit, non
exsequatur officia, atque ita fit ut quia cassa actio, cassa
etiam intentio sit. est etiam in nonnullis uberior aliquando
actio, exilior intentio, ut si aliquis baptismi salutaris sacramenta
percipiat et cognoscendis uariarum uirtutum praeceptis ani-
mum nolit intendere, fit plerumque ut per intentionis incuriam

7 Luc. 10, 40—42 15 Ioh. 12, 3

1 fuerit (ł a *s.* i) *F* 3 intentione (in *s. u.*) *P* 4 in *pr.* α, *om. cet.* in *tert. om. PB* euangelio (o *ex* um) *P* 6 altera ... altera *PL* festinabat (a *pr. ex* e) *P* 8 cura *PL* cura eo *G* curae eo γ*T* *post* quod *add.* soror mea *T et* (*s. u. m2*) π*V*, *post* me *add.* soror mea *EG*γ relinquit α dereliquit *EG*γ derelinquit *T* 9 dn̄s martha martha *F*χ; martha *alt. s. u. V*, martha (*om. alt.*) *P*π 10 auferatur *L* aufertur *F*π 13 suppedebat *X* (-tebat *m2 O*, -diebat *m2* π) 15 mariae *EG*γ*X* (e *eras. EOV*) 16 ungeret *PCL* unguerit *F et* (-et *m2*) π*V* pedis (-es *m3*) *P* et *pr.*] ut *X* 19 cognouit *P* 21 uberiora (a *eras.*) *P* 22 aliquis] quis *PL* 23 cognoscendi *X* (-is *m2* π)

fructum actionis amittat. ideo ergo utriusque uirtutis pleni-
tudo quaerenda est, quam consequi potuerunt apostoli, de C
quibus dicit: qui ab initio uiderunt et ministri fu-
erunt, ut per id quod uiderunt diuinae cognitionis intellega-
tur intentio, per id quod ministri fuerunt eorum actio de-
claretur.
10 Uisum est inquit mihi. potest non soli uisum esse quod
1, 3 uisum sibi esse declarat. non enim uoluntate tantum humana
uisum est, sed sicut placuit ei qui in me inquit loquitur D
Christus, qui ut id quod bonum est nobis quoque bonum
uideri possit operatur; quem enim miseratur et uocat. et ideo
qui Christum sequitur potest interrogatus cur esse uoluerit
Christianus respondere: uisum est mihi. quod cum dicit,
non negat deo uisum; a deo enim praeparatur uoluntas
hominum. ut enim deus honorificetur a sancto, dei gratia
est. denique plurimi uoluerunt scribere euangelium, sed quat-
tuor tantummodo qui diuinam meruerunt gratiam sunt recepti. E
11 uisum est inquit et mihi adsecuto a principio omnia
1, 3 diligenter ex ordine. prolixiorem hunc euangelii librum
quam ceteros esse nemo dubitauerit. et ideo non ea quae
falsa sunt, sed quae uera sibi uindicat. denique etiam a sancto
apostolo Paulo testimonium meruit diligentiae. sic enim laudat
Lucan: cuius laus inquit est in euangelio per omnes F
ecclesias. et uere laudabilis est qui meruit a tanto gentium
doctore laudari. adsecutum itaque se non pauca dicit, sed
omnia et adsecuto omnia uisum est scribere non omnia, sed

7 Augustinus de natura et gratia 63, 75 et de dono perseu. 19, 49 (*uisum est — 16 dei gratia est*) 9 II Cor. 13, 3 11 Rom. 9, 18. 24; cf. Marc. 10, 48 sq. 14 Prouerb. 8, 35 23 II Cor. 8, 18 24 cf. Cic. Tusc. IIII 67

3 fuerunt uerbi (uerbi *s. u.*) π 7 est i. et mihi *B Augustinus loco altero* (*om.* inquit) solum *X* (soli *m2 V*) 8 sibi uisum *Augustinus loco altero* 9 ei] illi *X* inquit *om. Augustinus loco altero* 12 uoluit *B* 13 est et mihi *Augustinus loco altero* 14 enim *om. αC* 16 ·IIII· *PL* 18 adsequuto *FO et* (u *alt. s. u.*) *V* 23 lucan *P* lucam *cet.* 25 adsequutum *FπV*

ex omnibus; non enim scripsit omnia, sed adsecutus est omnia, quia quae fecit inquit Iesus, si scribantur omnia, nec ipsum capere mundum arbitror. aduertis enim quod consulto etiam ea quae ab aliis sunt scripta praeteriit, ut diuersa in euangelio gratia refulgeret et propriis quibusdam singuli libri mysteriorum gestorumque miraculis 1270 A
eminerent. diuiserunt enim sibi uestimenta milites Christi, quod suo loco plenius explanabitur.

12 Scriptum est autem euangelium ad Theophilum, hoc est ad eum quem deus diligit. si deum diligis, ad te scriptum est, si ad te scriptum est, suscipe munus euangelistae. pignus amici in penetralibus animi diligenter adserua, bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui datus B
est nobis, frequenter inspice, saepius discute. fides pignori prima debetur, fidem sequitur diligentia, ne conmissa tibi pignera tinea aut aerugo consumat; quod enim tibi conmissum est consumi potest. euangelium bonum pignus est, sed uide ne uel in animo tuo illud aut tinea aut aerugo consumat.

13 consumit tinea, si quod bene legeris male credas. tinea haereticus est, tinea Fotinus est, tinea tua Arrius est. scindit ue- C
stimentum qui separat a deo uerbum. scindit uestimentum Fotinus, cum legit: in principio erat uerbum et uerbum erat aput deum et deus erat; integrum enim uestimentum est, si legas: et deus erat uerbum. scindit uestimentum qui separat a deo Christum. scindit uestimentum

2 Ioh. 21, 25  7 Luc. 23, 34; cf. lib. X ss. 23 sq.  9 sqq. Origenes hom. in Lucam I (XIII 1804 d sq. *M.*)  12 II Tim. 1, 14  16 Matth. 6, 19 sq.  22 Ioh. 1, 1

4 consulte *EγT* consolato *X* (consulto *corr. OπV*)  7 enim *s. u. m2 GV*, *om.* π  uestimenta *PL* uestimenta dñi *cet.*  9 theofilum *PaLX*  12 penetralibus γ penetrabilibus *P* (bi *eras.*) *cet.*  14 pigneri *F* pignore *V* (-ri *corr.*, o *in ras.*) π  16 pignera *PaBL* pignora *cet.*  aut tinea *BL*  17 euangelista bonum *X* (-stã *F*, um *s.* sta *m2 O*)  23 deus erat uerbum *aEGTX* (uerbum *exp. m2 a*, *eras. EV*)  25 a deo separat *B*

qui legit: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant
te solum uerum deum, nisi cognoscat et Christum. non
enim solum patrem uere deum cognoscere uita aeterna
est, sed etiam Christnm cognoscere uerum deum, uerum D
de uero, deum de deo uita est sempiterna. tinea est Chri-
stum cognoscere sine diuinitatis fide aut corporis sacra-
mento. tinea est Arrius, tinea est Sabellius. patitur has tineas
spiritus fluctuantium, patitur has tineas spiritus qui non cre-
dit quia pater et filius diuinitate unum sunt. scindit quod
scriptum est: ego et pater unum sumus qui unum per
discretas substantias diuidit. patitur hanc tineam spiritus qui E
Iesum Christum in carne uenisse non credit et ipse tinea est;
ipse est enim antichristus, qui autem de deo sunt fidem
tenent et ideo tineam pati non queunt, quae diuidit uesti-
mentum. omne enim quod inter se diuiditur sicut Satanae
14 regnum non potest esse perpetuum. est etiam aerugo animi,
cum saecularium sordibus cupiditatum religiosae acies inten-
tionis obducitur aut fidei puritas decoloratur nube perfidiae.
aerugo mentis est rei cupiditas familiaris, aerugo mentis F
incuria est, aerugo mentis est adpetentia dignitatum, si in his
summa spes uitae praesentis locetur. et ideo ad diuina con-
uersi acuamus ingenium, exerceamus adfectum, ut gladium
illum, quem uendita ueste emi dominus iubet, paratum sem-
per et lucidum tamquam in uagina mentis reconditum habere
possimus. arma enim spiritalia et fortia deo ad destruendas

1 Ioh. 17, 3 10 Ioh. 10, 30 12 I Ioh. 4, 2 sq. 15 Matth. 12, 25 22 Luc. 22, 36 25 II Cor. 10, 4

2 uere solum *X* uerum *extra u. m2 T* 3 patrem solum *P* cognoscere *om. X* 4 uerum *pr.*] uere *X* uerbum *G* deum et uerum *C* 5 dm̃ (*eras.*) | dm̃ *P* 6 diuinitate *P* 8 fluctuantius (u *ult. eras.*) *P* 9 diuinatate (i *s.* a *pr. m2*) *P* 12 uenisse *om. Cγ* ipse* (e *eras.*) *P* in ea *EγT* (tinea *m2 Eγ*) 13 est enim *PL* inquā (ā *in ras.*) *O* inquit *FπV* est enim inquit *cet.* fide *P* 14 pati tineam *Cγ* pati nequeunt *ET* 17 cupiditatum] uoluptatum *ET* 20 adpetentia *BCEγTX* ad penitentiam *αG* ambitio *PL* 22 exerceatus (m *s.* t) *P* adfatum *P* adfectum (ect *in ras.*) *L* 25 possimus (i *ex* e *m2*) *P*, (i *ex* u) *G*

munitiones militibus Christi debent semper esse praesentia,
ne cum uenerit dux caelestis militiae, situ nostrorum offensus 1271 A
armorum a legionum suarum nos societate discernat.
1,5 sq. Fuit inquit in diebus Herodis regis Iudaeae sa-
cerdos quidam nomine Zaccharias de uice Abia et
uxor eius de filiabus Aaron et nomen eius Elisa-
bet. et erant ambo iusti, incedentes in omnibus
mandatis et iustificationibus domini sine que-
15 rella. docet nos scriptura diuina non solum mores in his
qui praedicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari, B
ut ueluti transmissa inmaculatae puritatis hereditas in his
quos uolumus laudare praecellat. quae enim alia intentio
hoc loco sancti euangelistae nisi ut sanctus Iohannes Baptista
nobilitetur parentibus miraculis moribus munere passione? sic
etiam sancti Samuhel mater Anna laudatur, sic Isaac a paren-
tibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit.
sacerdos itaque Zaccharias nec solum sacerdos, sed etiam de
16 uice Abia, id est nobilis inter superiores semine. et uxor C
inquit eius de filiabus Aaron. non solum igitur a paren-
tibus, sed etiam a maioribus sancti Iohannis nobilitas pro-
pagatur, non saeculari potestate sublimis, sed religionis suc-
cessione uenerabilis. tales enim maiores habere debuit prae-
nuntius Christi, ut non repente conceptam, sed a maioribus
acceptam et ipso infusam iure naturae praedicare fidem
17 dominici uideretur aduentus. erant inquit ambo iusti in- D
cedentes in omnibus mandatis et iustificationibus

2 Ios. 5, 13, Luc. 2, 13 15 Reg. I 1, 2 18 Paralip. I 24, 10
25 cf. Augustinus de gratia Christi 48, 53

1 mutnitiones (t *pr. eras.*) *P* 3 secernat *O* (*s. m2* Expł prologus Incip̄ liber) *T* 7 et erant] erant autem *et mox* iusti ante dm̄ *C* 10 laudari (i *ex* e) *PG* 11 uelut *P* uelud *L* 14 passiones (s *ult. eras.*) *P* 15 samuhelis *P* (is *add. m3*) *LX* isaac (a *alt. s. u. m2*) *P* 18 semine *T et* (*ex* feminae) *E* faemine *P* femine *GL* feminae *Bπ et m1 FV et* (*in quo m2* semine) *O* feminas *γ et m2 FV* familias *αC* 21 religione (i *pr. ex* e) *P* 25 dn̄i si (ci *s.* si) *P* erant autem *L*

domini sine querella. quid ad hoc referunt qui peccatis suis solacia requirentes sine peccatis frequentibus hominem putant esse non posse et utuntur uersiculo quia scriptum est in Iob: nemo mundus a sorde nec si una die uita eius est; in terra numerosi menses eius ab ipso? quibus respondendum est prius ut quid sit hominem sine peccato esse definiant, utrum numquam omnino peccasse an desisse peccare. si enim hoc putant sine peccato esse, desisse [E] peccare, et ipse consentio — omnes enim peccauerunt et egent gloria dei — sin autem eum qui ueterem errorem correxerit et in eam se uitae transformauerit qualitatem, ut temperet a peccato, negant abstinere delictis, non possum in eorum conuenire sententiam, cum legamus quia sic dominus dilexit ecclesiam, ut exhibeat sibi ipse gloriosam et non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta et [F] inmaculata. nam cum ecclesia ex gentibus, hoc est ex peccatoribus congregata sit, quomodo ex maculatis inmaculata potest esse, nisi primo per dei gratiam, quod abluta a delicto sit, deinde quod per qualitatem non peccandi abstineat a delictis? ita nec ab initio inmaculata — humanae enim hoc inpossibile naturae — sed per dei gratiam et qualitatem sui.

1 cf. Augustinus epist. 177, 16, Origenes hom. in Lucam II (XIII 1805 b *M.*) 4 Iob 14, 4 sq. 9 Rom. 3, 23 14 Ephes. 5, 25 et 27 17 Augustinus de natura et gratia 63, 75 (*nam cum* . . . 21 *a delictis*) 21 Augustinus de natura et gratia 63, 75 (*nec ab* . . . p. 22, 1 *uideatur*)

1 adhuc *X* 2 requirentes *α* requirent *X* (-tes *m2 Oπ*) praeferentes *cet.* 3 in iob est *X* (est *ante* in *eras. F*) 4 una die eius uita est *PL* unius diei uitae sit *γ* 8 sic (c *eras.*) *P* 10 gloriam *PG et* (m *eras.*) *CL*, (m *exp.*) *α* gloriem *π* gloriae (e *eras.*) *V* si *PLX* (sin *O m2*) 14 sic] sicut *L et* (ut *eras.*) *PEOV*, (ut *exp.*) *π*, (ut *del. m2*) *O* dilexit dñs *T* 17 ex *pr.*] de *C* ex *alt.*] a *γ* 19 primum *B* per Christi *Augustinus* a *BCO*, *om. cet. Augustinus* 20 a *P* (*s. u.*) 21 hoc est (est *s. u. m2*) *EO* 22 inpossibile est *C et* (est *s. u. m2*) *E* sed *αC Augustinus*, *et *O* et *cet.* et per qualitatem *B* et per aequalitatem *C*

18 quia iam non peccat, fit ut inmaculata uideatur. nec otiose iustos ante deum dixit, incedentes in mandatis et iustificationibus domini, in quo patrem omnipotentem 1272 et filium conprehendit. filium esse qui legem tulerit, mandata praescripserit etiam sanctus euangelista declarat: et bene iustos ante deum; non enim omnis qui iustus est ante hominem iustus est et ante deum. aliter uident homines, aliter deus, homines in facie, deus in corde. et ideo fieri potest ut aliquis adfectata bonitate populari iustus uideatur mihi, iustus autem ante deum non sit, si iustitia non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur; abscondita B enim in ea homo non poterit deprehendere. perfecta igitur laus est ante deum iustum esse. unde et apostolus cuius laus inquit non ex hominibus, sed ex deo. beatus plane ille qui in conspectu dei iustus est, beatus ille de quo dominus dignatur dicere: ecce uere Israhelita, in quo dolus non est; uerus enim Israhelita qui deum uidet et uideri se nouit a deo et ipsi exhibet cordis occulta. solus enim perfectior qui ab eo probatur, qui non potest falli; C iudicia enim domini uera, iudicia autem hominum saepe falluntur, ut et iniustis iustitiae gratiam frequenter adscribant et iustum aut odio persequantur aut mendacio decolorent. nouit autem dominus inmaculatorum uias nec pro peccatore laudabilem nec pro laudabili peccatorem, sed unumquemque pro conpetentium iudicat ratione meritorum; idem est enim arbiter mentis et facti. diuina iudicia meritum

2 Rom. 2, 13, Origenes hom. in Lucam II (XIII 1806 b sq. *M.*) 4 Luc. 6, 46 sq. 5 cf. Baedae exp. euang. Lucae p. 310 a *M.* 11 Sir. 43, 32 (36) 14 Rom. 2, 29 16 Ioh. 1, 47 18 I Cor. 14, 25 20 Ps. 18, 9 23 Ps. 36, 18

1 ut *s. u. P* 2 deum] dnm̄ *C* eum *a* 5 perscripserit χ 6 iustos (v *s.* o) *O* iusti *C Baeda* est *om. Baeda* 7 homine* *T* homines *a* et *aC*, *om. cet. Baeda* 12 in ea] mea *aCπχ* 13 esse *om. P* 14 deo est (est *s. u. m2*) *BT* 16 qua *F et* (quo *m2*) *OV* dignatus est *EγT* uere israhelita (ere is *in ras.*) *P* 17 israhelita est *aC* 18 uidit *P* dō χ dn̄o *cet.* ipse *GLX* (ipsi *m2 πV*) 24 pro laudabile χ 26 diuina namque *a*

iusti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur; D
plerumque enim aut bona mens facti reprehensibilis exitu
deformatur aut improba cogitatio facti alicuius decore uelatur.
sed etiam quod bene feceris, si male cogitaueris, diuino
iudicio non potest conprobari; scriptum est enim: iuste
quod iustum est persequeris. nam nisi esset ut iustum
iniuste faceres, numquam dictum esset: iuste quod iustum
est persequeris. et certe posse iustum iniuste fieri docuit
nos ipse saluator dicens: cum feceris elemosynam, E
noli tuba canere ante te. et cum oratis, non eritis
sicut hypocritae. bonum est enim misericordia, bonum
est oratio, sed potest iniuste fieri, si iactantiae causa aliquis
19 pauperi largiatur, ut uideatur ab hominibus. unde sanctus
euangelista non solum iustos ante deum et incedentes
in mandatis omnibus et iustificationibus domini,
sed etiam sine querella incedentes ait. quod mire cum
prophetico congruit dicto, quo sanctus Salomon in Prouerbiis
usus est dicens: prouide bona semper coram deo et F
coram hominibus. nulla ergo querella est, ubi et mentis
bonitas concordat et facti, et plerumque iustitia durior homi-
20 num querellam excitat. quam uero congruat uerborum ipsa
distinctio et ordo conueniat diligenter aduerte. incedentes
inquit in omnibus mandatis et iustificationibus
domini. prius enim mandatum, secunda est iustificatio.
itaque cum mandatis caelestibus oboedimus, in mandatis in-
cedimus domini: cum iudicamus et congrue iudicamus, tenere 1273 A
21 domini iustificationes uidemur. plena igitur laudatio. quae

5 Deut. 16, 20 9 Matth. 6, 2 et 5 11 Tob. 12, 8 18 Prouerb. 3, 4

1 non ex *EγT* 4 etiamsi (*om. deinde* si) *X* 5 conprobare (i *s.* e) *P* 6 nam ... persequeris *om. X* esset (t *s. u.*) *P* 8 posset *P* 9 aelimosinam *P* 11 bonum *alt.*] bona *Xχ* 17 solomon *α* 18 dicens *om. B* bona (na *s. u.*) *P* dō *ex* dno *G*, dno *L* 19 coram *om. CX* hominibus *ex* omnibus *α* 26 tenere (*s. m2* facere, *sed eras.*) *O* facere *χ* 27 plana *π et* (e *s.* a *pr. m2*) *V* plane *FL et* (a *s.* e) *O* laudatio est *P* est (*s. u. m2*) laudatio *O*

genus mores officium factum iudicium conprehendit, genus in
maioribus, mores in aequitate, officium in sacerdotio, factum
in mandato, in iustificatione iudicium.
1, 8–10 Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zac-
charias in ordine uicis suae ante dominum deum
secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit
ut incensum poneret ingressus in templum domini, B
22 et omnis populus foris orabat hora incensi. uidetur
hic sanctus Zaccharias summus designari sacerdos, quia sicut
lectum est. de priore tabernaculo, in quod semper intrabant
sacerdotes ministeria consummantes, uno tantum anni tempore
intrabat in templum: in secundo autem semel in anno
singularis summus sacerdos non sine sanguine,
quem offert pro se et populi delictis. hic est ille
summus sacerdos, qui adhuc sorte quaeritur, quia uerus adhuc
ignoratur; qui enim sorte legitur humano iudicio non con-
prehenditur. ille igitur quaerebatur et alius figurabatur. ille C
quaerebatur uerus in aeternum sacerdos, cui dicitur: tu es
sacerdos in aeternum, qui non hostiarum cruore, sed
proprio sanguine patrem deum generi reconciliaret humano.
sed tunc sanguis fundebatur in specie, in specie sacerdos
ordinabatur, nunc, quia ueritas uenit, relinquamus speciem, D
ueritatem sequamur. et tunc quidem uices erant, nunc autem
est perpetuitas. erat ergo et certe erat cuius uices etiam
23 gerebantur. sorte ergo legebatur, ut introiret templum sacer-

12 Hebr. 9, 7 15 Paralip. I 24, 5 18 Ps. 109, 4, Hebr. 7, 21 19 Hebr. 9, 12 23 Hebr. 10, 1 sqq.

4 est *s. u. m2 G* 6 exi*it *B* 8 foris (a *s.* i *m2*) *G* orabat] STabat (ST *in ras.*) *B* 10 priori *αBCγX* 12 intrabat *αB* intrabant *P* (n *alt. s. u.*), *G* (n *alt. s. u. m2*) *cet.* 14 offerret (re *s. u. m2*) *X* et pro populi *α* 16 elegitur *GT et* (i *s.* e *alt.*) *E* eligitur *γ et* (*m2 ex* legitur) *F* 20 sanguine *EγT*, *om. cet.* patri (*m2 ex* patrem) dō (o *m2 in ras.*) genus (us *in ras. m2*) rec. hum. *V* patrem (m *eras.*) dō genus rec. hum. *π* 21 *alt.* in specie *om. αG* 23 et ueritatem *PL* et *om. PL* 25 legebañtur *P* elegebantur *L* elegebatur *G* eligebatur *EγT* in templum *EOTV*

dos. si igitur in typo nullus poterat testis adhiberi, quid
aliud significabatur nisi eum sacerdotem esse uenturum, cuius
sacrificium non esset conmune cum ceteris, qui non in manu
factis templis sacrificaret pro nobis, sed in sui corporis tem- E
plo nostra peccata uacuaret. sorte ergo quaerebatur sacerdos.
ideo fortasse et milites uestimenta domini sortiebantur, ut,
quoniam in templo suo pro nobis dominus deferre sacrificium
praeparabat, circa ipsum quoque sortis agitatio praeceptum
legis inpleret. propter quod ait: *non ueni legem soluere,*
*sed inplere*, certe ut ipse esset, qui et exspectatus ueteri 1274 A
testamento et mandato dei uideretur electus. denique et super
apostolum Matthiam sors cecidit, ne apostoli electio a mandato discrepare legis ueteris uideretur.

24 *Apparuit autem illi angelus stans a dextris alta-*
1, 11 *ris incensi.* non inmerito angelus uidetur in templo, quia
ueri sacerdotis iam nuntiabatur aduentus et caeleste sacrificium B
parabatur, in quo angeli ministrarent. et bene apparuisse dicitur ei qui eum repente conspexit, et hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consueuit, ut quod non potest praeuideri apparere dicatur; sic enim habes: *apparuit deus Abrahae ad ilicem Mambre.* nam qui ante non praesentitur, sed repentino uidetur aspectu adparere

3 Act. 17, 24  5 II Cor. 6, 16  6 Luc. 23, 34  9 Matth. 5, 17  11 Act. 1, 26  15 Augustinus epist. 147, 18 (*non inmerito* ... p. 28, 7 *possit a nobis*); cf. ss. 19—33, s. 39, epist. 148, 6. 10. 12  21 Gen. 18, 1

2 aliuṣ (d *s.* ṣ) *P*  3 con***mune *P*  qui denique *EγT*  4 templi *GX* (templis *m2* π)  7 quoniam *F* (*in mg.* quando), quando *in ras. m2 V* (*in mg.* quando)  9 propter quod π (quod *s. u. m2*) propt** quod *T* quod propterea *P*  soluere legem γ  10 et *extra u.* γ, *om.* α*T*  12 ne] ut *P*  13 discrepare *om. PL*, discrepant *post* uideretur *add. L*  14 autem *om. C*, *s. u. T*  angelus dn̄i *L*π dn̄i angelus *FO et* (dn̄i *extra u. postea add.*) *V*  15 uideretur (re *eras.*) *P*  16 ueris (s *eras.*) *P*  adnuntiabatur *C*  18 et *om. X Augustinus* aut *om. X*, aliud *B*  21 mambre *PFLV Augustinus* mambres (a *ex* o) *G* mẹmbrẹ (a *s.* ẹ) *E* mambrae *cet.*  22 praesentitur *BCO Augustinus et* (a *s.* i *m2, in mg.* praesentiat) *F*, (a *s.* i *eras., in mg.* praesentitur) *V* praesentetur απ praesentatur *cet.*

memoratur. non enim similiter sensibilia uidentur et is cuius in uoluntate situm est uideri et cuius naturae est non uideri, C uoluntatis uideri. nam si non uult, non uidetur; si uult, uidetur. apparuit enim deus Abrahae quia uoluit: alii, quia noluit, non apparuit. uisum est etiam Stephano, cum lapidaretur a populo, aperiri caelum, uisus est etiam Iesus stans ad dexteram dei et non est uisus a populo. uidit Esaias dominum Sabaoth, sed alius uidere non potuit, quia cui placuit apparuit. et quid de hominibus loquimur, cum etiam de D ipsis caelestibus uirtutibus et potestatibus legerimus quia d e u m n e m o u i d i t u m q u a m? et addidit quod ultra caelestis est potestates: u n i g e n i t u s f i l i u s, q u i e s t i n s i n u p a t r i s, i p s e e n a r r a u i t. aut adquiescatur igitur necesse est, si deum patrem nemo uidit umquam, filium uisum esse in ueteri testamento et desinant haeretici ex uirgine ei principium dare, qui antequam nasceretur ex uirgine uidebatur, aut certe refelli non potest uel patrem uel filium uel certe spiritum sanctum, si tamen est sancti spiritus uisio, ea specie E uideri, quam uoluntas elegerit, non natura formauerit, quoniam spiritum quoque uisum accepimus in columba. et ideo deum nemo uidit umquam, quia eam quae in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis conprehendit; u i d i t enim ad utrumque referendum est. deni- 1275 A

5 Act. 7, 55  7 Esai. 6, 1  11 Ioh. 1, 18  12 Ioh. 1, 18  20 Matth. 3, 16  21 Coloss. 2, 9  22 I Tim. 6, 16

1 et is *BγL Augustinus* ei *C* et his *P* (sed *m3 s.* et *eras.*, h *eras.*) *cet.*  4 alio *PL* aliis π *Augustinus*  quia (a *ex* n) *P*  5 etiam *G Augustinus* etiam et *cet.*  6 aperire *P* (i *s.* e *alt.*) *EOT*  7 ad (d *s. u. m2*) *P*  8 uidere (e *alt. ex* i *m3*) *P*, *om. C*  11 dnm *X*  caelestis *αγLTX* (-es *corr. FTV*), militiae caelestis *C*, caelestes *cet.*  12 potestatis *P* (e *s.* i *m3*) *γLOV*, potestates nisi *CG*  13 enarrabit *αX* (-uit *m2 FO*) narrauit *PL Augustinus*  15 uetere *PL*  designant (g *eras.*) *PF*  ei] et *P* (ei *corr.*) α  17 refelli (fe *in ras.*) *V* repelli π *et F* (*in mg.* refelli), *O* (f *s.* p), reuelli (*s. m2* refelli, *sed eras.*) γ  18 est] et *X*, *om. C*  uisio est (est *s. u. m2*) *CV*  20 accipimus *G*  23 enim] ergo *C*

que cum additur: unigenitus filius ipse enarrrauit,
mentium magis quam oculorum uisio declaratur; species enim
uidetur, uirtus uero narratur; illa oculis, haec mente con-
prehenditur.
26 Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando uoluit appa-
ruit et uocem eius Esaias solus audiuit. apparuit angelus et
nunc praesto est, sed non uidetur; neque enim in potestate
nostra est uidere, sed in potestate illius apparere. tamen, etsi B
potestas non est uidendi, est gratia promerendi, ut uidere
possimus. et ideo qui habuit gratiam meruit copiam; nos
copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habe-
27 mus. et quid mirum si in praesenti saeculo nisi quando uult
dominus non uidetur? in ipsa quoque resurrectione non facile
est deum uidere nisi his qui corde sint mundo. et ideo beati
mundo corde; ipsi enim deum uidebunt. quantos
beatos iam numerauerat et tamen uidendi his deum non pro- C
miserat facultatem! si ergo hi qui mundo sunt corde deum
uidebunt, utique alii non uidebunt; neque enim indigni deum
uidebunt, neque is qui deum uidere noluerit potest deum
uidere. nec in loco deus uidetur, sed mundo corde, nec cor-
poralibus oculis deus quaeritur nec circumscribitur uisu nec
tactu tenetur nec auditur adfatu nec sentitur incessu. et cum
absens putatur, uidetur et, cum praesens est, non uidetur.
denique nec apostoli omnes Christum uidebant. et ideo ait: D
tanto tempore uobiscum sum, et adhuc me non
cognouistis! qui enim cognouit quae sit latitudo et

5 Esai. 6, 6  13 Augustinus epist. 147, 52 (*in ipsa* . . . p. 28, 7 *possit a nobis*)  14 Matth. 5, 8  25 Ioh. 14, 9  26 Ephes. 3, 18

1 enarrabit *αX* (v *s.* b *O*) enarrauit *P* (e *s. u.*) narrauit *Augustinus* 3 illi (*m2* illa) *FOV*  5 seraphin *L Augustinus et* (n *ex* m) *B* sarafin (e *s.* a *m3*) *P* sarafim (e *s.* a *m2*) *α* seraphim *G* (m *in ras.*) *cet.* 7 nunc (c *in ras.*) *P*  non *ex* nunc *P*  8 sed in potestate (sed in potes *in ras.*) *P*  14 sunt *α* (i *s.* u) *Bγ*  ideo ait *PL*  15 enim *om. π*, *s. u. V*  16 beatos *in ras. P*  innumerauerat *α*  19 his (h *eras.*) *PπV*  26 agnouistis *C* cognoscitis *G*

longitudo et altitudo et profundum et supereminen-
tem scientiae caritatem Christi, uidit et Christum, uidit
et patrem. nos enim iam secundum carnem non nouimus Chri-
stum, sed secundum spiritum; spiritus enim ante faciem
nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitu-
dinem dei misericordia sua inplere dignetur, ut uideri possit E
a nobis. ideo ergo apparuit Zachariae angelus a dextris alta-
ris incensi, quia apparuit cum uoluit, non apparuit quamdiu
28 noluit. apparuit autem a dextris altaris incensi, quia diuinae
insigne misericordiae deferebat; dominus enim a dextris
mihi, ne conmouear et alibi: dominus protectio
tua super manum dexterae tuae. atque utinam nobis
quoque adolentibus altaria, sacrificium deferentibus adsistat
angelus, immo praebeat se uidendum; non enim dubites adsi- F
stere angelum, quando Christus adsistit, Christus immolatur;
etenim pascha nostrum immolatus est Christus.
nec uereare ne turbetur cor tuum angeli uisione — pertur-
bamur enim et a nostro alienamur adfectu, quando praestrin-
gimur alicuius superioris potestatis occursu —; idem
enim angelus qui occurrerit nobis confirmare nos poterit,
sicut turbatum ante Zachariam firmauit animo dicens: 1276 A
1, 13 sq. ne timeas, Zacharia, quoniam ecce oratio tua
exaudita est, et uxor tua Elisabet pariet filium,
et uocabis nomen eius Iohannes; et erit gaudium
29 tibi, et multi in natiuitate eius gaudebunt. plena
semper et redundantia sunt diuina beneficia, non exiguo con-

1 Ephes. 3, 19 2 Ioh. 14, 9 3 II Cor. 5, 16 4 Thren. 4, 20 5 Ephes. 3, 19 10 Ps. 15, 8 11 Ps. 120, 5 16 I Cor. 5, 7

1 supereminentiam *X* supereminentię *B* 2 scientiae *om.* *PB* 7 ergo *om.* *PO* 8 qui *Pχ* apparuit cum uoluit *del.* *O*, *om.* *FπV* 10 dextris est *Lχ et* (est *s. u. m2*) π 11 ne (*in ras.*) *O* nec *L et* (c *eras.*) *G* dominus] dš *P*, dn̄s enim *C* 12 dextere (e *alt. s. u.*) *P* 15 Christus adsistit *om.* α adsistit quando *OT* 17 uereạris γ*LTV et* (is *ex* e) *E* 18 perstringimur *X* 20 occurrit χ 21 zachariae *C* animum *P* (*in ras.*) *L* animi α 22 zaccharia* *P* 24 iohannēș *P* iohannes *B et* (es *ex* ē) *F* iohannem *cet.* 25 plana *B*

stricta numero, sed uberi bonorum coaceruata congestu, ut
hic primo precationis fructus, deinde sterilis partus uxoris,
tum laetitia plurimorum et magnitudo uirtutis. altissimi quo-
que propheta promittitur, quin etiam, ne qua esset dubitatio, B
futuri quoque uocabulum designatur. tantis igitur supra uotum
fluentibus non inmerito diffidentiae poena silentium est, quod
in posterioribus explanabimus. sollemnis autem laetitia est in
ortu et generatione sanctorum; sanctus enim non solum pa-
rentum gratia, sed etiam salus est plurimorum. unde admo-
30 nemur hoc loco sanctorum generatione laetari. ammonentur
etiam parentes gratias agere non minus pro ortu quam pro C
meritis filiorum; non enim mediocre munus est dei dare
liberos propagatores generis, successionis heredes. lege Iacob
duodecim filiorum generatione gaudere, Abrahae filius datur,
Zaccharias exauditur. diuinum igitur munus fecunditas est
parentis. agant itaque patres gratias, quia generauerunt, filii,
quia generati sunt; matres, quia coniugii praemiis honorantur;
stipendia enim militiae suae filii sunt. uernet in dei laudem
terra, quia colitur, mundus, quia cognoscitur, ecclesia, quia D
deuotae numero plebis augetur. nec otiose in principio statim
Genesis dei iussu coniugium copulatur nisi ut haeresis de-
struatur. sic enim deus coniugium probauit, ut iungeret, sic
remuneratus est, ut quibus sterilitas filios denegasset pietas
diuina concederet.
31 Et erit magnus coram domino. non corporis hic, sed
1, 15 animae magnitudinem declarauit. est coram domino magnitudo E

7 cf. s. 42 13 Gen. 49, 28 14 Gen. 21, 2 20 Gen. 2, 24

1 coacerḅata (v *s.* ḅ *m2*) *P* 2 praedicationis *PL* sterelis *P* (i *s.* e *alt.*) *GLπ et* (*corr. m1*) *V* 3 tum] tunc *X* dum χ 7 explanauimus *α et* (-bimus *corr.*) γ explanandum est *X* explanabitur *ET* solemnis *P* 10 ammonentur *PEγLT* admonentur *cet.* 12 dei munus est *X* 14 ·XII· *PCL*, de XII π, de duodecim *V* generationeș *P* generatione* π filium (s *s.* m *m3*) *P* 16 parentis (is *ex* es) *X et* (par *ex* praes) *α* patres] parentes γ 18 laude *X* 19 terram *P* quia] quae *B* 20 deuoto *α* numerus *PL* augeatur (a *exp. m2*) *G* 21 distruatur *B* (destr. *corr.*) *X* 23 sterelitas *P* (i *s.* e *alt.*) *V* (*corr. m1*) *Gπ*

animae, magnitudo uirtutis, est etiam paruitas animae et pue-
ritia uirtutis. iuxta enim animae et corporis numeramus aeta-
tes, non pro ratione temporis, sed pro qualitate uirtutis, ut
uir perfectus ille dicatur qui careat errore pueritiae et lubri-
cum adulescentiae animi maturitate non sentiat, pusillus autem
qui nullum adhuc uirtutis uideatur habuisse processum. unde
illud in Hieremia, cum misereretur dominus deflentis Ephraem F
et peccata propria deprecantis: a iuuentute inquit mea
dilectus mihi est filius Ephraem, puer in deliciis.
si enim non fuisset puer in deliciis, numquam peccasset. et
bene utrumque dixit, et in deliciis et puerum; est enim puer
qui non peccat. ecce puer meus, quem elegi. per delicias
itaque peccauit qui ita erat informatus a domino, ut nescius
esset erroris. ergo et si puer in deliciis non fuisset et si in
uirum perfectum uirtutis processisset aetate, numquam lapsus
fuisset, ut illi necesse esset ueniam suorum petere delictorum. 1277 A
cum magis meritorum praemia sperare deberet. quod etiam
dominus noster in euangelio uidetur exprimere, cum dicit:
nolite contemnere unum de pusillis istis. sed loco
suo plura seruentur. ergo pusillus contrarius magno est. et
si iuxta apostolum paruulus sub elementis est — cum enim
essemus paruuli, sub elementis huius mundi era-
32 mus — ergo magnus supra elementa mundi est. erit itaque

4 Coloss. 1, 28 8 Hier. 38 (31), 20 12 Esai. 43, 10 15 Ephes. 4, 13 19 Matth. 18, 10 20 cf. lib. VIII ss. 57 sqq. 21 Gal. 4, 3

2 et (*s. m2* ut) *E* ut *P* (e *s.* u *m3*) *BFπV* 3 temporis (p *in ras.*) *P* 6 principiũ (*s.* ł processũ) *C* 7 miseretur *PELπT et* (*m2* -reretur) *O* efrem *PαG* hefrem π ephrem *CL* effrem *V* (f *pr. s. u.*) *cet.* 8 deprecantis (*s. m2* deplorantis) *E* deplorantis *C* 9 est *om. X* efrem *Pα* ephrem *CL* effrem *V* (f *pr. s. u.*) *cet.* 10 peccauisset *αBEGT* et *om. G* 13 quia *B et* (a *eras.*) *V* qui non χ *et* (non *s. u. m2*, *om.* ita) *O* 18 expremere (i *s.* e) *P* expremere α cum dicit] dicens *PL* 19 nolite (te *eras.*) *P* noli *αBCγ* 20 est magno *EγT* est et *ex* esset *P* 22 huius *s. u. m2 CG*, mundi huius γ 23 erit (a *s.* i *m2*) *F* erat *αC*

magnus Iohannes non uirtute corporis, sed animae magnitu- B
dine. denique non fines alicuius propagauit imperii, non triumphos aliquos bellici certaminis adoreis praeoptauit, sed quod est amplius, in deserto praedicans delicias hominum corporisque lasciuiam magna animi uirtute depressit. paruulus ergo in saeculo, magnus in spiritu. denique quasi magnus nec uitae captus inlecebris sententiae constantiam uiuendi desiderio mutauit.

33 Et spiritu inquit sancto replebitur adhuc in utero C
1, 15 matris suae. non est dubium uerum hoc angeli esse promissum, siquidem sanctus Iohannes, antequam nasceretur. matris adhuc in utero positus spiritus accepti gratiam designauit. nam cum et pater eius aut mater nulla ante mirabilia fecissent, in utero parentis exsiliens domini euangelizauit aduentum. sic enim habes quod, cum aduenisset mater domini
ad Elisabet, ait illa: ecce ut facta est salutatio tua D
in auribus meis, exsultauit infans in utero meo; nondum enim erat illi spiritus uitae, sed spiritus gratiae. denique et alibi uiuendi substantiae praecurrere sanctificandi gratiam potuimus aduertere, cum dicit dominus: priusquam te formarem in utero, noui te et, priusquam exires de uulua, sanctificaui te et prophetam in gentibus posui te. alius enim est spiritus uitae huius, alius gratiae. ille nascendo sumit exordium, moriendo defectum, iste non

1 Luc. 7, 28 16 Luc. 1, 44 20 Hier. 1, 5

1 inter magnos iohannes *B* iohannes magnus (magnus *s. u. m2*) *V*, magnus *om. FOπ* 3 adō. reis *P* praeoccupauit *B* reportauit *G* 4 deliciis *P* 5 magnanimi *P* magnanima (i *m2 s.* a *tert.*) π 10 est *s. u. m2 E*, *om. γT* 13 aut] et *C* 14 *ante* domini *add.* parenti *P* 16 ut *s. u. P* 18 ille *BEFγOT*, *om. G* 19 substantiae (-am *corr.*) *EF* substantiam *O* (-ae *corr.*) *BCγT* substantia *α* 20 gratia *F* (a *alt. ex* ā) γ 21 te formarem in utero (utere *L et* o *s.* e *alt.* π) noui te et (et *om. L*, *s. u.* π) priusquam *αBCLXγ*, *om. P* exisses *C* 22 uulua matris *EγT* 23 est *om. T*, *s. u. V* (*in quo ras. ante* enim), et *α* huius uitae *L* 24 nascendo (cendo *in ras.*) *L* nascendi *α* sumpsit *γ* hic moriendo *PL*

temporibus, non aetatibus cohercetur, non obitu exstinguitur,
non aluo matris excluditur. denique et sancta Maria plena E
sancto spiritu prophetauit et Helisaeus mortuus defunctum
cadauer hominis tactu sui corporis suscitauit et Samuhel post
mortem secundum scripturae testimonium futura non tacuit.
34 et spiritu inquit sancto replebitur; cui enim adest
spiritus gratiae nihil deest, et cui spiritus sanctus infunditur
magnarum plenitudo uirtutum est.
35 Denique multos inquit filiorum Israhel conuer- F
1, 16 tet ad dominum deum ipsorum. non egemus testimonio
quod plurimorum sanctus Iohannes corda conuerterit. in quo
nobis propheticae scripturae et euangelicae suffragantur —
uox enim clamantis in deserto: parate uiam domino, rectas facite semitas eius — et baptismata
populis frequentata declarant conuersae plebis non mediocris 1278 A
factos esse processus, quia dum creditur Iohanni, creditur
Christo. non enim de se, sed de domino praedicabat praenun-
36 tius Christi. et ideo praeibit in conspectu domini in
1, 17 spiritu et uirtute Heliae. bene ista iunguntur; num-
quam enim sine uirtute spiritus nec sine spiritu uirtus est.
et ideo fortasse in spiritu et uirtute Heliae, quia sanctus B
Helias et uirtutem magnam habuit et gratiam, uirtutem, ut
ad fidem animos populorum a perfidia retorqueret, uirtutem
abstinentiae atque patientiae et spiritum prophetandi. in deserto Helias, in deserto Iohannes; ille coruis pascebatur, hic
dumis et calcata omni uoluptatis inlecebra parsimoniam prae-

2 Luc. 1, 46 3 Reg. IIII 13, 21 4 Reg. I 28, 16 sqq. 13 Matth. 3, 3, Esai. 40, 3 24 Reg. III 17, 3 sqq.

2 alḅo (v *s.* ḅ *m3*) *P* alueo *X* (e *eras.* π, *exp.* *V*) plena (a *ex* o) *LO* pleno *F* 3 spu scō *FγOV* helisseus *P* 8 est *post* magnarum *transponunt PL* 12 et *om. PGV*, *s. u. m2 FO* euangelium suffragatur *G* 13 dni *X* 15 mediocris *α et* (is *ex* es) *m3 P m2 B* mediocres *P m1 B m1 cet.* 18 preiuit *P* 23 retorqueret (r *pr. ex* s) *OπV* se torqueret (se *del. m2*) *F* 25 coruis pascebatur (uis pas *in ras.*) *P* 26 dumis et *BCF* dumis set *P* (s *alt. eras.*), *V* (*m2* dum esset), *O* (*m2* dum diues esset), dum his et π, dum et *L*, donis et *α*, dum diues esset *χ* galeata (*corr.* calata) *P*

tulit luxumque contemsit. ille Achab regis gratiam non quae-
siuit, hic spreuit Herodis, ille Iordanen diuisit, hic ad laua-
crum salutare conuertit, hic cum domino uersatur in terris, C
ille cum domino apparet in gloria, hic prioris, ille sequentis
dominici praecursor aduentus. ille post triennium arescentem
pluuiis terram rigauit et hic post triennium nostri corporis
humum fidei imbre perfudit. quaeris quod triennium sit?
ecce inquit anni tres sunt, ex quo uenio quaerens
fructum in ficulnea hac, et non inuenio; mysticus
enim numerus debebatur, ut salus populis redderetur: unus
in patriarchis annus — denique de hominibus tunc anni prouen- D
tus fuit, qualis non fuit postea super terram — alius in Moyse
et prophetis ceteris, tertius in domini salutaris aduentu. ecce
inquit annum domini acceptum et diem retributionis.
et ille pater familias, qui plantauit uineam, non semel exac-
tores fructum, sed saepius destinauit. primum seruulos, se-
cundo alios seruulos destinauit, tertio autem filium suum
37 misit. uenit ergo Iohannes in spiritu et uirtute Heliae; alte- E
rum enim sine altero non potest esse, sicut etiam in sequen-
tibus repperietur, cum dicitur: spiritus sanctus super-
ueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit te. sed
fortasse hoc supra nos et supra apostolos uideatur exemplum;
nam et ille sub Helia diuiso amne fluuialium recursus unda-

1 Reg. IIII 1, 8, Matth. 3, 4 2 Reg. IIII 2, 14 4 Matth. 17, 3 5 Reg. III 18, 1 et 45 8 Luc. 13, 7 13 Luc. 4, 19 14 Matth. 21, 33 sqq. 20 Luc. 1, 35 23 Reg. IIII 2, 14

2 iordanen *PBGL* iordanem *C* (m *ex* n) *cet.* 7 quaeres *FLπ et* (-is *m2*) *V* 10 habebatur *G* 12 qualis ferme non χ (fere *s.* ferme *T*) moysen *EGX* (n *exp. Fπ, eras. E*) moysi *B* 13 saluatoris *Bπχ et* (*m2 ex* salutaris) *O* 15 et *om. C* 16 fructum *α et m1 F* fructuum *P* (u *alt. s. u.*), *E* (u *pr. s. u.*), *F m2 cet.* primum (m *alt. ex* s) *P* nam primum *C* seruulus (-os *corr.*) *P* 16 *sq.* seruulos *bis ex* seruolos *m2 X* 19 sicuti *C* 20 repperietur (e *tert. eras.*) *P* reppериretur γ, repperietur cum *om. C* 21 obumbrauit *B et* (-bit *corr.*) *PFG* tibi *CγL* sed ne fortasse *B* 23 fluuii alium (*corr. m3*) *P* fluuii *L* fluuialium (i *pr. s. u. m2*) π

rum in originem fluminis, sicut dixit scriptura: Iordanis con-
uersus est retrorsum, significat salutaris lauacri futura
mysteria, per quae in primordia naturae suae qui baptizati
fuerint paruuli a malitia reformantur. quid quod etiam apo- F
stolis suis ipse dominus uirtutem spiritus esse tribuendam
promisit dicens: accipietis uirtutem aduen̄iente in
uos spiritu sancto? deinde in sequentibus factus est
inquit subito sonus de caelo tamquam ui magna
ferretur spiritus. bene ui magna, quia spiritu oris
eius omnis uirtus eorum. et uirtus est illa, quam a
38 sancto spiritu apostoli consecuti sunt. bene etiam praeibit 1279 A
ante faciem domini sanctus Iohannes, qui praenuntius natus
et praenuntius mortuus est. et fortasse hoc mysterium in hac
uita nostra hodieque celebretur. praecurrit enim animae nostrae
quaedam uirtus Iohannis, cum credere paramus in Christum,
ut paret ad fidem animae uias nostrae et de uitae istius tra-
mite tortuoso rectas semitas nostri faciat conmeatus, ne an-
fractu labamur erroris, quo omnis uallis animae nostrae uir-
tutis fructibus possit inpleri et omnis saecularium altitudo B
meritorum domino se humili magis timore prosternat sciens
nihil sublime posse esse quod fragile est.

1 Ps. 113, 5, Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10 et contra sec. Iul. resp. IIII 121 (*Iordanis ... reformantur*), contra sec. Iul. resp. I 123 (*in primordia ... reformantur*) 6 Act. 1, 8 7 Act. 2, 2 9 Ps. 32, 6 16 Luc. 3, 4

1 dicit χ iordanes *P* (-iș *corr.*) *G* (-is *m2*) 2 saluatoris *B* 3 per *om. BC* 4 fuerunt *OπT* fuerant *C* a *P Augustinus*, *om. cet.* reformarentur *LX* qui quod *EG et* (quid quod *m2*) γ qui id quid α quicquit *O* 6 aduenientem *PBLX* (is *s.* ē *m2 F*) *et* (m *exp.*) *G* in uos *post* accipietis *transponit L* 7 sps sci *PL* spm scm *X* (sps sci *m2 F*); *cf. de spir. sancto I 81, II 19* 8 de caelo *om. C* 9 quia sps *P* (spu *m3*) *EGLTX* (spu *corr. F*) 10 a *om. αBX* 11 spu sco *CπV* consequuti *CπV* 12 natus est χ (et *om. G*) 14 celebretur *P* (-atur *corr.*) *et* (a *s.* e *tert. m2*) *Eγπ* caelebraetur α celebratur *cet.* animae *om. F et* (*in quo* uirtuti *post* nostrae *s. u. m2*) *V*, animus *s. u. m2 O* (*in quo m2* nostrae *mutauit in* nostras) 16 ad fidem *in ras. P* uias (*s. u. eras.*) nostrae uias *C* 18 uallẹs (i *s.* ẹ *m3*) *P* 21 est (t *in ras.*) *P*, est *in ras. L*

1, 18–20 Et dixit Zaccharias ad angelum: unde hoc sciam?
ego enim sum senex et uxor mea processit in die-
bus suis. et respondit ei angelus dicens: ego sum
Gabrihel angelus, qui adsto ante dominum, et mis-
sus sum haec adnuntiare tibi. et eris tacens et
non poteris loqui usque in diem, quo haec omnia C
fiant, propter quod non credidisti uerbis meis,
39 quae inplebuntur in tempore suo. condemnatur silentio
incredulitas sacerdotis et fides prophetarum probatur oraculo.
clama inquit. et dixi: quid clamabo? omnis caro
faenum. uides iubentis imperium, obtemperantis obsequium,
interrogantis adfectum, obsequentis oraculum. credidit enim
qui quid clamet exposcit et, quia credidit, prophetauit. at
uero Zaccharias, quia non credidit, non potuit loqui, sed D
1, 22 erat annuens illis et remansit mutus. non unius my-
40 sterium nec unius silentium est. tacet sacerdos, tacet pro-
pheta. nisi fallor, in uno uox totius plebis obmutuit, quia in
uno totus ad dominum per Moysen populus loquebatur. ces-
satio sacrorum et silentium prophetarum, taciturnitas prophe-
tae et taciturnitas sacerdotis est. auferam inquit ualidam
uirtutem, prophetam et consiliarium. et uere abstulit E
prophetas, a quibus abstulit uerbum, quod loqui in prophetis
solebat. et uere his abstulit uirtutem, quibus dei uirtus reces-
sit, abstulit his consiliarium, quos magni consilii ange-
lus declinauit, abstulit uocem, quia uox uerbi, non uocis

10 Esai. 40, 6 15 sqq. Origenes hom. in Lucam *V* (XIII 1812 b *M.*) 20 Esai. 3, 1. 3 24 Esai. 9, 6

4 adsisto *αBGγ* assisto *CET; cf. de fide V 73* ad *O* (*s. m2* ante) *FV* et ecce *χ* 12 enim quidquid (d *pr. exp.*) *απ*, (*eras.*) *V*, (quid *pr. del. m2*) *F* enim quicquid *L* (c *exp.*), *O* (qui *m2 s.* quic) etiam quicquid *G* (et *m2 s.* quic) etiam et quid *EγT* 13 clamet (aret *s.* et *m2*) *O* clamaret *BG* qui non credidit quia non credidit *B* 15 illis *om. B*, oculis *γ* permansit *X* unium (s *s.* m) *P* 18 dm̄ *PαCL* moysen (n *s. u. m3*) *P* 23 uirtus dei *B* 24 quem *PL* 25 declarauit *PL*

est uerbum; nam nisi uerbum illud operetur in nobis, nullus est sonus uocis. uox Iohannes est — uox enim clamantis in deserto — Christus est uerbum; hoc uerbum operatur et ideo, ubi desiuit operari, muta repente carens spiritu ueluti quaedam animae lingua conticuit. transiuit enim ad nos dei F uerbum et in nobis non tacet. denique iam non potest Iudaeus dicere quod potest dicere Christianus quia experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus.

41 Et ipse erat annuens illis. remansit ergo mutus Zaccharias et erat annuens illis. quid est nutus nisi quidam sine uerbo corporalis actus indicare moliens nec exprimens uoluntatem, quidam suprema morte uoce suppressa mutus sermo morientum? nonne tibi uidetur huic similis esse populus 1280 A Iudaeorum ita inrationabilis, ut actuum suorum non possit praestare rationem, qui in ultimo spei uitalis obitu constitutus uocem quam habebat amiserit, quae titubantis actu corporis signum uerbi cupiat explicare, non uerbum? mutus ergo populus sine ratione, sine uerbo. cur enim tibi magis uideatur mutus esse qui sonum quam qui mysterium nescit? est profecto uox operum fideique clamor, sicut lectum est: sanguis fratris tui ad me clamat. et ille clamat, B qui in corde suo clamat per diem. qui ergo cordis clamorem perdidit perdidit linguae; nam qui distinctionem fidei non

2 Luc. 3, 4, Esai. 40, 3 3 Ioh. 1, 1 7 II Cor. 13, 3 21 Gen. 4, 10 22 Ps. 21, 3; 118, 145

1 nisi *αCL et* (ni *s. u. m2*) π si *cet.* 2 clamantis est *EγT* 4 desiit *PBL* 5 animae (e *eras.*) *E* anima *FOV* 6 dicere iudeus *C* 8 eius quaeritis *X* 10 nutus (n *ex* m) *PC* mutus *cet.* 11 actus] acessus *Gγ* accessus *E* (*s.* affectus) *T* 13 morientium *LOπγ* esse similis γ 14 ut *post* ita *transponit B* 15 uitalis spei *L* spiritus uitalis *ed. Rom.* 16 amiserat *C* (ł i *s.* a *m2*) *EGT et* (at *ex* it) *O* quae] et χ 17 cupiebat *EγT* 18 rationis *P* (e *s.* is *m3*) *L* magis tibi *X* 20 est *PαCEL* est est *G* et est *cet.* uox *s. u. P* 21 clamat ad me *PL* 23 *alt.* perdidit *om. PLX* *post* perdidit *alt. add.* et *s. u. m2 FOT* nam qui] nam quę *P* (i *s.* a *m2; uoluit corrector* lingua enim) namque *L*

tenet quomodo potest tenere uerborum? et ante quidem Moy-
ses dixerat quia loqui non poterat, sed posteaquam dixit,
uerbum accepit et bonorum operum edidit claritatem. ergo
sicut Moyses typus populi fuit et typus legis, ita etiam Zac-
42 charias tacuit. singula itaque ut concurrant considerandum
est, uerbum in utero, lex in silentio, Iohannes appellatur et C
Zaccharias loquitur, uerbum editur, lex absoluitur, sed legis
absolutio uerbi est explicatio, et ideo qui dixerit uerbum loqui-
tur, etiamsi ante non sit locutus. ab angelo iubetur tacere
Zaccharias, ab angelo uox premitur Iudaeorum; non enim
humanae, sed diuinae hoc potestatis imperium est, ut non
loquatur deo qui non credidit Christo. et ideo credamus, ut
loquamur, credat Iudaeus, ut loqui possit. loquamur spiritu D
mysteria, intellegamus rationem sacrificiorum ueterum, aenig-
mata prophetarum. mutus est qui non intellegit legem, mutus
est qui non intellegit diuinarum seriem scripturarum; uox
enim nostra fides est. et ideo malo in ecclesia quinque
uerba mente mea loqui, ut alios instruam, quam
decem milia uerborum in lingua; linguae enim in
signo sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetia
autem non infidelibus, sed fidelibus.

1, 24 sq. Post hos autem dies concepit Elisabet uxor E
eius et occultabat se mensibus quinque dicens:

1 Exod. 4, 10  13 I Cor. 14, 2  14 Num. 12, 8, I Cor. 13, 9 et 12  17 I Cor. 14, 19 et 22

1 potest (t *alt. in ras.*) *P*  moyses quidem *PL*  2 sed] et (*ante* e *punctum eras.*) *P*  3 accepit (e *ex* i) *P*  6 appellatur *lineola subducta P*  10 premitur *T* praemittitur *GO et* (itt *exp.*) *P*, (itt *eras.*) *O* praemitur *cet.*  11 hoc humanae (humanae est *O et* est *del. m2 V*) sed diuinae (diuinae est *V*, est *eras.*) hoc (hoc *del. m2 O*) *OπV*  humanae est *F*  est *s. u. P*, *eras. F*  12 credidit (di *pr. eras.*) *P*, (di *pr. exp. m2*) *GO*, credit *C* (dit *s.* t, *sed eras.*) *EγT*  13 in spu *aB*  14 sacrificium *X* (-orum *m2 FO*)  17 mallem *χ*  19 uerborum *om. P; cf. Paulin. epist. 23, 36*  linguae (e *s. u. m3*) *P*  20 signum *π*  sed infidelibus *om. PaGγL*  prophetia . . . fidelibus *om. X*

quid mihi sic fecit dominus in diebus, quibus
respexit auferre obprobrium meum inter homines?
43 magna sanctis cura est uerecundiae, ut plerumque in ipsis
pudor uotis sit, sicut hoc loco aduertimus sanctam Elisabet,
quae utique filios habere cupiebat, occultantem se mensibus
quinque. quae causa occultationis nisi pudoris? est enim uni- F
cuique officio praescripta aetas et quod tempore decet tem-
pore non decet aeuique mutatio facti uniuscuiusque mutat
saepe naturam. sunt etiam ipsi quaedam tempora praescripta
coniugio, quando dare operam liberis sit decorum, dum anni
uigent, dum suscipiendorum liberorum spes est, dum gene-
randi usus est in exemplo, copulae quoque usus in studio
est. at uero ubi matura aeui senectus successerit et aetas
regendis liberis habilior quam creandis, pudor est legitimi
licet coitus indicia gestare et grauari alienae aetatis onere
et tumescere aluum non sui temporis fructu. senes enim ab 1281 A
ipsa concluduntur aetate et iusto intemperantiae pudore reuo-
cantur facere opera nuptiarum. adulescentes ipsi plerumque
filiorum uota praetendunt et excusandum arbitrantur aetatis
calorem generationis adfectu. quanto magis senibus agere
turpe est quod adulescentibus pudor est confiteri! quin etiam
ipsi iuuenes, sobria timore diuino corda qui temperant, sus-
44 cepta plerumque subole renuntiant operibus iuuentutis. et B
quid mirum de hominibus, si pecudes quoque muto quodam
opere loquuntur generandi sibi studium, non desiderium esse

3 Origenes hom. in Lucam VI (XIII 1813 cd *M.*) 9 cf. Exam. V 30, Xen. Comm. I 4, 12 10 cf. Sall. Cat. 20, 10

1 quid mihi sic (sic *s. u.*) fecit ... quibus *in ras. P* in quibus *CX* 2 homines magna scis cura *in mg. inf. P* 3 cura scis *C* 4 uoti *Xγ* (*m2 ex* uoci γ; *corr.* uotis *T*) 6 occultationis est *Gγ* 8 aeuiquem (m *eras.*) *P* 11 generandis *αL* 12 est usus *α* in *om. X* est in studio γ 14 creandi χ 15 coetus *P m1 et* (i *s.* e) *G* coitus *P m3* grauare *X* (-ri *corr. FOV*) 16 fructum (m *exp.*) *P*, (m *eras.*) *L* 17 cluduntur *X* (excluduntur *m2 O*) 19 et] ut *X* arbitrandum (-atur *corr. m3*) *P*, (*m2*) *L* 22 sobria (o *ex* u) π, sobrii (o *ex* u, i *alt. ex* a) *V*, sobrii a *O*χ (sobria *corr. E*) 25 locuntur *BCGγ*

coeundi? siquidem ubi semel grauem aluum sibi senserint et genitali aruo semen receptum, iam nec concubitu indulgent nec lasciuiam amantis, sed curam parentis adsumunt. at uero homines nec conceptis nec deo parcunt: illos contaminant, hunc exasperant. priusquam te inquit formarem in utero, noui te et in uulua matris sanctificaui te. ad cohibendam petulantiam tuam manus quasdam tui auc- C
toris in utero hominem formantis aduertis. ille operatur, et tu sacri uteri secretum incestas libidine? uel pecudem imitare uel deum uerere. et quid de pecudibus loquar? terra ipsa a generandi opere saepe requiescit et, si inpatienti hominum studio iactis frequenter seminibus occupetur, inpudentiam multat agricolae, fecunditatem sterilitate conmutat. ita quidam 1282 A
in ipsis elementis ac pecudibus ab usu non cessare generandi
45 naturae pudor est. merito ergo sancta Elisabet erubescebat gratiam, etsi non recognosceret culpam. nam etsi concepit de uiro — neque enim aliter de hominis ortu fas est credere — tamen partus sui erubescebat aetatem. et rursus caruisse se gaudebat obprobrio; pudor est enim feminis nuptiarum praemia non habere, quibus haec sola est causa nubendi. hoc B
igitur obprobrium consolatur sui pudore sublatum, eo pudore, ut dixi, quod pudebat eam propter aetatem. unde intellegi potest quia iam non conueniebant inter se concubitu coniugali; neque enim ea quae senilem non erubesceret coitum erube-

2 Uerg. Georg. III 136 5 Hier. 1, 5 19 Gen. 30, 23

2 aruo *PL* aluo γ (*s. m2* aruo) *cet.* perceptum *X* (per *ex* prae *V*) 3 at (*m2 in ras. ex* ad) *P* 7 auctoris tui *C* 9 pecudes *X* (-em *corr. V*) imitarc (i *pr. ex* e *m3*) *P* emittare *L* eminare *F et* (*s. m2* ł emulare) π, (imitare *corr.*) *V* 10 loquar α loquor *cet.* 13 multat *BC*γ*X et* (*s. m2* mactat) *ET* multa *PL* multe *G* mutat α 15 ergo sca *P* ergo sca etiam *B* ergo etiam sca *cet.* 17 fas est de hominis ortu γ 18 se *s. u. L, om. X* 19 pudoris *X* 21 obprobrio *P* sui pudoris esse α*C* sublatum (o *s.* ụṃ *m3*) *P*, (u *alt. ex* a) α eo] et α*X* (eo *s.* et *m2 O*) 22 quo *PL* pro aetate α unde et *P* 24 quae anil est (*i. e.* anilem) *P* (anilis esset *m3*) *post* coitum *s. u. m3 add.* cum *P* erubescet *X* (i *s.* e *tert. F*, ere ē *s.* et *m2* π)

sceret partum; et tamen erubescit onus parentis, quamdiu ne-
46 scit mysterium religionis. illa quae occultabat se, quia conce-
perat filium, iactare se coepit, quia generabat prophetam, et C
quae erubescebat ante benedicit et quae dubitabat ante fir-
matur. ecce enim inquit, ut uox salutationis tuae
facta est in auribus meis, exsultauit in gaudio
infans in utero meo. itaque magna uoce clamauit, ubi
domini sensit aduentum, quia religiosum credidit partum;
nulla enim causa erat pudoris, ubi prophetae ortus datae, non
adfectatae fidem generationis adsisceret.

## LIBER SECVNDVS.

1, 26 sq. Eodem autem tempore missus est angelus Ga- 1281 D
brihel a domino in ciuitatem Galilaeae, cui nomen
Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui no-
men erat Ioseph, de domo Dauid, et nomen uirgi-
1 nis Maria. latent quidem diuina mysteria nec facile iuxta
propheticum dictum quisquam hominum potest scire consilium
dei, sed tamen ex ceteris factis atque praeceptis domini salu-
taris possumus intellegere et hoc perpensioris fuisse consilii, E

5 Luc. 1, 44  16 sqq. Origenes hom. in Lucam VI (XIII 1814 c *M.*); cf. de inst. uirg. 6, 42  17 Esai. 40, 13

1 onus] omnis *X* (onus *in mg. F*, onus *in mg. m1 et* onus *m2 corr. V*)  2 religionis (i *pr. ex* e *m3*) *P*  4 benedixit *X* (x *ex* c *m2 V*)  5 tuae *om. X* (*s. u. m2 O*)  6 in gaudio *P* (in *s. u. eras.*) *CEγLX* in *om. cet.; cf. de fide IIII 113*  7 uoce magna *α*  8 sentit *ET*  religiosum (i *pr. ex* e *m3*) *P* gloriosum *α*  9 erit (a *s.* i *m3*) *P*  pudoris *F* (is *ex* e) *L* (s *eras.*) *χ* pudore *O et* (-ri *corr.*) *V* pudori *cet.*  EXPLICIT LIB. I. INCIPIT LIB. II. *α* FINIT LIB PRIM' INCIPIT LIB SCDS IN EVGL SCDM LVCAM DE ANNVNTIATIONE *C* EXPLICIT LIBER PRIMVS DE IOHANNIS BAPT GENERATIONE. INCIPIT LIBER SECVNDVS (*γ add.:* DE MATRE DNI VBI AB ANGELO SALVTATVR) *χ. in ceteris neque subscriptio est neque inscriptio*  13 nomen erat *X*  14 na***zareth (na *in ras.*) *P*  disponsatam *X*  15 eius uirginis *α*  18 dni *G*  praeceptis] mandatis *X*  saluatoris *CE et* (*m2 ex* salutaris) *O*  19 propensioris *C*

quod ea potissimum lecta est, ut dominum pareret, quae erat desponsata uiro. cur autem non antequam desponsaretur inpleta est? fortasse ne diceretur quod conceperat ex adulterio. et bene utrumque posuit scriptura, ut et desponsata esset et uirgo: uirgo, ut expers uirilis consorti uideretur, desponsata, ne temeratae uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelae uideretur insigne praeferre. maluit autem dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare — sciebat enim teneram esse uirginis uerecundiam et lubricam famam pudoris — nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis adstruendam. seruatur itaque sanctae Mariae sicut pudore integra ita inuiolabilis opinione uirginitas; oportet enim sanc- 1282 D
tos et ab his testimonium habere qui foris sunt, nec decuit sinistra uirginibus opinione uiuentibus uelamen excusationis
2 relinqui, quod infamata mater quoque domini uideretur. quid autem Iudaeis, quid Herodi posset adscribi, si natum uiderentur ex adulterio persecuti? quemadmodum autem ipse diceret: non ueni legem soluere, sed inplere, si uideretur coepisse a legis iniuria, cum partus innuptae lege da- E
mnetur? quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset et dolere iniuriam et uindicare obprobrium, si non agnosceret sacramentum. quid quod etiam fides Mariae uerbis maior adsciscitur et mendacii causa remouetur? uideretur

1 Cassianus contra Nest. VII 25  18 Matth. 5, 17  19 Deut. 23, 17

1 lecta *aBCX Cassianus* electa *m2 OV cet.*  deum *Cassianus* 2 disponsata *X* (desp. *m2 Oπ*)  disponsaretur *EGTX* (desp. *m2 EFOπT*) 3 conceperit *C* concęperat (i *s.* a *m2*) *γ*  adulterio (i *s. u.*) *PE* adultero *BG*  4 disponsata *TX* (desp. *m2 πT*)  et *alt. om. a* 5 expers (ers *in ras.*) *P*  consorti *P* (-tii *corr. m1*) *π* (-tii *m2*) consordi (tii *m2 s.* di) *FO* consortii *cet.*  disponsata *X*  6 temerata *X* (-ae *corr. πV*)  adureretur uirginitatis *γ*  9 uirginis uerecundiam (nis uere *in ras.*) *P*  13 ab *ex* ad *P*  14 excussationis (s *pr. exp. m3*) *P*  17 persequuti *X* (per *s. u. m2 O*)  18 inplere *PaL* adimplere *cet.*  uidetur *G*  19 a *om. χ* (*s. u. m2 G*)  21 possit *CGT et* (-et *corr.*) *E*  et *pr. om. L*  22 etiam *om. γ*  23 uideretur (re *s. u. m2*) *E* uidetur *γLT*

enim culpam obumbrare uoluisse mendacio innupta praegnas.
causam autem mentiendi indesponsata habuit, desponsata non
habuit, cum coniugii praemium et gratia nuptiarum partus
3 sit feminarum. non mediocris quoque causa est, ut uirginitas
Mariae falleret principem mundi, qui cum desponsatam uiro
cerneret, partum non potuit habere suspectum. fallendi autem
principis mundi fuisse consilium ipsius domini uerba declarant,
cum apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur 1283 A
gloriari de remedio, cum daemones praecipiuntur silere de dei
filio. fallendi, ut dixi, principis mundi fuisse consilium etiam
apostolus declarauit dicens: sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principium istius saeculi cognouit. si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent,
hoc est: numquam me redimi domini morte fecissent. fefellit
ergo pro nobis, fefellit ut uinceret, fefellit diabolum, cum
temtaretur, cum rogaretur, cum dei filius diceretur, ut nus- B
quam diuinitatem propriam fateretur. sed tamen magis fefellit
principem saeculi; diabolus enim etsi aliquando dubitauit,
cum diceret: si filius dei es, mitte te deorsum, tamen
uel sero cognouit et discessit ab eo. cognouerunt et daemones, qui dicebant: 'nouimus qui sis, Iesus,' filius dei. quid

4 sqq. Origenes hom. in Lucam VI (XIII 1815 a—c *M.*) 8 Matth. 16, 20; 8, 4 9 Luc. 4, 35 11 I Cor. 2, 7 sq. 20 Matth. 4, 6 22 Matth. 8, 29

1 mendacio (o *s. u.*) *P* praegnax (ns *s.* x *m3*) *P* praegnans *cet.* 2 indisponsata *X* (indesp. *m2 O*) disponsata *X* 4 ut *om. X* 5 fallere *X* disponsatam *B* (desp. *corr.*) *X* 6 susceptum *X* (suspectum *m2 FπV*) *post* autcm *add.* ut dixi *EγT;* ut dixi *om.* autem *G* 7 principē *EγT* 8 sci χ (sanati *m. rec. ET*) 9 de dei filio *post* remedio *transponunt X* 10 ut dixi *om. X*, autem *G* 12 principium (i *tert. eras.*) *PGγ* principum *cet.* 13 istius] huius *X* 15 fecisset *αO et* (-ent *m2*) *Fπ* fefellit (l *pr. s. u.*) *P* 16 uincereṃ (t *s.* ṃ *m3*) *P* 18 proprietatem *E* (*corr.* propriam) *T* fefellit magis *E* 21 uel *om. C* uel se recognouit *αL* cognorunt *B* daemones (dae *in ras.*) *P* 22 nouimus te *EγT* quia es *EγT* ihu *PL. om. X*

uenisti ante tempus torquere nos?' et ideo uenisse
cognouerunt, quia praecognitum habebant esse uenturum.
principes autem saeculi non cognouisse, quo maiore possumus C
quam apostolicae sententiae probare documento: si enim
cognouissent, numquam dominum maiestatis cru-
cifixissent? daemonum enim malitia facile etiam occulta
deprehendit, at uero qui saecularibus uanitatibus occupantur
scire diuina non possunt.

4 Bene autem sibi diuiserunt euangelistae, ut sanctus Mat-
thaeus Ioseph ab angelo moneri induceret ne dimitteret
1, 27 Mariam, Lucas illic euangelista testimonium ferret quod non
conuenissent, hic ipsa Maria fateretur, cum dicit angelo: D
1, 34 quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognoui?
sed et ipse sanctus Lucas uirginem declarauit dicens: et
nomen uirginis Maria, et propheta edocuit, qui ait:
ecce uirgo in utero accipiet, et Ioseph designauit, qui
quoniam praegnatem uidebat quam non cognouerat dimittere
gestiebat. et dominus ipse in cruce positus manifestauit, cum
dicit matri: mulier, ecce filius tuus, deinde discipulo:
ecce mater tua. etiam uterque testatus est, discipulus et E
mater, quia ex illa hora suscepit eam discipulus in
sua. utique si conuenissent, numquam uirum proprium reli-
quisset, nec uir eam iustus a se discedere passus esset. quo-

4 I Cor. 2, 8  9 Matth. 1, 20  15 Esai. 7, 14  16 Matth. 1, 19  19—21 Ioh. 19, 26 sq.

2 quia *PαCGγV* qui *cet.*  habebant (t *s. u.*) *P*  5 crucifixissent (x *ex* c *m2*) *P*  10 ne dimitteret *αC*, accipere *EγT*, *om. cet.*  11 illic *eras. E*, *om. γT*, illuc (*corr.* illi) *P*  refert *Lπ et* (rt *in ras.*) *F* referret (re *s. u. m2*) *O* referat (a *s. u. m2*) *V*  12 co*uenissent (g *eras. et* n *s. ras.*) *P* conuenissent (nuen *in ras. m2*) *V* cognouissent *GLπ*  hoc *C* hic (o *s.* i *m2*) *O*  maria id (id *in u. ult. m3*) *P*  fatetur *αCγLX* fateretur (re *eras.*) *E*  13 cognosco *C*  15 edocuit *PL* docuit *EγT* manifestauit *αBC* manifeste edocuit *G* manifestauit dicens *X*; *cf. u. 18*  16 concipiet *X*  17 pregnantem (n *alt. s. u. m3*) *P* praegnantem *cet.*  18 et *om. EγT*  22 suam *α et* (m *del. m2*) *C*, sua (a *ex* ā) *G*  conuenissent *αL* conuenisset *cet.*  23 passus esset a se discedere *γ*  esset] fuisset *X*

modo autem dominus diuortium praecepisset, cum ipsius sit sententia quia nemo dimittere debet uxorem excepta causa fornicationis? pulchre autem docuit sanctus Matthaeus quid facere debeat iustus, qui probrum coniugis deprehenderit, ut incruentum ab homicidio, castum ab adulterio praestare se F debeat; qui enim coniungitur meretrici unum corpus est. ergo ubique in Ioseph iusti gratia et persona seruatur, ut testis ornetur; os enim iusti mendacium nescit et lingua eius loquitur iudicium, iudicium eius loquitur ueritatem. nec te moueat quod frequenter scriptura coniugem 1284 A dicit; non enim uirginitatis ereptio, sed coniugii testificatio, nuptiarum celebratio declaratur. denique quam non accepit nemo dimittit et ideo qui uolebat dimittere fatebatur acceptam.

6 Simul etiam mouere non debet quod ait euangelista: non cognouit eam, donec peperit filium; illud enim uel idioma scripturae est — sicut habes alibi: et donec senescatis, ego sum. numquid post illorum senectutem deus esse desiuit? et in psalmo: dixit dominus domino meo: B sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum. numquid postea non sedebit? — uel quia qui causam agit satis putat quod causae est dicere, redundantia non requirit; satis enim est ei ut causam susceptam adstruat, incidentem differat. et ideo qui incarnationis incorruptum susceperat probare mysterium non putauit uberius persequendum uirginitatis Mariae testimonium, ne defensor magis uirginis quam adsertor mysterii crederetur. certe quando C

1 Matth. 5, 32 6 I Cor. 6, 16 8 Ps. 36, 30 14 Matth. 1, 25 16 Esai. 46, 4 18 Ps. 109, 1

1 sententia sit *BC* 4 obprobrium *LX* 5 ab *alt. s. u. m3, sed eras. P* 6 iungitur χ 7 gratiae (e *eras.*) *P* 9 loquitur *pr.*] loquetur *αEγ* iudicium eius loquitur *ante* ueritatem *exp. m2 et s. u. ante* ueritatem *add.* et *P* 11 testificatio (ti *pr. s. u. m3*) *P* 18 desiuit *B* (u *eras.*) desiit *PL* 20 scabillum *αLX* scabellum *P* (e *ex* i *m3*) *B* (e *ex* i *m1*) *cet.* 21 quia *om. FOV*, qm̄ *G* qui *s. u. P* agit (t *in ras.*) *P* discere *C* 22 ei ut] quod *X* 23 incedentem (i *s.* e *pr. m3*) *P* 25 prosequendum (pro *ex* per) *V* insequendum *L*

iustum docuit Ioseph, satis declarauit quod sancti spiritus
templum, matrem domini, uterum mysterii uiolare non potuit.
7 didicimus seriem ueritatis, didicimus consilium: discamus
et mysterium. bene desponsata, sed uirgo, quia est ecclesiae
typus, quae est inmaculata, sed nupta. concepit nos uirgo de
spiritu, parit nos uirgo sine gemitu. et ideo fortasse sancta
Maria alii nupta, ab alio repleta, quia et singulae ecclesiae D
spiritu quidem replentur et gratia, iunguntur tamen ad tem-
poralis speciem sacerdotis.
1, 28 sq. Et ingressus ad eam angelus dixit: haue, gratia
plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulie-
res. ipsa autem, ut uidit eum, mota est in introitu
8 eius. disce uirginem moribus, disce uirginem uerecundia,
disce uirginem oraculo, disce mysterio. trepidare uirginum
est et ad omnes uiri ingressus pauere, omnes uiri adfatus E
uereri. discant mulieres propositum pudoris imitari. sola in
penetralibus, quam nemo uirorum uideret, solus angelus reppe-
riret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri de-
prauaretur adfatu, ab angelo salutatur. disce, uirgo, uerborum
uitare lasciuiam; Maria etiam salutationem angeli uerebatur.
1, 29 erat tamen inquit cogitans qualis esset haec salu- F
9 tatio, et ideo cum uerecundia, quia pauebat, cum prudentia,
quia benedictionis nouam formulam mirabatur, quae nusquam
lecta est, nusquam ante conperta. soli Mariae haec salutatio
seruabatur; bene enim sola gratia plena dicitur, quae sola

4 Ephes. 5, 27 7 Apoc. 2, 17 24 Origenes hom. in Lucam VI (XIII 1816 a *M.*)

2 uterum mysterii, domini matrem *ed. Rom.* 3 didicimus *pr.* (di *alt. s. u. m3*) *P* dicimus *B* didicimus *alt.* (di *alt. in u. ult. m3*) *P* discamus (s *pr. postea add.*) *B* 4 et *αC*, *om. cet.* bene] uere χ disponsata *LX* (desp. *corr.* π) ecclesiae *scripsi* ecclesia *libri* 5 innupta *LO*π innubta *FV* concepit (i *s.* e) *P* concipit α 8 temporis *CX* 9 sacerdoti *X* 12 introitum (m *del.*) *P* 14 mysterio (m *in ras.*) *P* 18 quodegeneri (e *pr. s. u. m2*) *P* quod generi *L* quod degeneri *X* (d *pr. del. O*π*V*) quod degenere *E* 21 tamen] enim *E*γ*T* 25 plena gratia *X*

gratiam quam nulla alia meruerat consecuta est, ut gratiae 1285 A
repleretur auctore. erubescebat ergo Maria, erubescebat etiam
Elisabet, et ideo cognoscamus quid intersit inter mulieris et
uirginis uerecundiam. illa de causa erubescebat, haec per
uerecundiam; in muliere modus pudoris adhibetur, in uirgine
pudoris augetur gratia.
1,30–32 Et ait ei angelus domini: ne timeas, Maria; inue-
nisti enim gratiam aput deum. et ecce concipies
in utero et paries filium et uocabis nomen eius
10 Iesum. hic erit magnus. dictum est quidem etiam de B
Iohanne ab angelo quia erit magnus, sed ille quasi homo
magnus hic quasi deus magnus; magnus enim dominus
et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est
finis. et uere et ille magnus, quia maior inter natos
mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est.
habet tamen maiorem, quia qui minor est in regno dei
maior est illo. magnus autem Iohannes. sed coram domino
et magnus Iohannes uinum et siceram non bibit, hic cum C
publicanis et peccatoribus manducat et bibit. ille abstinentia
meritum colligat, cui potentia nulla naturae, Christus autem,
cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret,
11 quos abstinentibus poterat praestare meliores? simul mystice
non dedignatur eorum conuiuium, quibus daturus est sacra-
mentum. hic ergo manducat, ille ieiunat, utriusque populi
typus: in illo ieiunat, in hoc pascitur. sed ieiunauit et Chri- D

10 Luc. 1, 15, Origenes hom. in Lucam VI (XIII 1816 a—c *M.*) 12 Ps. 144, 3 14—16 Luc. 7, 28 18 Luc. 1, 15 19 Marc. 2, 16, Luc. 5, 30

1 nulli *P* (a *s.* i *m2*) *L* 3 quid intersit inter *in ras. L* inter (ter *s. u. m2*) *P* 5 in uirgine p. a. gratia *om. L* 6 gratia pudoris augetur *PB* 7 ei *αCX*, *om. cet.* dn̄i *in ras. P* (*fort. ex* dī), dn̄i ad eam *EγT* 10 erit] enim erit *EγT* 12 hic q. d. magnus *om. P* 14 uere et] uere est *G* uere est et *EγT* 18 iohannis (e *s.* i *alt. m2*) *P* bibẹt (i *s.* ẹ) *P* 19 abstinentia (a *alt. in ras.*) *G* abstinentię *γ* 20 colligat (i *s.* a) *m1P*, *m2B* collegit *γ* nulla potentia *γ* 25 typus] sp̄s *PαBC*

stus, ne praeceptum declinares, manducauit cum peccatoribus,
ut gratiam cerneres, agnosceres potestatem. magnus ergo et
Iohannes, sed huius magnitudo habet principium, habet finem,
dominus autem Iesus idem est finis atque principium,
idem primus et nouissimus. nihil ante primum, nihil
12 ultra nouissimum. neque te generationis humanae consuetudo
in uitium trahat, ut putes non primum esse, quia filius est. E
sequere scripturas, ut errare non possis. primus filius dicitur.
lectum est etiam quia et solus pater, qui solus habet
inmortalitatem et lucem habitat inaccessibilem,
sicut legisti: et inmortali soli deo, sed neque primus
ante patrem neque solus sine filio. si alterum negas, alterum
adstruis: utrumque sequere et utrumque confirmas. non dixit:
'ego prior et ego posterior', sed: ego primus et ego no-
uissimus. primus est filius et ideo coaeternus; habet enim F
patrem, cum quo sit aeternus. audeo dicere: 'primus est filius
sed solus non est', et bene dico et religiose dico. quid erigitis
ad inpietatem, haeretici, aures? laqueos quos tenditis incidi-
stis. primus est filius et solus non est: primus, quia cum
patre semper, solus non est, quia sine patre numquam est.
non ego hoc dico, sed ipse dixit: et non sum solus,
quia pater mecum est. solus pater, quia unus deus, solus
pater, quia sola diuinitas patris et filii et spiritus sancti, et 1286 A
quod unum est solum est. solus pater, solus unigenitus, solus
et spiritus sanctus; neque enim qui filius et pater aut qui
pater et filius aut qui spiritus sanctus et filius. alius pater,
alius filius, alius spiritus sanctus; legimus enim: rogabo
patrem, et alium paraclitum dabit uobis. solus

4 Apoc. 1, 17 (2, 8); 22, 13 9 I Tim. 6, 16 11 I Tim. 1, 17 14 Apoc. 1, 17; 22, 13 21 Ioh. 16, 32 27 Ioh. 14, 16

2 cerneres (s *ex* t) *P* 11 solo *X* (soli *m2 FO*) 13 adstrues π*V* destrues γ 19 non est solus *X* 22 unus est *LX* 24 solem (v *s.* e *m2*) *P* est] est et *X* 25 et *pr. om. X* 26 et *pr.* γ, *s. u. m3 P*, est *s. u. m2* π, *om. cet.* 26 alius pater χ *et* (*s. u. m2*) *V*, *om. cet.* 27 et spiritus *P*γ*L* 28 dabit] mittet χ

pater, quia unus deus, ex quo omnia, solus filius, quia unus dominus, per quem omnia. solum diuinitas facit, generatio et patrem testificatur et filium, ut nusquam filius sine patre B aut pater uideatur esse sine filio. ergo nec solus, quia non solus inmortalis, nec solus lucem habitat inaccessibilem, quia deum nemo uidit umquam nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, qui sedet ad dexteram patris. et huic quidam audent dicere inaccessibilem lucem esse, quam habitat pater. numquid lux melior patre? quae autem lux inaccessibilis ei cui non est inaccessibilis pater, et ipse lux C uera et genitor lucis aeternae, de qua dictum est: erat lux uera, quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum? uide ne illa sit lux inaccessibilis, quam habitat pater, habitat et filius, quia pater in filio et filius in

13 patre. bene ergo magnus; late enim funditur dei uirtus, late caelestis substantiae magnitudo porrigitur. nihil praescriptum, nihil circumscriptum, nihil emensum, nihil dimensum trinitas habet. non loco clauditur, non opinione conprehenditur, non aestimatione concluditur, non aetate uariatur. dedit quidem D dominus Iesus hominibus magnitudinem; in omnem enim terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum, non in fines tamen mundi, non in fines caeli, non ultra caelos. at uero in domino Iesu omnia condita sunt in caelis et in terra, uisibilia et inuisibilia, et ipse est ante omnis et omnia in ipso constant. caelum aspice, Iesus illic est; terram intuere, Iesus adest; ascende uerbo in caelum, descende uerbo in infernum, Iesus adest. etenim si ascenderis in caelum, Iesus illic est; E

1 I Cor. 8, 6 6 Ioh. 1, 18 11 Sap. 7, 26, Ioh. 1, 9 14 Ioh. 14, 11 20 Ps. 18, 5 23 Coloss. 1, 16 sq. 27 Ps. 138, 8

1 pater γ*L* ds̄ *cet.* 3 testificabatur (ba *exp. m3*) *P* unus quam (u *pr. eras.*) *P* 4 esse uideatur *X* 6 nisi *in u. extr. s. u. m3 P* 8 hinc *BL* hic α*G* 9 melior . . . non est *in ras. P* 10 ei] et (*s. m3* ei) *P* 15 ergo] enim *P* 17 nihil *pr. in ras. P* 20 enim *om. C* 21 exiit α*X* 22 caeli] scl̄i γ 28 adenim *X* (ad *s. u. m2* π, atenim *corr. F*, etenim *corr. V*)

si descenderis in infernum. adest. hodie cum loquor, mecum est, intra hoc punctum, intra hoc momentum et, si in Armenia nunc loquitur Christianus, Iesus adest; nemo enim dicit dominum Iesum nisi in spiritu sancto. abyssos opinione si penetres, illic quoque Iesum uidebis operari; scriptum est enim: ne dixeris in corde tuo: quis ascendit in caelum? id est Christum deducere, aut: quis descendit in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. ubi ergo non est qui caelestia, inferna et F
terrena conpleuit? bene ergo magnus cuius uirtus mundum
1, 33 repleuit, qui ubique est et erit semper, quia regni eius non erit finis.

14 Dixit autem Maria ad angelum: quomodo fiet
1, 34 istud, quoniam uirum non cognoui? uidetur hic non credidisse Maria, nisi diligenter aduertas; neque enim fas est ut electa ad generandum unigenitum dei filium fuisse uideatur incredula. quo autem modo fieri posset — licet salua 1287 A
praerogatiua sit matris, cui profecto fuit amplius deferendum, sed ut praerogatiua maior. maior etiam fides ei debuit reseruari — quo ergo fieri modo posset, ut Zaccharias, qui non crediderat, silentii condemnaretur, Maria autem, si non credidisset, spiritus sancti infusione exaltaretur? sed neque non credere Maria neque tam temere debuit usurpare, non credere angelo, usurpare diuina. neque enim facile erat scire myste- B
rium absconditum a saeculis in deo, quod nec superiores potestates scire potuerunt. et tamen non fidem rennuit, non officium refutauit, sed adcommodauit adfectum, spopon-

3 I Cor. 12, 3 6 Rom. 10, 6 sq. 24 Ephes. 3, 9, Coloss. 1, 26

3 loquatur *X* 4 abyssos *CGγ* abyssū *O* abyssus *cet.* (-os *corr. PBEF*) 6 ascendet *E* 8 ex] a *χ* 9 deducere *PαC* çąẹcaelestia *P* 14 cognosco *Cγ* 17 possit *γ* potest *X* (possit *m2 V*, posset *in mg. F*) 20 modo fieri *Casinensis, Maurini* 21 silentii (o *s.* i *ult. m2*) *FO* silentio *Bχ* 24 enim neque (*siglis ⁄.⁄. supra positis*) *P* nec enim *G* 26 rednuit *P* renuunt *L* 27 spo*spondit *B* ////spondit (s *in ras. m2*) *V* spondit *α*

dit obsequium. etenim cum dicit: quomodo fiet istud?
non de effectu dubitauit, sed qualitatem ipsius quaesiuit
15 effectus. quanto temperatior ista responsio quam uerba sunt
sacerdotis! haec ait: quomodo fiet istud? ille respondit:
unde hoc sciam? haec iam de negotio tractat, ille adhuc C
de nuntio dubitat. negat ille se credere, qui negat scire, et
quasi fidei adhuc alium quaerit auctorem, ista se facere pro-
fitetur nec dubitat esse faciendum quod quomodo fieri possit
inquirit; sic enim habes: quomodo fiet istud, quoniam
uirum non cognoui? incredibilis et inaudita generatio
ante audiri debuit, ut crederetur. uirginem parere diuini est
signum mysterii, non humani. denique accipe inquit tibi
signum; ecce uirgo in utero accipiet et pariet
filium. legerat hoc Maria, ideo credidit futurum; sed quo- D
modo fieret ante non legerat; non enim quemadmodum fieret
uel prophetae tanto fuerat reuelatum. tantum enim mandati
mysterium non hominis fuit sed angeli ore promendum. hodie
1. 35 primum auditur: spiritus sanctus superueniet in te,
et auditur et creditur.

16 Denique ecce inquit ancilla domini; contingat
1, 38 mihi secundum uerbum tuum. uide humilitatem, uide E
deuotionem. ancillam se dicit domini, quae mater eligitur,
nec repentino exaltata promissu est. simul ancillam dicendo
nullam sibi praerogatiuam tantae gratiae uindicauit, quae
faceret quod iuberetur; mitem enim humilemque paritura
humilitatem debuit etiam ipsa praeferre. ecce ancilla do-
mini; contingat mihi secundum uerbum tuum. habes
obsequium, uides uotum; ecce enim ancilla domini

5 Luc. 1, 18 12 Esai. 7, 14 25 Matth. 11, 29

6 se scire *C* 8 posset *B et* (e *ex* i) *F* 10 et *s. u. m2 V*, *om. FO*π
11 audire (i *s.* e) *PF*π *et* (-ri *corr.*) *OV* 12 signum tibi χ 16 tanto
enim *B* tantum *P;* tanti namque *ed. Rom.*, tanti enim *Maurini* 17 ore
(o *s. u.*) *P* 23 promissu *P* (o *s.* u *m3*) *L* promissio *X* (i *alt. exp.* π,
*eras. V*, promissione *m2 FO*) promisso *cet.* 28 enim *om. P*γ

apparatus officii est, contingat mihi secundum uer-
17 bum tuum conceptus est uoti. quam cito ergo etiam de F
inpari condicione credidit Maria! quid enim tam inpar quam
spiritus sanctus et corpus? quid tam inauditum quam uirgo
praegnas contra legem, contra consuetudinem, contra pudorem,
cuius carior cura est uirgini? Zaccharias autem non de in-
pari condicione, sed de senili aetate non credidit; nam con- 1288 A
dicio congruebat. ex uiro et femina sollemnis est partus nec
incredibile debet uideri, ubi natura concordat. cum enim
aetas naturae sit, non natura aetatis, fit plerumque ut aetas
inpediat naturam; non est tamen inrationabile ut minor cedat
causa maiori et potior praerogatiua naturae usum inferioris
excludat aetatis. huc accedit quod Abraham et Sarra filium
in senectute susceperant et Ioseph filius senectutis est.
quodsi quia risit Sarra reprehenditur, iustius condemnatur B
qui nec oraculo credidit nec exemplo; Maria autem cum dicit:
quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognoui?
non uidetur dubitasse de facto, sed de facti qualitate quae-
sisse. liquet enim quia faciendum esse crediderat, quae quo-
modo fieret interrogauit. unde et meruit audire: beata quae
credidisti. et uere beata, quae sacerdote praestantior. cum
sacerdos negasset, uirgo correxit errorem. nec mirum si domi-
nus redemturus mundum operationem suam inchoauit a Maria, C
ut per quam salus omnibus parabatur eadem prima fructum
18 salutis hauriret ex pignere. et bene quaesiuit quomodo fieret;
legerat enim quia uirgo generaret, non legerat quemadmodum

13 Gen. 21, 2    14 Gen. 37, 3    15 Gen. 18, 13    20 Luc. 1, 45

1 apparatus (p *pr. s. u. m3*) *P*    3 condicione] conceptione *Pχ*    5 praegnax (g *s. u. m3*, ns *s.* x *m3*) *P* praegnans *cet.*    8 solemnis *PFG*    12 praerogatio (*deinde 2 uel 3 litt. erasae*) *P*    13 huic *G* (i *s. u. m2*) *T* (i *in ras.*) *Eγ*    accedit (e *ex* i) *m3 P*, *m1 π* accidit *L*    sarra (r *pr. eras.*) *OV*, (r *pr. exp. m2*) *CF* sara *BEγT*    15 sarra (r *pr. eras.*) *O* (r *pr. exp. m2*) *C* sara *BEFγT*    19 licet (quet *s.* cet *m3*) *P*    23 incoauit *Bπ*    a *s. u. P*    maria (*s. m2* matre) *O* matre *χ*    25 pignere *P m1 L* pignore *O* (e *s.* o *m2*) *P m3 cet.*    26 generaret (*s.* ł conciperet *m2*) *O* conciperet *EγT*    ⟨sed⟩ non *ed. Rom.*

uirgo generaret; legerat, ut dixi: ecce uirgo in utero
accipiet, quomodo autem acciperet in euangelio primum
angelus est locutus.
1, 39 sq. Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in
montana cum festinatione in ciuitatem Iudae et D
intrauit in domum Zacchariae et salutauit Elisa-
19 bet. morale est omnibus, ut qui fidem exigunt fidem adstru-
ant. et ideo angelus cum abscondita nuntiaret, ut fides
adstrueretur exemplo, senioris feminae sterilisque conceptum
uirgini Mariae nuntiauit, ut possibile deo omne quod ei pla-
cuerit adsereret. ubi audiuit hoc Maria, non quasi incredula
de oraculo nec quasi incerta de nuntio nec quasi dubitans
de exemplo, sed quasi laeta pro uoto, religiosa pro officio, E
festina pro gaudio in montana perrexit. quo enim iam deo
plena nisi ad superiora cum festinatione contenderet? nescit
20 tarda molimina sancti spiritus gratia. discite et uos, sanctae
mulieres, sedulitatem quam praegnatibus debeatis exhibere
cognatis. Mariam, quae ante sola in intimis penetralibus uer-
sabatur, non a publico uirginitatis pudor, non ab studio
asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. F
in montana uirgo cum festinatione, uirgo officii memor, in-
iuriae inmemor, adfectu uigente, non sexu relicta perrexit
21 domo. discite, uirgines, non circumcursare per alienas aedes,
non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere ser-
mones. Maria in domo sera, festina in publico mansit aput
cognatam suam tribus mensibus; etenim quae propter officium 1289 A

1 Esai. 7, 14 23 I Tim. 5, 13 24 I Cor. 14, 35

1 uirgo *om. P* 5 iudae *EγT* iudęae *αG* iudeae *cet.* 9 exemplo (v̄ *s.* o *m3*) *P* exemplum *C* sterelisque (i *s.* e *alt. m3*) *P* 16 sps sci *X* 17 praegnatibus *m1POV* praegratibus *F* (*in mg.* praegnantibus), π (*m2* praegrauidis) praegnantibus *m3 P*, *m2 OV cet.* exhibere (h *s. u. m3*) *P* 23 uirginis (-es *m3*) *P* sedes *α* domos *X* (*F in mg.* aedes) 25 sera *B* seria *P* (i *exp. et s. m3* id est tarda) *α* (i *exp.*), *γLV* (i *eras.*) *cet.* festinat *LX* (t *eras. FV*) 26 suam etiam *P et* (*om.* aput cognatam suam) *χ* etenim *om. χ*

uenerat inhaerebat officio. mansit tribus mensibus, non quod
domus eam delectaret aliena, sed quia frequentius uideri in
22 publico displicebat. didicistis, uirgines, pudorem Mariae: di-
scite humilitatem. uenit propinqua ad proximam, iunior ad
seniorem nec solum uenit, sed etiam prior salutauit; decet
enim ut quanto castior uirgo tanto humilior sit. nouerit de-
ferre senioribus, sit magistra humilitatis, in qua est professio B
castitatis. est et causa pietatis, est etiam norma doctrinae.
contuendum est enim quia superior uenit ad inferiorem, ut
inferior adiuuetur, Maria ad Elisabet, Christus ad Iohannem,
denique etiam postea, ut sanctificaret baptismum Iohannis,
dominus uenit ad baptismum. cito quoque aduentus Mariae
et praesentiae dominicae beneficia declarantur; simul enim C
1, 41 ut audiuit salutationem Mariae Elisabet, exsul-
tauit infans in utero eius, et repleta est spiritu
23 sancto. uide distinctionem singulorumque uerborum pro-
prietates. uocem prior Elisabet audiuit, sed Iohannes
prior gratiam sensit: illa naturae ordine audiuit, iste
exsultauit ratione mysterii, illa Mariae iste domini sensit
aduentum, femina mulieris et pignus pignoris, istae gratiam
loquuntur, illi intus operantur pietatisque mysterium maternis D
adoriuntur profectibus duplicique miraculo prophetant matres
spiritu paruulorum. exsultauit infans, repleta mater est. non
prius mater repleta quam filius, sed cum filius esset repletus
spiritu sancto, repleuit et matrem. exsultauit Iohannes, exsul-
tauit et Mariae spiritus. exsultante Iohanne repletur Elisabet,

12 Matth. 3, 13

1 quod *PLχ et m2 O*, quo *O m1 cet.* 2 eam *s. u. P*, *om. LX* 6 honorem (*s. u. m2*) deferre *O* exemplum deferre γ 7 senioribus honorem *T* 11 *sq.* baptisma *PL* 13 dominicae (e *s. u.*) *P* 17 iohannes (e *ex* i) *m3 P*, *m2 FOV* 20 mulieris *CEγOT et m2 πV* mulieri *m1 πV cet.* pignoris *CGγ et m2 πV* pigneris (e *ex* o *m2*) *EO* pignori *m1 πV cet.* 21 locuntur *BCGγπT* intus (tus *in ras.*) *P* 22 duplicique (i *alt. ex* e *m3*) *P* 23 est mater γ*L*· est (*s. u. m2*) mater est (est *eras.*) *V* mater est (*siglis :: supra positis*) *F* 25 iohannes˙(n *pr. s. u.*) *P* 26 spus (s *alt. add. m3*) *P*

Mariam tamen non repleri spiritu, sed spiritum eius exsultare
cognouimus — inconprehensibilis enim inconprehensibiliter ope-
rabatur in matre — et illa post conceptum repletur, ista ante E
conceptum.
1, 42 sq. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fruc-
tus uentris tui. et unde hoc mihi ut ueniat mater
24 domini mei ad me? nouit sermonem suum spiritus sanctus
nec umquam obliuiscitur, et prophetia non solum rerum con-
pletur miraculis, sed etiam proprietate uerborum. quis est
uentris iste fructus nisi ille de quo dictum est: ecce here- F
ditas domini fili, mercis fructus uentris? hoc est:
hereditas domini fili sunt, qui mercis sunt fructus illius, qui
de Mariae uentre processit. ipse fructus uentris est, flos radi-
cis, de quo bene prophetauit Esaias dicens: exiet uirga ex
radice Iessae et flos ex radice ascendet; radix enim
est familia Iudaeorum. uirga Maria, flos Mariae Christus. qui
ueluti bonae arboris fructus pro nostrae uirtutis processu
nunc floret, nunc fructificat in nobis, nunc rediuiua corporis
resurrectione reparatur. et unde hoc mihi, ut ueniat 1290 A
25 mater domini mei ad me? non quasi ignorans dicit —
scit enim esse sancti spiritus gratiam et operationem, ut
mater prophetae a matre domini ad profectum sui pignoris
salutetur — sed quasi non humani hoc meriti, sed diuinae
gratiae munus esse cognoscat, ita dicit: unde hoc mihi?
hoc est: quantum bonum mihi accidit, ut mater domini mei
ueniat ad me? non cognosco meum. unde hoc mihi? qua
enim desertum, quia plures fili desertae magis quam eius quae habet uirum. denique ipsi dicitur: laetare sterilis et: exsulta desertum, quia nullis adhuc conuenae plebis operibus colebatur neque ullum adhuc arbores illae, quae fructum ferre poterant, meritorum suorum uerticem praeferebant. nondum uenerat qui diceret: ego autem sicut oliua fructifera in domo domini, nondum uitis illa caelestis fructus palmitibus suis uerborum quodam suorum tra- D
duce ministrabat. factum est ergo uerbum, ut quae erat ante deserta fructum nobis terra generaret, factum uerbum est, uox secuta est; uerbum enim prius intus operatur, sequitur uocis officium. unde et Dauid dicit: credidi propter quod locu-
68 tus sum. prius credidit, ut loqui posset. factum est autem
3, 3 uerbum, ut sanctus Baptista Iohannes paenitentiam praedicaret.

5 Rom. 8, 17 11 Esai. 54, 1 12 Esai. 54, 1 13 Esai. 52, 9 16 Ps. 51, 10 17 Ioh. 15, 1 22 Ps. 115, 1 (10)

1 loquar *χ* 3 saltem *P* (e *ex* i *m3*) *et* (i *s.* e) *G* saltim (i *ex* e) *T* 4 patri *X* (patris *m2 π*) 5 uidetur *γ* xpm̄ (s *s.* m *m3*) *P* 6 dī *PB et* (ī *in ras. m2*) *α* dn̄i *cet.* 7 ante *om. X* 8 posuit bene *α* 9 esse] est *X* dī uerbum *PαEGL* uerbum dī *CO* uerbum dn̄i *cet.* 10 enim est *χ* 11 fili *O* filii *cet.* (i *alt. s. u. PFV*) 13 et *om. P* nullus *P* conuenientis *EγT* 15 non poterant *BCG* proferebant *χ* 17 domo dī *C* illa* *P* 18 palmitibus (ti *s. u. m3*) *P* 20 est uerbum *αγL;* factum uerbum est *om. T* 21 sequuta *FπV* 22 quod et *α* loquutus *FπV* 23 possit *LX* (posset *m2 F*) autem est *PB*, est *om. α*

et ideo plerique sancto Iohanni typum legis inponunt, eo quod E lex peccatum denuntiare potuit, donare non potuit; lex enim unumquemque, qui uiam gentium sequebatur, reuocat ab errore, restringit a crimine, paenitentiam suadet, ut gratiam consequatur. l e x autem e t p r o p h e t a e u s q u e a d I o h a n n e m, Iohannes autem praenuntius Christi. ita lex ecclesiae praenuntia et gratiae paenitentia est. bene itaque sanctus Lucas conpendio usus est, ut Iohannem declararet prophetam dicens factum esse super eum dei uerbum, alia non adderet; nullus enim eget indicio sui F qui uerbo dei abundat. unum itaque dixit et omnia declarauit.

69 at uero sanctus Matthaeus et Marcus et uestitu et cinctu et cibo prophetam declarare uoluerunt, eo quod uestitum de pilis camellorum habuit et zonam pelliciam super lumbos suos, 1304 A lucustas autem et mel siluestre edebat. praenuntius enim Christi non patiebatur inmundarum perire exuuias bestiarum ipso quoque uestitus indicio designans Christum esse uenturum, qui beluina inluuieque contexta pro nostrorum deformitate meritorum gentilitatis inmundae peccata suscipiens in illo

70 tropaeo crucis amictu quodam se nostrae carnis exueret. quid autem sibi uult cinctus zonae pelliciae nisi quod caro ista, B quae mentem prius grauare consueuerat, ea post aduentum domini non inpedimento coepit esse, sed cingulo? eo quod iuxta Dauid i n s a l i c i b u s o r g a n a n o s t r a s u s p e n d i m u s et iuxta

2 Rom. 3, 20  5 Luc. 16, 16  6 cf. Gal. 3, 24  11 Matth. 3, 4, Marc. 1, 6  23 Ps. 136, 2

3 reuocabat *X*  errore* (m *eras.*) *P*  4 paenitentiā (ā *m2 ex* a) *P* gratia *BEGT*  5 lex enim π  6 lex] lex et *P*  paenitentia] praenuntia *EγT*  8 super *PL* supra *cet.*  9 dī uerbum *PαCL* dn̄i uerbum *B* uerbum dn̄i *O* uerbum dī *cet.*  alia non (a non *in ras.*) *P*  et (*s. u.*) alia *V*  13 camellorum (l *pr. eras.*) *P* camillorum π camelorum *cet.*  14 lucustas *Pm1B* lucas *C* locustas *Pm3 cet.*  siluestrem (m *eras.*) *OV*, (m *exp.*) *F*π  17 beluina inluuię (*om.* que) *G* beluina inluuie et γ beluina in*luui*e* (g, a, q' *eras.*) *E* beluina induuię (duuię *in ras.*) quae (beluinis induuiis quae *m2 et mox* sunt *m2 in mg. post* contexta) *F*, beluinas (as *m2 ex* a) induuias (d *et* as *in ras. m2*) quae (*s.* quasi *m2*) *et mox* contextas (as *in ras. m2*) *V*  20 uult *om. P*  21 consuerat *BV*  22 cingulum α  eo quod α scilicet *PL* eo quod et *cet.*

apostolum confidentiam non habemus in carne et confidentiam
habemus in corpore, non habemus in uoluptatibus, habemus
in passionibus, quoniam in spiritu feruens uigeat adfectus et
ad omne adcingamur obsequium caelestium praeceptorum deuo-
71 tione mentis intenti atque adparatu corporis expediti. cibus C
quoque propheticus index officii nuntiusque mysterii est. quid
enim tam otiosum ad hominis officium quam lucustas quae-
rere et quid tam plenum ad uatis mysterium? nam quo magis
ad fructum inutiles, ad usum inertes, ad tactum fugaces,
uagae saltu, ore stridulae sunt lucustae, eo conuenientius his
populi figura gentilis aptatur, qui nullo usu laboris, nullo
operis sui fructu, sine grauitate, sine uoce sonum querellae D
ederet, uerbum uitae ignoraret. hic igitur populus cibus est
prophetarum; nam quo numerosior populus congregatur, eo
uberior prophetici oris usus augetur. ecclesiae quoque gratia
praefiguratur in melle siluestri, non intra aluearium legis
plebis Iudaicae fetu repperta, sed in campis et foliis siluae
gentilium errore diffusa, iuxta quod dictum est: inuenimus
72 eam in campis siluae. et hic quidem mel siluestre edebat
adnuntians populos de petrae melle saturandos, sicut scriptum E
est: et de petra mellis saturauit eos. sic etiam Helian
corui cibo aduecticio et lucratiuo potu inter deserta pauerunt,
ut indicio foret populos nationum taetro squalentes colore

1 Philipp. 3, 3 18 Ps. 131, 6 21 Ps. 80, 17 22 Reg. III 17, 6

2 uoluptatibus (p *ex* n) *V* uoluntatibus *aFO* 3 in *alt. PL*, *om. cet.* 5 adparatu (ad *s. u.*) *P* 7 lucustas *P* locustas *cet.* 9 inertis *P* (-es *m3*) *V* (-es *m2*) *L* ad tactum (t *pr. add. m2*) *P* atactum *L* ad actum *a* 10 lucustae *Pa* locustae *cet.* 11 usum (m *eras.*) *P* 12 quaerellae *P* (a *pr. et* l *pr. eras.*) *V* (l *alt. eras.*) *a* querellae *G et* (l *pr. exp.*) *Fπ* quaerelae *BO* querelae *cet.* 14 numerus maior populi *PL* 15 gratiam (m *eras.*) *P* 18 scriptum *χ* 20 de petrae *a* de petre (a *s.* e *ult.*) *T* de petra *Eγ* petrae *cet.* 21 et *om. a* de *om. π* mellis (e *s.* is *m3*) *P* mellae *B* melle *E* (*s. u. m2*) *et* (e *alt. ex* is *m2*) *FV*, *om. γ* Helian *scripsi* heliã (ã *ex* a *m2*) *P* heliam *cet.* 22 aduecticio *PL* aduenticio *cet.* 23 populos (o *alt. ex* u *m2*) *P* squalente *EγT*

meritorum, qui ante cibum faetidis in cadaueribus requirebant,
nunc de se aduecticiam prophetis alimoniam praebituros; cibus
enim prophetarum diuinae uoluntatis effectus est, sicut ipse
dominus declarauit dicens: meus cibus est, ut faciam F
73 uoluntatem eius qui me misit. uox clamantis in de-
3, 4 serto. bene uox dicitur Iohannes, uerbi praenuntius. nam
ipse interrogatus Iohannes: quid dicis de te ipso? ait:
ego uox clamantis in deserto. ideo ait: qui post me 1305 A
uenit ante me factus est, quia uox praecedit inferior, uer-
bum sequitur, quod praecellit. ideo et a Iohanne baptizari
uoluit, quia in hominibus uerbum consecratur uoce doctoris.
ideo fortasse et Zaccharias uocem recepit, quia uocem
locutus est.

3, 7 sq. Generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere a
uentura ira? facite ergo fructus dignos paenitentiae,
et ne coeperitis dicere: pater noster est Abraham. dico
autem uobis, quia potens est deus de lapidibus istis B
74 suscitare filios Abrahae, argui quidem uidetur malitia
Iudaeorum, eo quod uarii noxiae mentis ueneno serpentinos
lapsus et terrena cubilia, non diuinae aliquod mysterium cogni-
tionis operentur, sed tamen cum dicitur: quis ostendit
uobis fugere a uentura ira? ostenditur his dei misera-
tione infusa prudentia, ut gerant suorum paenitentiam delic-
torum futuri terrorem iudicii prouida deuotione metuentes. ad C
generationem ergo, non ad successionem referenda est conpa-
ratio uiperarum. aut fortasse iuxta quod scriptum est: estote
prudentes sicut serpentes ostenduntur habere prudentiam
naturalem, qui profutura uideant et sponte deposcant, sed
75 adhuc noxia non relinquant. et ideo admonentur claritatem

4 Ioh. 4, 34 7 Ioh. 1, 22 sq. 8 Ioh. 1, 30 12 Luc. 1, 64
26 Matth. 10, 16

2 aduecticiam *PL* aduenticiam *cet.* praesbituros (s *eras.*) *P* 8 et
ideo *EγT* 10 a* *P* 16 abraham est *ET*, est *om.* *α* 19 uario *PL*
serpentino *χ* 20 cogitationis *X* 23 ut gerant] uicerant *BX*
paenitentia *X* 28 sed] et *EγTX*

sibi magis operis quam nobilitatem generis uindicare, quod
nulla in successione praerogatiua sit, nisi fidei adstipuletur D
hereditas, quam dei nutu ad populos gentilium transferendam
3, 8 sermone prophetico reuelauit dicens: potens est deus de
lapidibus his suscitare filios Abrahae. nam licet deus
possit diuersas conuertere et conmutare naturas, tamen quia
mihi plus mysterium quam miraculum prode est, in prae-
nuntio Christi nihil magis quam aedificationem ecclesiae debeo
surgentis agnoscere, quae non rupeis saxis, sed uiuis lapi-
dibus exstructa in habitaculum dei et fastigium templi conuer- E
sione nostrorum surrexit animorum. etenim parabat deus
mentium nostrarum dura mollire et de lapidibus offensionis
excitare cultores religionis. quid enim aliud quam lapides habe-
bantur qui lapidibus seruiebant, similes utique his qui face-
rent eos? prophetatur igitur saxosis gentilium fides infundenda
pectoribus et futuros per fidem Abrahae filios oracula polli-
centur, quibus per duritiam mentis saxeus quidam insensibilis
inrationabilisque naturae usus inoleuerat. nam si lapidibus F
uiuis firmatos uiros fidei robore sententia apostolica conparauit
iuxta quod scriptum est: et uos tamquam lapides uiui
aedificamini domus spiritalis in sacerdotium sanc-
tum offerentes hostias spiritales, multo altius hic
uidentur uoce prophetica lapidibus homines conparati, qui ita
humanae sensum mentis amiserant, ut dum lapidibus putant
diuinitatis alicuius inesse rationem, ipsi in naturam lapidum

9 I Petr. 2, 5 10 Ephes. 2, 21 sq. 12 Esai. 8, 14, I Petr. 2, 7 14 Ps. 113, 16, Act. 17, 29 20 I Petr. 2, 5 22 Origenes hom. in Lucam XXII (XIII 1859 a *M.*)

4 potens est] potest *P; cf. epist. 35, 10* 5 his *om. X*, istis *BL* 7 prode (e *exp. m2*) est *P* prodest *cet.* 9 cognoscere *L* uiuis (i *pr. in ras.*) *P* 10 structa *X* 11 dš parabat *X* 15 saxoxis (s *s.* x *m3*) *P* 18 natura (e *s.* a *m3*) *P* 19 firmatus (-ū *m2*) *F* firmatos (os *ex* us) *V* uiros (-ū *m2*) *F* murus *Oπ et* (-os *corr.*) *V* 21 domos spiritales *B* in domos spiritales *X* (es *ex* is *m2 F*) 22 multo (l *s. u.*) *P* altius (p *s.* l *m3*) *P* 23 conparati *PaBC* cōparari *cet.* 24 mentis sensum *C*

non usu corporis, sed mentis habitu uerterentur. denique ex
Abrahae secundum carnem successione manantes et principes 1306 A
Sodomorum appellantur et parietes dealbati. ita sibi praeroga-
tiuam generis morum magis similitudo uindicat quam ordo
maiorum. quin etiam ut scias quia lapidibus conparati sunt
homines, arboribus quoque homines conparauit subiciens pro-
76 pheta: quia iam securis ad radices arborum posita
3, 9 est. exempli autem ideo facta mutatio est, ut illo conpa- B
rationis processu quidam intellegatur hominis clementior iam
profectus. nam illi ante deformes ad usum, nudi ad ornatum,
steriles ad fructum, inrationabiles ad profectum iam in arbo-
rum speciem figurantur, quae rationabili quodam naturae
munere decorae ad usum, ad aspectum uenustae, ad fructum
opimae surgunt cacuminibus, funduntur bracchiis, replentur
fructibus, frondibus uestiuntur. atque utinam nos fecundarum
usum arborum possimus imitari meritisque crescentibus lon- C
gaeuae humilitatis radice fundati sublimes ab humo, decori
ad speciem adultos fructuosorum operum uertices erigamus,
ne euangelici securis agricolae trunci radicem siluestris excidat.
uae enim mihi est, si non euangelizauero — sed uox
ista apostolica est — uae mihi est, si non peccata defleuero;
uae mihi, si non media nocte surrexero ad confitendum tibi;
uae mihi, si dolum proximo meo fecero; uae, si locutus non
fuero ueritatem. iam ad radicem securis est; faciat fructum D
qui potest gratiae, qui debet paenitentiae. adest dominus, qui
fructum requirat, fecundos uiuificet, steriles deprehendat. anni

2 Esai. 1, 10 3 Act. 23, 3 18 Matth. 3, 10 20 I Cor. 9, 16 22 Ps. 118, 62 23 Ps. 14, 2 sq. 25 Luc. 13, 6 26 Luc. 13, 7

2 manantes sed (et *s.* sed *m3*) *P* 9 praecessu *Gγ T* processu (o *ex* e) *E* in (*s. u. m3*) homines *P* 14 opimae (o *s. u.*) *A* bracchiis *AP* brachiis *cet.* 15 et frondibus χ 18 adultus *A* 19 euangelici *AαCχ* euangelicę (a *s.* ę *m3, sed eras.*) *P* euangelicae *B* euangelica *LX* securi *P* (-is *m3*) *L* agricolae (e *eras.*) *P* agricola α 20 enim *om.* α 22 mihi est *PLχ* 23 mihi est π loquutus *FπV* 24 iam *A, om. cet.* est posita χ *et* (posita *in mg. m2*) *F*

tres sunt ex quo uenit et fructum in Iudaeis inuenire non
potuit: utinam inueniat in nobis! iussurus est succidi infruc-
tuosos, ne terram occupent. sed qui adhuc non habent fructum
conentur ut adferant in futurum. bonus ille cultor agri inter-
ueniet pro nobis infecundis, pro nobis infructuosis, ut detur E
spatium, patientia deferatur, ne forte et nos aliquem fructum
77 deo ferre possimus. singulis quoque generibus hominum conue-
3, 11—14 niens tribuit sanctus Baptista responsum, unum omnibus, ita
publicanis, ne ultra praescriptum exigant, militibus, ne calu-
mniam faciant, praedam requirant, docens idcirco stipendia con-
stituta militiae, ne dum sumtus quaeritur, praedo grassetur.
sed haec et alia officiorum praecepta propria singulorum, F
misericordia conmunis est usus, ideo conmune praeceptum,
omnibus officiis, omnibus aetatibus necessaria et ab omnibus
deferenda. non publicanus, non miles excipitur, non agricola
uel urbanus, diues et pauper, omnes in conmune admonentur,
ut conferant non habenti; misericordia enim plenitudo uir-
tutum est. et ideo omnibus est proposita perfectae forma uir-
tutis, ne uestimentis alimentisque suis parcant. misericordiae
tamen ipsius pro possibilitate condicionis humanae mensura 1307 A
seruatur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod
habet cum paupere partiatur.

78 Aestimante autem populo et cogitante in cordibus
3, 15 sq. suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus, respondit
dicens: ego quidem uos baptizo in aqua in paeni-
tentia. uidebat ergo Iohannes cordis occulta. sed consideremus
cuius haec gratia. quemadmodum autem prophetis palam fiant B

25 Matth. 3, 11

1 et *om.* *C*, *s. u. m2 B* 2 infructuosas *PL* 3 quia *AX* (a *exp.* π*V*) habent *AX* (n *exp.* π*V*) habet *cet.* 4 conentur ut adferant *A et m2 F* conetur ut adferat *F m1 cet.* 5 pro nobis *pr. bis A* 6 ne (*s.* ł si *m3*) *P*, (*s.* ł ut *m2*) *F* 7 ferre dō χ 8 baptista iohannes *EγT* 10 ne praedam *LX* 12 praeceptam (m *eras.*) *P* 13 misericordiae *PL Gratiani codd. aliquot et* (ae *ex* a *m2*) *E* 14 necessariae tam̄ omnibus *PL* ab] ob *A* 21 seruiatur *L* seruetur *Gratianus* 25 baptizo uos α, uos *om.* *G* in *ante* aqua *om.* *A* 27 cuius] et nos (*in mg. m3* cuius) *A* nam quemadmodum (*om.* autem) *EγT* fiunt *X*

cordis occulta Paulus ostendit dicens: occulta quoque cordis eius manifesta fient, et procidens in faciem adorabit deum pronuntians quod uere deus est in uobis. dei ergo munus est, qui reuelat, non uirtus hominis. qui diuino magis adiuuatur beneficio quam naturali cernit officio. quo autem proficit ista cogitatio Iudaeorum nisi ut secundum scripturas uenisse Christum probetur? erat enim qui exspectabatur et ipse utique qui exspectabatur, non is qui C non exspectabatur aduenit. quid autem ineptius quam quod is qui in alio aestimatur in se ipso esse non creditur? quem per mulierem uenturum putabant per uirginem uenisse non credunt. quae deo secundum carnem dignior generatio quam ut inmaculatus dei filius inmaculatae generationis seruaret etiam in suscipiendo corpore puritatem? et utique diuini aduentus signum in uirginis partu, non in mulieris constitutum est.

79 ego inquit uos aqua baptizo. cito probauit non esse D se Christum, qui uisibili operetur officio. nam cum ex duabus naturis homo, id est ex anima subsistat et corpore, uisibile per uisibilia, inuisibile per inuisibile mysterium consecratur; aqua enim corpus abluitur, spiritu animae delicta mundantur. aliud agimus, aliud inuocamus, licet etiam in ipso fonte sanctificatio diuinitatis adspiret; non enim aqua omnis ablutio est, sed haec inter se diuisa esse non possunt et ideo aliud E

1 I Cor. 14, 25   15 Esai. 7, 14

1 Paulus *s. u. m3 A*, *qui om.* ostendit dicens occulta   3 adorabit *AET* adorauit *P* (b *s.* u *m3*) *cet.*   dnm *Aχ*   6 profecit *AC*   8 his (h *eras.*) *PCπ*   9 non *om. O*, *s. u. m2 V*   10 his (h *eras.*) *PC*   11 uenisse per uirginem *PB*   13 ut *s. u. m3 A*, *om. B*   14 diuina (-ni *m3*) *P*   15 partum (m *del. uel eras.*) *X*   17 duabus *αCγ et* (a *ex* o *m2*) *AFGTV* duobus *cet.*   18 naturis *AαCGγT et* (is *in ras. m2*) *V* naturalis *E* (al *eras.*) *cet.*   est *s. u. P*   uisibile per uisibilia (inuisibilia *α*) inuisibile (in *s. u. A*, et inuisibile *π*, per uisibilia inuisibile *om. G*) per inuisibile (uisibile *add F*, *del. m2*) *AαBCXχ* uisibile per inuisibile per uisibilia inuisibilia per uisibile *P et* (*qui* uisibile *post* per inuisibile *add.*) *L*   20 sp̄s (*s. m3* spu) *P*   21 agimus et aliud *X*   22 adspiret (i *ex* e *m3*) *P*

fuit baptismum paenitentiae, aliud est baptismum gratiae,
istud ex utroque illud ex uno. nam cum delicta conmunia
sint mentis et corporis, purificatio quoque debuit esse con-
munis. et bene sanctus Iohannes se intellexisse significans quid
in cordibus cogitarent et quasi non intellexerit declinans ma-
iestatis inuidiam non uerbo, sed opere declarauit non esse se
Christum. opus enim hominis est gerere paenitentiam delic-
80 torum, dei munus est gratiam inplere mysterii. uenit autem F
3, 16 fortior me. non conparationem fecit, ut ipso se tantum for-
tiorem dixerit Christum — neque enim inter dei filium et
hominem ulla poterat esse conlatio — sed quia multi fortes.
nam et diabolus fortis; nemo enim potest uasa fortis
diripere nisi prius adligauerit fortem. multi ergo fortes,
fortior nemo nisi Christus. denique eo usque non fecit conpa-
rationem, ut addiderit: cuius non sum dignus calciamenta
portare, euangelicae praedicationis ostendens in apostolos 1308 A
81 gratiam esse conlatam, qui sunt calciati in euangelium. uide-
tur tamen ideo hoc dicere, quod plerumque Iohannes personam
accepit populi Iudaeorum. unde ad hoc referunt quod ait:
illum oportet crescere, me autem minorari, quod opor-
teret minorem fieri populum Iudaeorum, crescere in Christo
populum Christianum. denique et Moyses accepit personam
populi, sed et ille calciamentum non dominicum portabat,
sed pedum suorum. et isti calciati sunt calciamentum for- B

12 Marc. 3, 27 15 Matth. 3, 11 17 Ephes. 6, 15 20 Ioh. 3, 30

1 baptisma *PL* est baptismum gratiae *AαBC* est gratiae *PX* gratiae est χ gratiae *L* 2 istud baptisma *P* istud baptismum *L* utrosque *F* (s *eras.*) *V* (utrisque *m2*) utrasque *O* (utrosque *m2*) π (utroque *m2*) utroque *G* 5 se declinans *P* 6 se esse *B*, se *om.* π 9 comparatitionem (ti *eras.*) *A* 10 xp* (o *eras. et s.* m *m2*) *P* xpo *L* xpm (o *s.* m *m2*) *O* 11 conparatio *FπV* comparatio *LO* 12 fortis est *C* 13 mulier (er *s. u.*) *P* ergo] enim *AT* fortis *Pα* 18 in eo *C* 19 accipit *PBG* 20 minui *PBL; cf. de ben. patr. 47* oportet *O et* (-eret *corr.*) *m1* π, *m3 P* 22 accipit *Pα* 24 calciamentum *P* (ł to *s.* tum *m3*) calciamento *EγT*

tasse non suorum pedum, ille autem soluere calciamentum
pedum iubetur suorum, ut animi eius gressus et mentis corporei
nexus uinculis absolutus iter spiritale gradiatur. apostoli autem
calciamentum deposuerant corporale, quando missi sunt sine
calciamento, sine uirga, sine pera, sine zona, sed non statim
domini calciamenta portarunt. fortasse post resurrectionem
portare coeperunt; ante enim ne cui gesta domini dicerent
monebantur. denique postea his dicitur: ite in orbem uniuer- C
sum et praedicate euangelium, ut euangelicae praedicationis
uestigium proferentes toto dominicorum seriem circumferrent
orbe gestorum. est igitur calciamentum nuptiale euangelica
praedicatio. sed de hoc oportunius aliquid in aliis explicabimus.

82 ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni habens
3, 16 sq. uentilabrum in manu sua et purgabit aream suam et
congregabit triticum in horreum suum, paleas autem D
conburet igni inexstinguibili. habens uentilabrum in
manu. uentilabri indicio discriminandorum dominus declaratur
ius habere meritorum, eo quod dum frumenta in area uenti-
lantur, plena a uacuis, ab inanibus fructuosa ueluti quodam
aurae spirantis examine separantur. per hanc igitur conpara-
tionem dominus ostenditur quod iudicii die solidae merita
fructusque uirtutis ab inanis iactantiae exiliumque factorum E
infructuosa leuitate discernat perfectioris meriti uiros locaturus
in mansione caelesti. ipse enim perfectior fructus est, qui

1 Exod. 3, 5 4 Matth. 10, 9 sq., Marc. 6, 8, Luc. 10, 4 7 Luc. 8, 56 8 Marc. 16, 15 12 cf. lib. VII ss. 44 sqq.

1 pedum non suorum (*om.* fortasse) γ 2 egressus *X* 4 deposuerunt *X*χ 5 statim dī γ 8 admonentur *ET* admonebantur γ 12 opportunius *B* oportunus *L* aliquid *om. G*, aliquod *L* explicauimus *AX* 13 baptizauit αγ*O*π*T et* (-bit *m2*) *BEFGV* 14 purgauit *O*π *et* (*corr. m2*) *PBFGV* 15 orreum *AC*π 16 comburit *A* igni conburet χ igne *P* 17 discernendorum α*B* declaratur (ra *s. u.*) *P* 20 seperantur (a *s.* ę *m3*) *P* 21 ostenditur quod dominus *a* 23 perfectionis *P* (r *s.* n *m3*) *L* perfectior est *X* (perfectioris *m2 FOV*) meritis *P* (s *eras.*) *L*

meruerit eius esse conformis, qui sicut granum tritici cecidit, ut plurimos fructus adferret in nobis, inuisus paleis, inanibus meritis non amicus. et ideo ante eum ignis ardebit non natura sui noxius, utpote qui mala inprobitatis exurat, splendorem probitatis adcumulet.

83 Factum est autem cum baptizatus esset omnis po- F
3, 21 sq. pulus et Iesu baptizato et orante apertum est caelum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum et uox de caelo facta est: filius meus es tu, in te conplacui. baptizatus ergo est dominus non mundari uolens, sed mundare aquas, ut ablutae per carnem Christi, quae peccatum non cognouit, baptismatis ius haberent. et ideo qui ad Christi lauacrum uenerit peccata deponit. pulchre autem in his quae a ceteris dicta sunt sanctus Lucas euangelista conpendium sumsit et intellegendum magis 1309 A
quod a Iohanne dominus baptizatus est quam expressum reliquit. quae autem dominici causa baptismatis dominus ipse declarat dicens: sine modo; sic enim decet nos inplere
84 omnem iustitiam. cum igitur tanta ad exaedificationem ecclesiae suae diuino deus fauore concesserit, ut post patriarchas prophetas angelos unigenitus descenderet dei filius et ad lauacrum ueniret, nonne uere atque diuine de ecclesia cogno- B
uimus dictum: nisi dominus aedificauerit sibi domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam? nec mirum si homo aedificare non potest, qui non potest custodire: nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilauerunt

1 Ioh. 12, 24 3 Ps. 96, 3 12 II Cor. 5, 21 18 Matth. 3, 15 20 Hebr. 1, 1 23 et 25 Ps. 126, 1

1 meruit *aBC* eius *s. u. A* caedit *X* (e *exp. m2 OV*) 2 adferat *X* 3 amicos (u *s.* o *m2*) *A* amictus χ 5 adcolumet *A* adcomulet *X* (*corr. m2 FOV*) 12 eius (e *s. u. m2*) *A* 13 ad (d *s. u.*) *A* 17 dominici (ci *s. u. m1*) sit (*s. u. m3*) *P* dn̄s (s *in ras.*) *P* 18 implere (l *s. u.*) *P* 19 igitur] enim γ, *qui mox om.* ad exaedificationem *AL et* (ex *eras.*) *P* aedificationem *cet.* 20 suae *om.* γ 21 *ante* prophetas *add.* post *X* dī filius transcenderit γ 23 sibi *exp. O, om.* γ 26 custodierit (rit *ex* ret *m2*) *P*

qui custodiunt eam. haec de quodam psalmo. audeo tamen etiam ego dicere quod homo uiam non possit adoriri, nisi dominum habeat praeuiantem. unde scriptum est: post dominum deum tuum ambulabis et: a domino diriguntur uiae uiri. denique ille perfectior qui intellegeret se sine C domino ambulare non posse. uias inquit tuas edoce me. et ut ad historiam ueniamus — non enim simplicem tantum rei gestae seriem debemus haurire, sed etiam actus nostros ad aemulationem scriptorum referre — ex Aegypto populus exiuit. nesciebat uiam, quae ad terram duceret sanctam. misit deus columnam ignis, ut per noctem populus uiam disceret. misit etiam per diem columnam nubis, ut neque ad sinistram neque D ad dextram declinarent. sed non es talis, homo, ut merearis et tu ignis columnam; non habes Moysen, non accipis signum; nunc enim post aduentum domini fides exigitur, signa conduntur. time dominum et praesume de domino; inmittet enim angelos dominus in circuitu timentium eum et eripiet eos. uides utique quia ubique domini uirtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit aedificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicquam incipere sine E

3 Deut. 13, 4 4 Prouerb. 20, 24 6 Ps. 24, 4 10 Exod. 13, 21 sq. 16 Ps. 33, 8 18 Augustinus contra duas epist. Pelag. IIII 11, 30 (*uides ... 20 incipere sine domino*), de gratia Christi 44, 48 (*uides* ... p. 89, 2 *facite*) 19 Ps. 126, 1

1 tamen *om.* γ 2 non possit uiam γ 5 ille *s. u. P* intellegeret (t *alt. s. u.; in mg. m3* al. intellexerit) *A* sine dno se *PαL* 6 inquit tuas *ABχ* tuas inquit *cet.* 8 audire *Aα* 9 populus (po *s. u. m2*) *A* 11 per noctem *scripsi* per columnam *libri* (columnam *temere ex antecedentibus repetitum*); per noctem *post* deus *inseruit ed. Rom.* 12 nubis *AαC*, *om. cet.* a sinistra *P* (ad sinistram *m3*) *αBL* per (*s. m2* ad) sinistram *G* 13 ad dextram *A* ad dextera *πL* a dextra *B* ad dexteram *cet.* declinarent (n *alt. s. u.*) *G* declinaret *TX* 14 habens *X* (n *exp. V*) 15 condantur *P* (v *s.* a *m3*) *αFLOV* 16 deum *AO* praesume *euanidum in A; s. scr. m2* pRĘUEM inmittet *B* inmittit *cet.* 17 angelus *AαL* dni *A* 18 utique *B Augustinus* ubique *cet.* ubique *A Augustinus*, *om. cet.* 20 nemo ... domino *in mg. inf. P* quidquam *α* incipere bonum sine *A*

domino. et ideo iuxta apostolum: siue manducatis siue
bibitis, omnia in gloria dei facite, in nomine domini
nostri Iesu Christi; in duabus enim epistulis alibi in nomine
domini nostri Iesu Christi, alibi in gloria dei facere
te praecepit, ut scias eandem esse patris et fili gloriam·eandemque
uirtutem nec in aliquo circa sui diuinitatem patrem
et filium discrepare, qui circa praesidia nostra non discrepant.
docuit igitur me Dauid quod nemo sine domino aedificet F
85 domum, custodiat ciuitatem. docuit etiam me Moyses quod
nemo nisi deus fecerit mundum; in principio enim fecit
deus caelum et terram. docuit etiam quod hominem deus
opere suo fecerit nec otiose posuit: finxit deus hominem
de limo terrae et insufflauit in faciem eius flatum
uitae, ut actum quendam dei circa aedificationem hominis
usu quodam corporalis operationis aduertas. docuit etiam quia
et mulierem deus fecit; inmisit enim deus soporem in
Adam, et dormiuit; et sumsit unam costam de latere
eius et repleuit carnem eius. et aedificauit dominus 1310 A
deus costam, quam sumsit ab Adam, in mulierem. non
frustra. ut dixi, corporalibus quibusdam manibus circa Adam
et Euam Moyses deum inducit operantem. mundum deus fieri
iussit, et factus est. et uno uerbo opus mundi scriptura indicat
absolutum; ad hominem uenitur, et manus ipsas quodam-
86 modo studuit tibi propheta dei laborantis ostendere. plus nescio

1 I Cor. 10, 31 3 Coloss. 3, 17 8 Ps. 126, 1 10 Gen. 1, 1 12 Gen. 2, 7 16 Gen. 2, 21 sq. 22 Ps. 148, 5

1 *post* bibitis *add.* siue quid (quod *α* quicquid *L* quicquam *X*) facitis *A* (*s. u. m3*) *PαCLX*, *om. B Augustinus* 2 gloria *E* (a *ex* ā) gloriam *T* in gloriam dei *om. X* 3 nostri *om. X* *ante* alibi *add.* aut in gloria dī *α* 4 nostri *om. X* in *om. X* (*s. u. m2 V*) gloria *P* (a *ex* ā) 5 te *om. X* praecipit *απ* fili *α* filii *P* (i *tert. s. u. m2*) *cet.* 8 aedificat (e *s.* a *alt. m3*) *P* 9 etiam me *ABC*, me *om. G*, *s. u. α*, me etiam *cet.* 10 dš fecit *X* 11 etiam] enim *ET* dns *X* 13 in *s. u. A* 14 *actum (f *ut uidetur eras.; s. ras.* sed ut *m3*) *P* 15 corporalis aedificationis *A* 16 fecit dš *χ* 18 locum eius carne *χ* 20 manibus *om. P*

quid in his intellegere quam lego opera dei elaborata me [B] cogunt. subuenit apostolus aestuanti et quod ego non intellegebam quid esset: os de ossibus meis et caro de carne mea et haec uocabitur mulier, quoniam de uiro suo adsumta est, diuino mihi spiritu reuelauit dicens: sacramentum hoc magnum est. quod sacramentum? quia duo erunt in carne una et quia relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. quis est iste uir, propter quem mulier parentes relinquat? [C] relinquit parentes ecclesia, quae de gentilibus populis congregata est, cui prophetice dicitur: obliuiscere populum tuum et domum patris tui. propter quem uirum nisi forte illum de quo dicit Iohannes: post me uenit uir, qui ante me factus est? de cuius latere dormientis costam deus sumsit; ipse est enim qui dormiuit et quieuit et resurrexit, quoniam dominus suscepit eum. quae est huius costa nisi uirtus? quia tunc quando miles latus eius aperuit, continuo aqua et san- [D] guis exiuit, qui effusus est pro saeculi uita. haec saeculi uita costa Christi est, haec costa secundi est Adam; primus enim Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem; nouissimus Adam Christus est, costa Christi uita ecclesiae est. nos ergo membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. et fortasse haec est costa, de qua dixit: sentio de me uirtutem exisse, haec est costa, quae de Christo exiuit nec corpus

3 Gen. 2, 23 5 Ephes. 5, 32 6 Ephes. 5, 31 8 Ephes. 5, 30 12 Ps. 44, 11 14 Ioh. 1, 30 15 Gen. 2, 21 16 Ps. 3, 6 18 Ioh. 19, 34 19 Marc. 14, 24 20 I Cor. 15, 45 23 Ephes. 5, 30 25 Luc. 8, 46

1 in *s. u.* *A* quando lego *α* elaborata (e *in ras.*) *V* et laborata *FOπ* 5 spu mihi *X* 7 relinquit *A* 9 et *om.* *X* relinquit (a *s.* i *alt.* *m2*) *A* 11 relinquit (l *s. u.* *m3*) *A* reliquit χ 13 fortem *P* 16 surrexit *αBX* 17 dominus *om.* *α*, dš *C* eius *X* 19 haec saeculi uita *in mg.* *m3* *A* 21 Adam *ált.* *om.* γ spu *P* (*m3* spum) *AFL* 26 *post* costa *add.* xpi *PL*

eius inminuit; non enim corporalis, sed spiritalis est costa, E
spiritus autem non diuiditur ipse, sed diuidit singulis prout
uult. haec est Eua, mater omnium uiuentium. si enim intel-
legas uiuentem cum mortuis quaeris, intellegis eos
mortuos esse qui sine Christo sunt, qui participes uitae non
sunt; hoc est enim Christi non esse participes, quia Christus
est uita. mater ergo uiuentium ecclesia est, quam aedificauit
deus ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis
structura conpaginata crescit in templum. F

87 Ueniat ergo deus, aedificet mulierem, illam quidem adiu-
tricem Adae, hanc uero Christi, non quia Christus adiumentum
requirit, sed quia nos quaerimus et desideramus ad Christi
gratiam per ecclesiam peruenire. et nunc aedificatur et nunc
formatur et nunc mulier figuratur et nunc creatur. et ideo
nouo uerbo usa est scriptura, quia superaedificamur super
fundamentum apostolorum et prophetarum. et nunc domus
spiritalis surgit in sacerdotium sanctum. ueni, domine deus,
aedifica mulierem istam, aedifica ciuitatem. ueniat et puer tuus; 1311 A
tibi enim credo dicenti: ipse aedificabit ciuitatem mihi.
88 ecce mulier omnium mater, ecce domus spiritalis, ecce ciui-
tas, quae uiuit in aeternum, quia mori nescit. ipsa est
enim ciuitas Hierusalem, quae nunc uidetur in terris, sed
rapietur supra Helian — Helias enim unus fuit — transferetur
super Enoch, cuius mors non inuenitur; ille enim raptus

2 I Cor. 12, 11 3 Gen. 3, 20 4 Luc. 24, 5 6 Ioh. 14, 6 7 Gal. 4, 26 8 Ephes. 2, 20; cf. I Petr. 2, 6 15 Ephes. 2, 20 16 I Petr. 2, 5 19 Esai. 45, 13 20 Gal. 4, 26 22 Gal. 4, 25 sq. 23 Reg. IIII 2, 11 24 Hebr. 11, 5, Sap. 4, 11

1 spir*talis (i *s. ras.*) *A* 3 sic (c *eras.*) *P* in te legas *Engelbrecht* 4 uiuentem quid *a* uiuentem quod *C* quaeri *Lχ;* quaeris *om. G;* non *ante* cum *in mg. add. P* 6 quia xpi *P* 8 <in> ipso *a* 9 templum dei *χ* 10 ueniat (a *s. u.*) *Pπ* 12 quaerit *π et* (*in mg.* requirit) *m2 F, m1 V* 17 surget *A* surgat *EγT* 18 ueniat (at *s. u.*) *P* 19 aedificauit *AaBFγO et* (-bit *corr.*) *GV* 21 uiuet *PBLπ* 23 Helian *scripsi,* heliam *libri* helias (h *s. u. m3*) *P* transferitur *A* 24 supra *C* enoc *P* ille enim *post* cuius *transponunt X* (*exp. m2 O*)

est, ne malitia mutaret cor eius, haec autem dili-
gitur a Christo quasi gloriosa, sancta, inmaculata, sine B
ruga. et quanto melius totum corpus adsumitur quam
adsumtus est! haec enim est spes ecclesiae. rapietur profecto,
adsumetur, transferetur ad caelum. ecce curru ignis raptus
Helias est, rapietur ecclesia. non mihi credis? crede uel Paulo,
in quo Christus loquutus est. rapiemur inquit in nubibus
obuiam Christo in aera; et ita semper cum domino
89 erimus. ad hanc igitur aedificandam mittuntur quidem plures, C
mittuntur patriarchae, mittuntur prophetae, mittitur Gabrihel
archangelus, innumeri angeli deriguntur et multitudo caelestis
exercitus deum laudat, quia ciuitatis huius aedificatio propin-
quabat. mittuntur plures ad eam, sed Christus eam solus aedi-
ficat; uerum non est solus, quia pater praesens est, et si solus
aedificat, gratiam tamen tantae aedificationis non solus usurpat.
scriptum est de templo dei, quod aedificauit Salomon, in quo
typus ecclesiae fuit, quia LXX milia erant qui in umeris por- D
tarent et LXXX milia lapidicaesores. ueniant angeli illi,

2 Ephes. 5, 27 5 Reg. IIII 2, 11 7 I Thess. 4, 17 11 Apoc. 19, 14 14 Ioh. 16, 32 18 Reg. III 3 init. (Paralip. II 2, 2)

2 quasi gloriosa *APEGLT* quasi sponsa gloriosa *αBC* quasi gloria *γ* quasi ossa *X* (sponsa *s.* ossa *m2 V*) 4 est enim *X* 5 assumitur *A* adsumitur *α* transferretur *A* curru *Cχ* currus *AL et* (s *eras.*) *PB* curris *α* cursus *X* (s *alt. exp. O*, curru *m2 V*) igneo *Gγ* 6 helias (h *s. u. m3*) *P* est helias *χ* rapitur *EγT* credes *χ* 7 locutus *αCEGγOT* loquitur *L* 8 ita *om. X* 9 quidem] licet *X* 10 patriarchae mittuntur *in mg. m3 P* gabriel *A* 11 arcangelus *A et* (arch. *m3*) *P* 12 propinquabat (-bit *m2*) *T* propinquat *α* 16 dei *A, om. cet.* solomon *Pα* 17 quia LXX milia] qui ait $\overline{\text{LXX}}$ *P* in qua tria milia sescenti *A* quia tria milia tricenti eorum qui prae (tricenti eorum qui prae *in ras. min.*) *B* quia (quorum *γ*) tria milia sescenti (DC *L*) *cet.* in *om. A* 18 et L$\overline{\text{XXX}}$ lapidis (is *ex* es *m2*) caesores *P*, et LXX lapidicaesores *A*, et septuaginta (LXX *αBCL*) milia lapidicaesores (lapidicaesores *om. G*, v̆ *s.* i *alt. E;* lapides caesores *F et* v̆ *s.* es *pr. m3 O, m2 π*; lapidum caesores *CL et.* um *in ras. m2, BV*) *cet.* *post* lapidicaesores *add.* et octoginta *A*, et LXXX milia *αBC; in LXγ legitur:* et octoginta (LXXX *π*, octuaginta *γ*)

ueniant lapidicaesores, caedantur superflua lapidum nostrorum, aspera leuigentur, ueniant et qui in umeris portant; scriptum est enim: supra umeros tollentur.

90 Uenit ergo ad Iohannem, quoniam cetera conperistis. uenit
ad Iohannis baptisma, sed Iohannis baptisma habebat paeni-
tentiam delictorum. et ideo prohibet eum Iohannes dicens: 'ego E
a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? quare uenis
ad me, qui peccatum non habes? ille enim baptizandus est
qui peccatum habet, qui autem peccatum non fecit laua-
crum paenitentiae cur requirat?' sine inquit modo — hoc est:
dum ecclesia aedificetur — decet nos inplere omnem
iustitiam. quae est iustitia nisi misericordia? dispersit enim,
dedit pauperibus: iustitia eius manet in aeternum.
dedit mihi pauperi, dedit mihi inopi gratiam, quam ante non F
habui; iustitia eius ergo manet in aeternum. quae est iustitia
nisi ut quod alterum facere uelis prior ipse incipias et tuo
alios horteris exemplo? quae est iustitia nisi ut quia carnem
suscepit non quasi deus sensum aut ministerium carnis exclu-
deret, sed quasi homo carnem uinceret, ut uincere me doceret?
docuit enim qua ratione possim terrenis concretam uitiis ob-
noxiae carnis inluuiem sepelire criminibus, renouare uirtutibus. 1312 A
91 o uere diuinam in ipsa humilitate domini prospicientiam!

3 Esai. 49, 22  4 Matth. 3, 13  6 Matth. 3, 14  9 I Petr. 2, 22  10 Matth. 3, 15  12 Ps. 111, 9  15 Luc. 6, 31

milia (*haec om. G*) tollentes (tollebant *χ*) onera *post* lapidicaesores *add.* et tria milia sescenti operum praepositi *ed. Rom.* ueniant (ueniant*, a *eras., A*) angeli illi (illi *om. G*) *AαBCLXχ, om. P* 1 lapidicaesores *AαGγT et* (ṽ *s.* i *alt.*) *E* lapidis (is *ex* es *m2 P*) caesores *PB* lapides (ṽ *s.* es *m3 O, m2 π*) caesores *FOπ* lapidum caesores *CL et* (um *in ras. m2*) *V* 2 in *om. X* 3 super *P* 7 quare *AB* cur *cet.* 8 *post* est *add.* ad me *αχ* 12 enim *om. EFγT* 13 in aeternum] in saeculum saeculi *EγT* 14 dedit *pr.* . . . aeternum *om. B* *post* pauperi *add.* inopi *A* 15 ergo eius *CγTX* (ergo *s. u. π*) est *om. C* 16 ut *χ, om. cet.* alteri *αC* altero *FO et* (os *m2*) *π* 17 ut qui *Bπ* qui ut *α* 21 reuocare *π* uirtutis (-es *m3*) *P* 22 ipsam *X* (m *exp. π, eras. V*) humilitatem *AX* (m *exp. π, eras. V*)

quanto enim abiectior humilitas tanto diuinior prouidentia. iniuriarum suarum acerbitate deus proditur et remediorum suorum usu, qui nullis remediis indigeret, deus probatur. quid enim tam diuinum ad populos prouocandos quam ut nemo refugiat lauacrum gratiae, quando Christus lauacrum paenitentiae non refugit? nemo se dicat exsortem esse peccati, quando Christus uenit ad remedium peccatorum. si pro nobis Christus B lauit, immo nos in corpore suo lauit, quanto magis nos nostra delicta lauare debemus? quo igitur magis opere, quo magis mysterio deus, quamquam deus in omnibus, quam hoc probatur, quando per totum mundum, qua generis humani condicio diffunditur, per separatarum diuortia tractusque regionum uno momento in uno corpore deus fraudem uetusti erroris aboleuit, gratiam regni caelestis effudit? unus enim mersit, sed eleuauit omnes; unus descendit, ut ascenderemus omnes, C unus omnium peccata suscepit, ut in illo peccata omnium mundarentur. *purificate igitur uos*, ut apostolus dicit, quia purificauit se ille pro nobis, qui purificatione non eguit. haec de nobis.

92 Nunc consideremus mysterium trinitatis. unum deum dicimus, sed patrem confitemur et filium confitemur. nam cum scriptum sit: *diliges dominum deum tuum et ipsi soli seruies*, negauit filius esse se solum dicens: *sed non sum* D *solus; pater enim mecum est.* nec nunc solus est; pater enim se adesse testatur. adest spiritus sanctus; numquam

10 Ephes. 4, 6  15 Ephes. 4, 9 sq.  17 Iacob. 4, 8  22 Deut. 10, 20  23 Ioh. 16, 32

2 et] ut (*in mg. m3* al. et) *A*  8 nos (*s. u. m3*) nostra (tra *eras.*) *A*  10 quam] quam (*in u. ult.*) quam *P* quamquam *L et X* (quam *pr. exp. m2* π, *alt. m2 V*)  hoc exemplo (exemplo *s. u. m3*) *P*  11 qua] quo γ *et* (o *m2 ex* a) *O*  14 effundit *BO*π *et* (n *exp.*) *AV*, (n *s. u.*) *F*  15 leuauit χ  16 ut] et ut *X* (et *eras. O*, *in quo* et mortuus est *s. u. m3;* et *exp.* π)  peccata omnium *A* omnium peccata *cet.*  17 mundarentur *A* morirentur α*L* morerentur *cet.*  22 diligis *A*α*BL et* (-es *corr.*) *G*  23 serbies *A*  filius (s *in ras.*) esse se (se *s. u. m3*) *A* se esse *T*  24 nunc] non *X* (non *eras. V*)

3, 21 sq. enim potest a se trinitas separari. denique apertum est
caelum, descendit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba. quomodo ergo haeretici dicunt quia solus in
caelo est, qui non est solus in terris? aduertamus mysterium.
quare sicut columba? simplicitatem enim lauacri requirit gratia,
ut simus simplices sicut columbae. pacem lauacri requirit E
gratia, quam in typo ueteri columba quondam ad illam arcam,
quae sola fuit diluuii inmunis, aduexit. docuit me cuius typus
columba illa fuerit, qui nunc descendere dignatus est in specie
columbae, docuit in illo ramo, in illa arca typum fuisse pacis
et ecclesiae, quod inter ipsa mundi diluuia spiritus sanctus
ad ecclesiam suam pacem adferat fructuosam. docuit etiam
Dauid, qui prophetico spiritu cernens baptismatis sacramentum
93 ait: quis dabit mihi pinnas sicut columbae? uenit ergo F
spiritus sanctus, sed adtende mysterium. uenit ad Christum;
omnia enim per ipsum creata sunt et in ipso constant.
sed uide beniuolum dominum, qui solus se iniuriis subdidit,
solus gratiam non quaesiuit. et ubi aedificauit ecclesiam? rogabo
inquit patrem, et alium paracletum dabit uobis,
ut uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis, quem
hic mundus non potest accipere, quia non uidet eum
nec cognoscit eum. merito ergo se in corpore demonstrauit, 1313 A
94 quoniam in diuinitatis substantia non uidetur. uidimus spiritum,

6 Matth. 10, 16  7 Gen. 8, 10 sq.  14 Psalm. 54, 7  16 Coloss. 1, 16 sq.  18 Ioh. 14, 16 sq. Augustinus epist. 148, 6 (*rogabo . . . p. 96, 2 possumus audiamus*)

1 a se *om. P, post* trinitas *transponit L*  2 et descendit *ET*  5 quare (re *s. u.*) *A*  7 uetere *P*  8 deluuii (di. *m2*) *P*  9 speciem *X* (m *eras. O, exp.* π)  11 et *AaBC, om. cet.*  deluuia *A*  13 dauid *s. u. P*  14 mihi *om. B*  pinnas *P m1 AC* pennas *P m3 cet.*  16 enim *s. u. m3 A*  17 dm̄ *G*  18 gratiam non quaesiuit *transponunt post* aedificauit *X*  19 paracletum *ACFLOV* paraclitum χ *Augustini codices meliores et* (i *ex* e) π paraclytum *PaB*  dabit (*om.* uobis) ut (ut *s. u. m3*) *P*, dabit uobis qui *Augustinus*  20 sp̄s *X* (sp̄m *m2* π*V*)  21 uidet (i *s.* e *m3*) *P*  22 cognoscit *P m1* cognoscet *P m2 B* agnoscit *L*χ  ergo *om. X, s. u. m2 B*  in *om. AP*  23 uidemus *X*

sed in specie corporali, uideamus et patrem. sed quia uidere non possumus, audiamus; adest enim beniuolus deus, non derelinquet templum suum. uult omnem exaedificare animam, uult eam ad salutem informare, uult lapides uiuos a terra ad caelum transferre. diligit templum suum, et nos diligamus eum. si diligimus deum, praecepta eius seruemus; si diligimus eum, B nouerimus eum; qui enim dicit quia nouit eum et praecepta eius non seruat mendax est. quomodo enim potest deum diligere qui non diligit ueritatem, cum deus ueritas sit? audiamus ergo patrem; inuisibilis enim pater. sed et filius inuisibilis secundum diuinitatem; deum enim nemo uidit umquam. cum ergo filius deus, in eo utique quod deus est filius non uidetur, sed demonstrare se uoluit in corpore et, quia pater corpus non gerebat, ideo probare uoluit pater nobis in C 3, 22 filio se esse praesentem dicens: filius meus es tu, in te conplacui. si uis discere filium cum patre semper esse praesentem, lege fili uocem dicentis: si ascendero in caelum, tu ibi es; si descendero in infernum, ades. si patris testimonium quaeris, audisti a Iohanne. crede ei cui se baptizandum credidit Christus, cui pater filium caelesti uoce con-

1 Ioh. 1, 18 3 I Petr. 2, 5 5 Ioh. 14, 15 7 I Ioh. 2, 4 9 I Ioh. 5, 6 10 Coloss. 1, 15, I Tim. 1, 17, Augustinus epist. 148, 6 (*audiamus* . . . 13 *non uidetur*) 11 Ioh. 1, 18 17 Psalm. 138, 8

1 ⁄· (*add. m3*) sed in (quia *s.* in *m3*); *om.* specie . . . quia (*in mg. m3* ⁄· sed in speciae corporali uideamus et patrem) *A* in *om. X* 2 possimus *X* (v *s.* i π*V*) derelinquet *ACL* derelinquit *PaX* relinquit *Bχ* (-et *corr. T*) 3 exaedificare *EγT* **aedificari *A* aedificare *L* exaedificari (ex *eras. O*) *cet.* uult . . . informare *om. A* 4 eam] enim *X* 5 nos diligimus *P* eum. sic *A* 6 si praecepta *A* eius *om. AaBC* 8 enim (nim *in ras.*) *B*, *om. X* 10 audiamvs (v *s. u. m2*) *P* 11 enim] ergo *EγT* 12 ergo filius dI *EγLT* quod (d *s. u. m3*) *A* est *om. PaL* 13 et *et mox* ideo probare *om. X* 15 praes***tem (tan *eras.*; en *s. ras.*) *P* 17 fili *AaF* filii *cet.* (i *tert. s. u. GV*) uoce *A* 18 in] ad *BLχ* 19 crede igitur *A* (igitur *s. u. m3*) *χ* ei (i *ex* te) *P* ad baptizandum *P* 20 credidit (di *pr. s. u. m3*) *A*

misit dicens: hic est filius meus dilectus, in quo 1314 A
95 conplacui. ubi sunt Arriani, quibus non placet filius, in quo conplacuit pater? hoc non ego dico neque hominum quisquam loquutus est; neque enim per hominem deus neque per angelos neque per archangelos, sed ab ipso patre uox de caelo missa signauit. deinde alibi idem pater repetit dicens: hic est filius meus dilectus, in quo conplacui; ipsum audite, dicentem utique audite: ego et pater unum sumus. qui ergo filio non credit non credit patri. testis est ille de filio. si dubi- B tatur de filio, paterno non creditur testimonio. deinde cum dicit: in quo conplacui, non aliena in filio, sed sua laudat. quid est enim dicere: in quo conplacui nisi quia omnia quae habet filius mea sunt, sicut filius dixit: omnia quae habet pater mea sunt? indifferentis enim diuinitatis potentia non secernit inter patrem et filium, sed unam patri filioque participat potestatem. credamus patri, cuius uocem elementa C sonuerunt, credamus patri, cuius uoci elementa obsequium praestiterunt. credidit mundus in elementis, credat in hominibus; credidit in exanimis, credat in uiuentibus; credidit in mutis, credat in loquentibus; credidit in his quae non habent

1 Matth. 3, 17  6 Matth. 17, 5  8 Ioh. 10, 30  13 Ioh. 16, 15  16 Hier. 50, 42

2 arriani *P* (r *pr. s. u. m3*) ariani *L*  3 ego non *B et* (*siglis* ⁄.⁄. *add.*) *C*  quisque γ  4 loquutus *AF*π*V* locutus *cet.*  enim *PFL*, *om. cet.*  5 neque per archangelos *om. P*, *ante* neque per angelos *ponit L*  patre (re *in ras. 3 litt.*) *P*  6 deinde *s. u. m3 A*  7 audite *om. X*, audi χ  9 filium χ  non credi|dit *P*  patre (i *s.* e) *a* patrem *L*  10 paterno (no *s. u.*) *P* patris *aBG*  credatur (*om.* non) *X*  11 suā *FO* suam π*V*  13 quae habet filius mea sunt] quae habet filius et pater habet χ  sicut filius dixit] sicut filius *B* sicut et quae patris sunt filii sunt? filius dixit χ  14 indifferentis *T* (is *in ras.*) indifferentes *X* (-is *corr.* π *et, in quo* ł ens *s.* entis *V*) indifferentiis γ  15 patris *X* (filiique *corr.* π)  16 credamus ... sonuerunt *om. G*  uocem *B* (em *in ras.*) *F* (*in mg. m2* uoci) uoce *E*γ*L* uoci π  17 sonuerunt ... elementa *om. a*  patri] *fort.* filio; *cf. Luc. 8, 24 sq.*  18 prebuerunt *P* praebuerunt *L*  19 credidit (di *pr. s. u. m2*) *P* credit *G*  in mutis ... credidit *om. a*  20 eloquentibus *A* (*cf. Marc. 7, 37*)  credidit ... sensum *om. P*  quae] qui *O*π*V*

sensum, credat in his qui sensum ut deum cognoscerent consecuti sunt.

## LIBER TERTIVS.

1 Et ipse Iesus erat incipiens fere annorum XXX, qui 1313 D
3, 23 putabatur esse filius Ioseph. de generationibus dicturi,
quarum nonnullam uidemus in euangelio secundum Matthaeum
uel in hoc, cuius interpretationem habemus in manibus, esse
distantiam, quoniam non est credibile aduersantia sibi sanctos
uiros potuisse dicere, de gestis praesertim domini salutaris
quanto studio possumus non dixisse eos discrepantia demon- E
2 stremus. et primum omnium neminem mouere debet quod ita
scriptum est: qui putabatur esse filius Ioseph. bene
enim putabatur, quia natura non erat, sed ideo putabatur,
quia eum Maria, quae Ioseph uiro suo erat desponsata, genera-
uerat; sic enim habes: nonne hic est filius Ioseph fabri?
diximus supra qua ratione per uirginem, diximus etiam qua
ratione per desponsatam et quare census tempore nasci uolu-
erit dominus salutaris: non alienum etiam uidetur ut qua F
ratione fabrum patrem habuerit declaremus. hoc enim typo
eum patrem sibi esse demonstrat, qui fabricator omnium con-
didit mundum iuxta quod scriptum est: in principio fecit 1314 D
deus caelum et terram. nam etsi humana non sunt conpa-
randa diuinis, typus tamen integer est, quod pater Christi igni

6 Matth. 1, 1 sqq. 15 Matth. 13, 55 21 Gen. 1, 1 23 Matth. 3, 11

1 credat *m2 ex* credidit *P* 2 consequuti *AFV* consecuti *cet.* EXPLICIT LIB̄ I. INCIPIT ·II· *P* EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS *L* (*qui add.* DE EUANGŁ LUCAE) *B et* (LIBER PRIMUS *om.* π) *X* EXPL. DE EUANGELIO SEC̄ LUCA LIB. II INC̄. LIB̄. III *A* DE EUANGELIO LIBER II EXPLICIT INCIPIT EIUSDEM LIBER TERTIUS α FINIT LIBER S̄C̄D̄S̄ INCIP̄ LIB̄ TERTIVS *C* EXPLICIT LIBER SECUNDUS INCIPIT LIBER TERTIUS χ 4 XXX *APL*χ triginta *cet.* 9 gestis] generationibus χ saluatoris *A*χ 12 esse *om. G* 13 enim] ait *PL* qui *APB* 14 disponsata *A*χ *et* (desp. *m2*) *V* 19 declaraṃus (e *s.* ạ *m3*) *P* declaramur *L* 23 igne *PL*πχ *et* (e *ex* i *m2*) *V*

operatur et spiritu et tamquam bonus animae faber uitia nostra circumdolat, cito securem admouens arboribus infecundis, secare doctus exigua, culminibus seruare sublimia, rigida mentium spiritus igne mollire et in uarios usus omne humanum genus diuersa ministeriorum qualitate formare.

3 Cur autem Ioseph magis quam Mariae generatio describatur, E cum Maria de sancto spiritu generauerit Christum et Ioseph a generatione domini uideatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quae semper uiri originem quaerit. sic enim habes: Phares fuit filius Iuda principis tribus. hic g e n e r a u i t E s r o m e t E s r o m g e n e r a u i t A r a m e t A r a m g e n e r a u i t A m i n a d a b e t A m i n a d a b g e n e r a u i t N a a s s o n e t N a a s s o n g e n e r a u i t S a l m o n e t S a l m o n g e n e r a u i t B o o s e t B o o s g e n e r a u i t O b e d e t O b e d F g e n e r a u i t I e s s a e e t I e s s a e g e n e r a u i t D a u i d. uiri enim persona quaeritur, qui etiam in senatu et reliquis curiis ciuitatum generis adserit dignitatem. quam deforme autem, si 1315 A relicta uiri origine origo feminae quaereretur, ut uideretur patrem non habuisse ille totius mundi populis praedicandus!

2 Matth. 3, 10, Luc. 3, 9  8 Euseb. Quaest euang. 224, 21 (277, 26)  10 Matth. 1, 3–6

1 tamquam (t *s. u.*) bonos (u *s.* o *alt.*) *A*  2 securim *aEπTV* secures *γ*  3 rigida (i *pr. m2 ex* e) *P*  4 omnem *AaFGL et* (m *exp.*) *πV*  genus humanum *X*  5 mysteriorum *FπV* martyriorum (*s.* al mysteriorum) *C*  firmare *C*  6 discribatur *X* describitur *C*  7 spu sco *LXχ*  generauit *F* (*in mg. m2* generauerit) *O et* (-uerit *m2*) *V*  xpm generauit *γ*  ioseph (h *s. u.*) *P*  10 iudae *X*  principes *A* princeps *X*  11 tribu *X* (-us *m2 πV*)  hesrom (*pr.*) *PaL*  et *om. X*  hesrom (*alt.*) *PaLπ*  12 haram (*bis*) *PaL* taram (t *s. u. m2*) *A*  et *alt. om. Oπ*  genuit *Gγ*  13 naasson (*pr.*) *Pa* nasson (*post* a *s. u. m2* a, *supra add.* e) *A* nason *Gγ* naason *cet.*  et *om. X*  naasson (*alt.*) *Pa* naesson (a *s.* e *m2*) *A* nason *Gγ* naason *cet.*  genuit salmon *PX*  14 genuit booz *L*  boos (*bis*) *ABCX* (booz *corr. FV*) bohos *P* (oz *s.* os *m3*) booz *cet.*  obed (*bis*) *AB* *obet *P* (*om.* et) obeht *FGγ* obeth *cet.*  15 Iessae (*bis*) *scripsi*, iesse *libri, cf. p. 103, 20*  16 et *s. u. m3 A*  curis *Gγ*  18 origine (i *alt. ex* e *m2*) *P* originem (m *del.*) *OπV*

4 sed etiam alibi diuerso ordine generationem doceamus esse
decursam, ne hic quoque euangelistae discrepare uideantur, qui
ueterem ordinem sunt secuti. sic enim habes: fuit homo ex
Arath, et nomen eius Elcana, filius Hieremiel, filius
Heli, filius Ozi. uides et a patribus ad filios et a filiis ad B
patres originis descriptionem uetere more contextam, uides
ubique familiam per uirorum generationes esse decursam: noli
mirari si Matthaeus ab Abraham usque ad Ioseph, Lucas a
Ioseph usque ad Adam et deum generationum ordinem per-
cucurrit. noli mirari quod Ioseph origo descripta est. etenim
secundum carnem natus usum debuit sequi carnis et qui in
saeculum uenit saeculi debuit more describi, maxime cum in
Ioseph origine etiam origo sit Mariae. nam cum uir iustus C
fuerit Ioseph, utique ex tribu sua et ex patria sua accepit
uxorem nec potuit iustus facere contra id quod lege prae-
scriptum est. sic enim habes quia unusquisque in hereditatem
tribus suae patriae adhaerebunt filii Israhel nec de tribu ad
tribum transibunt et omnis filia, quae habet hereditatem tri-
buum filiorum Israhel, uni ex populo et ex tribu patris sui
erit uxor. itaque et census tempore ascendit Ioseph de domo
et de patria Dauid, ut profiteretur cum Maria uxore sua. quae D

3 Reg. I 1, 1   13 Euseb. Quaest. euang. 224, 27   16 Num. 1, 4   18 Num. 36, 6—8   20 Luc. 2, 4 sq.

1 ordinem (m *eras.*) *P*   4 arad *A*   elcana *A* helchana (h *alt. s. u. m3*) *P* elchana *αχ* helcana *cet.*   ieremiael *A* iheremel *P* hieremel *L* iheremiel *π* ieremihel *EGT* ierimiel *BCγ* hierimiel *cet.*   5 heli (*in ras.*) *F* eli *A*   ozi (*s. m3* al. zoi) *A* zoi *P*   6 patres] patris *A*   origines *A*   discriptionem *X* (descr. *m3 O, m2 π*) describtionis (em *s.* is *m2*) *P*   uetere *A m1 P* ueteri *A m2 cet.*   8 lucas a ioseph *s. u. m3 A*   9 usque *om.* ad *AB*   ad deum *α*   percucurrit *P* (cu *pr. s. u.*) *γ* (cu *pr. del. m2*) praecucurrit *BL* percurrit *X*   10 discripta *X* (descr. *m3 O*)   12 discribi *FπV*   in *APEγT*, *om. cet.*   13 ioseph (h *s. u.*) *P*   originem *X* (m *exp. V*, origo *m3 O, m2 π*) origo *C*   14 et] uel (*in mg. m3* et) *A*   15 poterat *L*   perscribtum *A* perscriptum *G* praeceptum *B*   16 hereditate *ABχ*   17 tribus suae] sua et tribu* *A* suae (*om.* tribus) *B*   filii (i *tert. s. u.*) *m3 P, m1 π*   21 et de] de *BC*

ex eadem domo et ex eadem patria professionem defert, utique eiusdem tribus et eiusdem patriae se esse designat.

5 Cognata quoque Mariae inducitur Elisabet, primo quod omnes Iudaei cognati, quemadmodum et apostolus docuit dicens: optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis cognatis secundum carnem, qui sunt Israhelitae. cognatae ergo, quia ambae Israhelitae erant, simul et cognatae, E quia ambae erant ex tribu Iuda. didicisti ex tribu Iuda Mariam, disce et Elisabet. nam exsurgens Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in ciuitatem inquit Iudae et intrauit in domum Zacchariae. cum enim iuxta tribus suas Moyses habitare unumquemque praescripserit, utique cum in ciuitate Iudae manserit, erat et in tribu Iuda, maxime cum ex genere Elisabet fuerint sacerdotes, quorum deus portio est. simul quam pulchrum, ut cum illa praenuntium Christi, F Christum ista generauerit et altera de sancto spiritu conceperit, altera sancto repleta spiritu prophetauerit, secundum carnem quoque uideantur fuisse cognatae quae secundum deum spiritalis cognationis consortio non carebant! quodsi omnis feminae caput uir secundum sanctum apostolum et sunt duo in carne una secundum legem diuinam, utique hi qui una caro erant et unus spiritus qui poterat fieri ut uiderentur patriam et

3 Luc. 1, 36, Euseb. Quaest. euang. 224, 47  5 Rom. 9, 3 sq. 9 Luc. 1, 39 sq.  11 Num. 2, 2  13 Deut. 18, 6  14 Deut. 18, 2 19 Ephes. 5, 23, Euseb. Quaest. euang. 225, 34  20 Gen. 2, 24

2 patriae (e *eras.*) *A*  4 omnis *X* (-es *corr.* *πV*)  et] te *PLX* 5 ipse esse *LX*  6 cognati *P* (-tẹ *corr.*) *FO*  8 tribum (m *eras.*) *P* 9 et *s. u.* *A*, *om.* *X*  10 ciuitate *A*  11 iudae *A* (ae *ex* a) *χ* iudaeẹ (ẹ *exp.* *m2*) *P* iudaeae *uel* iudeae *cet.*  domo *P*  12 praescripserat *L* *et* (i *s.* a *alt.*) *m3* *P*, *m2* *T*  13 ciuitatem *PL*  iudae *ABCχ* iudeẹ (e *exp.* *m2*) *P* iudaeae *uel* iudeae *cet.*  14 ex *s. u.* *m3* *A*  16 ista *A* illa *cet.*  spu sco *χ*  17 completa (conpleta *π*) *om.* sancto *X*  18 uidentur *B*  quam (*s.* *m2* ł quae) *P*  spiritales *AF* *et* (-is *m2*) *OV* 19 cognationes *F* *et* (-is *m2*) *OV*  omnes *AαFγ* *et* (-is *m2*) *πV* 21 hii *PG* *et* (i *alt.* *eras.*) *V*  erant (n *s. u.* *m3*) *P*  22 qui *P* (*eras:*) *T* (*s.* *m2* quomodo) quin *αX* (n *del.* *OV*) quomodo *C*

tribum habere diuisam? accedit illud quod etiam angelus Gabrihel de domino praenuntiauerit quod dabit illi dominus sedem Dauid patris sui. certum est igitur etiam Mariam 1316 A de Dauid generatione manasse. simul etiam discimus nihil referre quo ordine generationis series exprimatur, cum iter hinc atque inde sit peruium.

6 Cur autem sanctus Matthaeus ab Abraham generationem enumerare coeperit Christi, sanctus uero Lucas a Christo usque ad deum perduxerit explanandum uidetur. sed prius cur sanctus Matthaeus, cum ab Abraham coeperit generationis ordinem, non ita posuerit: 'liber generationis Abrahae', sed: liber B generationis Iesu Christi, fili Dauid, fili Abraham et cur hos duos potissimum nominauerit nequaquam praetereundum puto. non enim otiose fidelissimi auctores generis eliguntur, ut intellegamus quod in ipsa generatione carnis spiritalis magis successio requiratur; duo sunt enim isti uiri, in

7 quos manauerunt promissa diuina. prior Abraham, qui ante Moysi legem et ante populum Iudaeorum propria derelinquens, C cognoscens deum meruit fidei testimonium, quia credidit deo et reputatum est ei ad iustitiam, qui etiam a deo accepit oraculum dicente sibi: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui in terram, quam tibi monstrabo, et faciam te in gentem magnam et benedicam te et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus, et benedicam benedicentes te et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus

2 Luc. 1, 32 7 Euseb. Quaest. euang. 226, 36 (268, 17) 11 Matth. 1, 1 18 Gen. 12, 4 19 Gen. 15, 6 21 Gen. 12, 1—3

1 diuisa *FO* accidit *APL* gabriel *A* 2 praenuntiauerat *α* (i *s.* a *tert.*) *EγLπT* dn̄s *AL* ds̄ *cet.* 4 mansisse *X* (*s. m2* manasse *V*) discimus *ed. Rom.* dicimus *libri* 7 ab *om. V* 10 ab *BCχ. s. u. m2 TV, om. cet.* 12 generationis *om.* χ fili *pr.*] filii χ *et* (i *tert. s. u.*) *m2 B*, *m1* π fili *alt.*] filii *Lχ et* (i *tert. s. u.*) *m2 PB*, *m1* π 14 fidelissimi (i *ult. ex* a *m2*) *P* 18 moysen *X* (i *s.* en *m2* π; ante *post* moysen *s. u. m2 add. V*) 19 et cognoscens χ 20 quia *LX* (a *eras. V*) 21 meruit *X* 22 *post* tui *add.* et uade *αLχ* 23 monstrauero *X*

terrae. uides ergo congregationes gentium et sacrosanctae
ecclesiae coetum oraculo diuino huic primo esse promissum. D
et ideo is auctor generis debuit designari, qui instaurandae
8 ecclesiae sponsionem primus emeruit. Dauid quoque merito
et ipse auctor generis declaratur, quia cum iureiurando re-
sponsum quod ex ipso secundum carnem Christus futurus
esset accepit; sic enim scriptum est: iurauit dominus
Dauid ueritatem, et non paenitebit eum: ex fructu
uentris tui ponam super sedem meam et alibi: semel E
iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar; semen eius in
aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu
meo et in Paralipomenis: et erit cum conpleti fuerint
dies tui et dormieris cum patribus tuis, suscitabo
semen tuum post te, qui erit de uentre tuo, et parabo
regnum eius. ipse mihi aedificabit domum, et erigam
sedem eius in saeculum. ego ero ei in patrem, et ipse
erit mihi in filium, et misericordiam meam non dis-
pergam ab eo, sicut dispersi ab his qui ante te fuerunt.
per Esaiam quoque idem dominus deus generationem domini F
reuelauit dicens: exibit uirga de radice Iessae et flos ex

4 Euseb. Quaest. euang. 232, 34 (274, 19) 7 Ps. 131, 11 9 Ps. 88, 36 sq. 12 Paralip. I 17, 11—13 20 Esai. 11, 1 sq.

1 ergo *A* igitur *cet.* sacrosanctae *ABC* sacrosanctum *cet.* 2 oraculo (o *alt. ex* um) *P* esse primo χ 3 is] his *F et* (h *eras.*) *POπV*; auctor his *G* instaurator π 4 aulae ecclesiae *LX* responsionem *AB* 5 quia] qui *P* responsum accepit (*om. deinde* accepit) *A* 7 iurauit (b *s.* u *alt.*) *A* 8 ueritatem *om. C* ex] et de *EγT* 9 meam] tuam *ed. Rom.; cf. lib. III s. 42* 10 *uerba inde a* semen *usque ad* es tu (*p. 122 u. 14*) *desunt in A, in quo infra in mg. folii 21ᵘ m. saec. XV haec adscripsit:* hic dificiūt qnt'ni .III. *interciderunt uero quaterniones duo* 11 sedis *X* (-es *corr. πV*) 12 paralipomenis (on *s.* is *m2*) *E* paralipomenon *C* paralipiminonis *OV* paralipomononis *F* paralipominonis *L* paralippemenon ** π 13 tui *αχ, om. cet., cf.* ἡμέραι σου *et p. 105 u. 5* dormies *B* 15 aedificauit *FGγOV* 16 patre *αL* 17 disperdam *X* 18 te *om. COπ, s. u. G* 20 exiet *Xχ; cf. p. 54, 14* uirga χ flos *cet.* iessę *PB* iesse *cet.* ex] de *BG*

radice ascendet et requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiae et intellectus et infra: et erit radix Iessae et qui exsurget imperare gentibus in ipso gentes sperabunt et alibi: puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principium super umeros eius, et uocabitur nomen eius Magni consilii angelus; adducam enim pacem super principes et salutem ei. magna potestas eius et pacis eius non est finis in sede Dauid et in regno eius. in quo Aquilae quoque interpretatione non quasi de homine, sed de eo qui ultra hominem esset uidemus exstitisse promissum. idem enim inter- 1317 A
pretatus est: puer natus est nobis, filius datus est nobis, et facta est mensura eius in umero eius, et uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, consiliarius meus, fortis, potens, pater saeculi, princeps pacis. eius inpleta est disciplina et pacis eius non est finis supra sedem Dauid et supra regnum eius.

9 Omnia conuenire de Christo euidentibus signatur oraculis. nec posse diuinae fructum potentiae ad Salomonis gratiam deriuari, qui Dauid filius fuit, cuius finis haud dubie cogno- B
scitur; finis enim fuit regni Salomonis et pacis, ut Regnorum lectionibus demonstratur. unus est Christus, cuius regnum non habet finem. deinde nullis Salomon gentibus imperauit, Christus

2 Esai. 11, 10 4 Esai. 9, 6 18 Euseb. Quaest. euang. 275, 14 21 Reg. III 11, 44 23 Luc. 1, 33

1 radice eius *EγT et* (eius *s. u. m2*) π ascendit *FLOV et* (-et *m3*) *P*, (*m2*) *B* requiescit *P* (-et *m3*), *B* (-et *m2*) supra *αB* super (*corr.* supra) *P* dni *BELT* 3 iessae *P* (a *exp.*) *B* iesse *cet.* exsurgit *X* (-et *m2 V*) 8 est *s. u. P et* (*ex* erit) *B* erit *Cχ* 10 interpretatione *αBEγT* interpretationem *cet.* eo *s. u. G*, dō *αX* 11 homines *B* esse *BX* (-et *m2 V*) 13 factus *X* (a *s.* us *m2 V*) est *om. B* 14 *alt.* consiliarius *om. αX* 15 meus (*s. m2* ł deus) *V* princeps et pacis *X* 17 supra *pr.*] super *X* supra *alt.*] super *Bγ* 19 solomonis *Pα* 20 haut (h *s. u. m2*) *P* 21 solomonis *α* salomonis (a *ex* o) *Pπ* 22 est *s. u. P* 23 denique *B* solomon *α* salamon *G* salomon (a *ex* o) π

uero ecclesiam de nationibus congregauit. postremo uiuente Dauid et natus est Salomon et regnum est consecutus, hic autem qui promittitur post mortem Dauid surrecturus esse monstratur, sicut habes quia cum conpleti fuerint dies C tui et dormieris cum patribus tuis, suscitabo de semine tuo qui erit ex uentre tuo et parabo regnum eius. ipse mihi aedificabit domum, et erigam sedem eius in saeculum. numquid in saeculum regnauit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnauit? ego ero inquit ei in patrem et ille mihi in filium — quis est ille proprius dei filius nisi cui dictum est: filius meus es tu, ego hodie genui te? — et misericordiam meam non dispergam ab eo et fidelem eum seruabo in domo mea et in regno eius usque in saeculum? at uero Salomonem errasse ideo D fortasse tam grauiter, ne errarent homines et ad ipsum crederetur manasse promissum, diuinarum serie cognouimus lectionum; aedificauit enim templum Astartae idolo propter amorem mulieris et indignatus est dominus in Salomonem. si igitur et uiuente Dauid regnare coepit — sic enim habes quod, cum esset nuntiatum Dauid regnare Salomonem, adorauit rex in cubili suo et dixit: benedictus dominus deus Israhel, qui dedit mihi hodie de semine meo sedentem in E throno meo, et oculi mei uident — si errauit, si offendit,

1 Reg. II 12, 24; III 1, 39 4 Paralip. I 17, 11 sq. 9 Paralip. I 17, 13 11 Psalm. 2, 7 12 Paralip. I 17, 13 17 Reg. III 11, 4 sq. 20 Reg. III 1, 47 sq.

1 nationibus] gentibus *X* congregat. et postremo *X* 2 et *pr. om. BLπ* solomon *α* est] eius *LX* consequutus *FV* 3 resurrecturus *Bγ* *surrecturus *E* ***surrecturus *G* (con *eras.*, con *s. ras.*) 7 aedificauit *BGLX* (-bit *corr. V*) 9 XL *PCLX* inquit ei *G* ei inquit γ, ei *om. cet.* 10 patre *BF* qui *PL* iste *E* 13 in *PαL*, *om. cet.* regnum χ 14 usque *om.* χ solomonem *α* salomonem (a *ex* o) π 15 ne *ante* tam *transponit α* 16 quod diuinarum *ET* 18 est *om. X* (*s. u. m2 V*) 19 et *om. L et* (*in quo* euiuente) π 20 solomonem *απ* rex dauid *X* 21 cubiculo *EγLT* ds̄ dn̄s γ 22 hodie *m3 ex* diem *P*

10 uides quoniam promissi series Christum spopondit. et ideo istos duo generis auctores euangelista delegit, unum qui promissum accepit de congregatione populorum, alterum qui de generatione Christi oraculum consecutus est. et ideo licet ordine sit successionis posterior, prior tamen quam Abraham in domini generatione describitur, quia plus est promissum accepisse de Christo quam de ecclesia, quoniam ecclesia ipsa F per Christum. ergo unus princeps generis secundum carnem, alter princeps generis secundum spiritum, alter secundum seminis gratiam, alter secundum populorum fidem; potior enim qui saluat eo qui saluatur. et ideo Dauid filius dicitur: liber generationis Iesu Christi, fili Dauid; eius enim primo loco debuit filius dici, cui dari filius est promissus, licet apostolus etiam Abrahae Christum dicat esse promissum; Abrahae enim dictae sunt promissiones et semini eius. non dicit: et seminibus, tamquam in multis, sed sicut in uno: et semini tuo, qui est Christus, ut alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. illi delatum est, ut Iesus eius filius diceretur, huic quasi principi familiae gentiumque praerogatiua seruatur, ut ab Abraham generationis 1318 A dominicae manaret exordium; qui enim fidei auctor est, ipsum adserere scriptura quoque debuit diuinae generationis auctorem.

11 unde et Lucas ad deum putauit originem eius esse referendam, quod uerus Christi generator deus sit uel secundum ueram generationem pater uel secundum lauacri regenerationem mystici auctor muneris. et ideo non a primo generationem eius

1 Euseb. Quaest. euang. 234, 30 14 Galat. 3, 16 21 Hebr. 12, 2 23 Euseb. Quaest. euang. 229, 20 26 Euseb. Quaest. euang. 270, 15

1 quia *G* spo*pondit (s *eras.*) *B* 2 duo *P* duos *cet.* delegit *P* (de *ex* di *m3*) *BC*χ diligit α elegit *cet.* 4 consequutus *FV* 6 in *om.* *X* discribitur *X* conscribitur γ 7 ecclesiam (m *eras.*) (*bis*) *P* 8 xpm (*s. u. P*) est facta *PL* 9 spm *B*χ xpm *cet.* 12 fili α*FLV* filii *cet.* (i *tert. s. u. m2 PGO*π) 13 dari] clare *E*γ*T* 17 semine (-ni *m3*) *P* quod *BX* (i *s.* od *m2* π) χ 20 ab *E*γ*T*, *s. u. m2 B*, ad *X* (*s. m2* ab *V*), *om. cet.* 21 maneret α*CGX* (a *s.* e *pr. m2 V*) 23 deferendam *O*, ferendam π 25 mysticam *E*γ, mystica *G*

coepit describere, sed posteaquam baptismum eius explicuit, B
auctorem omnium deum per baptismum cupiens demonstrare
Christum quoque a deo ordine manasse successionis adseruit
uniuersa contexens, ut et secundum naturam et secundum
gratiam et secundum carnem dei filium demonstraret. quod
autem euidentius diuinae generationis indicium quam quod
de generatione dicturus ipsum patrem praemisit loquentem:
hic est filius meus dilectus, in quo conplacui?
12 Hic quoque aliqui solent serere quaestiones, quod Matthaeus C
ab Abraham usque ad Christum quadraginta duas generationes
enumerauerit, Lucas uero quinquaginta et quod per alias per-
sonas Matthaeus, per alias Lucas generationem manasse descri-
pserit. in quo iam potes illud probare quod diximus quia, cum
alios Matthaeus maiores dominici generis, alios uero Lucas
in ordine generationis texuerit, ab Abraham tamen et Dauid
13 reliquos auctores generis uterque signauit. quod uero per Salo- D
monem Matthaeus generationem deriuandam putauit, Lucas
uero per Natham, alteram regalem, alteram sacerdotalem Christi
familiam uidetur ostendere. quod non ita accipere debemus,
quod alterum altero uerius, sed alter alteri pari fide et ueri-
tate concordet. fuit enim uere et secundum carnem regalis et

8 Matth. 3, 17 10 Euseb. Quaest. euang. 245, 11 16 Euseb. Quaest. euang. 228, 13

1 discribere *X* postea (*om.* quam) *BGV* baptisma *P* explicauit *αC* 2 baptisma *P* 5 et *post* gratiam *om. X* 9 inserere *PL* 10 XLII *PLX* XL duas *γ* quadraginta et duas *B* quadraginta *α* 11 numerauerit *π* numerauit *O* (-erit *m2*), *FV* (uerit *in mg. m2*) L *PLX et* L (*in ras.*) *γ* quadraginta *T* 13 potest iam illud *C* iam (*s. u. m2*) illud potē (*s.* ē *ras.*) *G* potes *P* potest *cet.* probari *Cχ* 15 ab *om. PαBCO* 16 uterque *ante* auctores *transponit B* solomonem *α* salomonem (a *ex* o) *π* 17 diriuandam *αBCLX et* (der. *corr.*) *E* 18 natham *P* (n *s.* m *m3*) *αBCπ* natā *G* nathan *cet.* alter ... alteram *B* alteram ... alter *T* alter ... alter *Maurini* 19 accipere (i *ex* e *m2*) *P* 20 alterum *P* (*in ras. m2*) *et* (um *exp. m2*) *C* alter *X* altero quod *P* (i *s.* o *alt. m3*) *L* alter] alterum *BEγ et* (um *eras.*) *T* 21 concordat *χ*

sacerdotalis familiae, rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus.
licet oraculum non de carnalibus, sed de caelestibus expri- E
matur, quoniam et rex in dei uirtute laetatur, cui iudicium
a patre rege defertur, et sacerdos est in aeternum, secundum
quod scriptum est: tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem Melchisedech. bene igitur uterque tenuit fidem,
ut Matthaeus per reges ductam originem conprobaret et Lucas
per sacerdotes a deo transmissam in Christum seriem generis
deducendo sanctiorem ipsam originem declararet. simul in hoc
quoque uituli figura signatur quod ubique sacerdotale myste- F
14 rium putat esse seruandum. nec mireris si ab Abraham plures
secundum Lucam successiones usque ad Christum sunt, pau-
ciores secundum Matthaeum. cum per alias personas genera-
tionem fatearis esse decursam; potest enim fieri ut alii lon-
gaeuam transegerint uitam, alterius uero generationis uiri
inmatura aetate decesserint, cum uideamus conplures senes cum
suis nepotibus uiuere, alios uero uiros statim filiis obire
susceptis.

15 Illud quoque aduertimus, quod sanctus Matthaeus Iacob,
3, 23 sq. qui fuit pater Ioseph, filium Matthan esse memorauerit, Lucas
uero Ioseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli, Heli autem
filium Melchi esse descripserit. quomodo unius duo patres, id 1319 A
est Heli et Iacob? quomodo etiam duo paterni aui, Matthan

3 Ps. 20, 2 4 Ioh. 5, 22 5 Ps. 109, 4 11 Euseb. Quaest. euang. 246, 1 19 Euseb. Quaest. euang. 228, 13 20 Matth. 1, 15

2 de *post* sed *om.* α 3 et *s. u.* α dei (i *s. u.*) *P* 4 et rege *BC* est *om.* *X* 7 et *om.* *FOV*; et Lucas . . . declararet *om.* π 8 a *om.* *PL* xpo *PL* xpi *FO* 9 deducendos *FOV* antiquiorem α 11 ab *om.* α*O*, *s. u. m1* *GV*, *m2* π, *m. rec.* *B* 12 successionem (s *s.* m) *P* 13 generationes . . . decursas *B* 14 ut aliquid *X* (d *exp. m2* π, *eras.* *OV*) 17 uero *om.* *X* (*s. u. m2* *V*) 20 matthan *P* maththan *E* (h *pr. eras.*) mahttham *G* (h *bis s. u. m2*) mathan α*BCT* natham π nathan *cet.* memorauit *PL* 21 maria desponsata erat γ 22 discripserit *X* duos *BGX* (s *eras.* *V*) 23 et *om.* *X* au** (is *eras.*, i *s. ras. m2*) *P* mattham *P* mattha α maththan *E* (h *pr. exp.*) mahttham *G* (h *bis s. u. m2*) mathan *BC*γ*T* natham π nathan *cet.*

et Melchi? sed si sequaris, inuenies quod iuxta praescriptum legis ueteris duo fratres diuersos filios uterinos ex una uxore generauerint. traditur enim Matthan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium et uxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit uxorem, ex qua generatus est Heli. rursus Heli fratre sine liberis decedente copulatus est
fratris uxori et generauit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob B
filius dicitur, quoniam semen fratris defuncti frater iuxta legis ueteris seriem suscitabat. ita duorum filius dictus est, non ab utroque generatus, sed quia alterius secundum generationem, alterius secundum legem factus est filius. in quo praescripto legis futuram perpetuitatem defunctorum seminis nobis esse promissam non intellexit populus Iudaeorum, sed secundum
litteram accipiens gratiam corrupit oraculi. alius enim erat C
frater, qui defunctorum fratrum semen resuscitaret, non frater secundum carnis germanitatem, sed secundum gratiae puritatem. et ideo fortasse f r a t e r  n o n  r e d i m i t:  r e d i m e t  h o m o? quia non germanus frater ille, sed dominus et m e d i a t o r  d e i  e t  h o m i n u m  h o m o  C h r i s t u s  I e s u s resurrectionis gratiam propagauit; licet sit uersiculi istius et alia interpretatio, quam suo
16 dicemus loco. non absurdum autem uidetur quod geminato

1 Deut. 25, 5 sq. 3 cf. Euseb. Hist. eccl. I 7 9 Marc. 12, 19, Luc. 20, 28 17 Ps. 48, 8 18 I Tim. 2, 5 20 cf. enarr. in ps. 48, 13 21 Euseb. Quaest. euang. 245, 11

1 melchis *αC* si sequaris *P* (*s. m2* ł requiris) *αBCLχ* si requiris *X* (i *alt. ex* ae *m3 O m2 V*, *ex* e *m2 Fπ*) 2 ex*una *P* 3 matthan *P* maththan *E* mahtthan *G* (h *bis s. u. m2*) mathan *BCγT* natham π nathan *cet.* 6 fratre] frater *X* frustra *α* *post* decedente *add.* heli *αBXχ* 8 legem (is *s.* ęm *m3*) *P* 9 suscitauit *LX* 10 generationem a. secundum *om. α* 12 perpetuitatē (ē *ex* e *m3*) *P* 13 *post* promissam *add.* quia fratris defuncti semen frater suscitabat post mortem. hoc γ. *in G uerba* seminis ... promissam *scripta sunt in ras. m2 et uerba* non intellexit ... resuscitaret *addita in mg. inf. m2* intellegit *αX* 14 corrumpit *Eγ et* (m *eras.*) *T* 15 resuscitaret (t *alt. s. u. m2*) *P* suscitaret γ 17 fortasse *αBCχ* fasse *P* (*s. m3* ł fortasse) *L*, *om. X* frater fratrem *X* redimit] redimet *P* (*m3* redemit) *αG* redemit *EγT* redimet] redimit *X* 19 xps ihs *αχ* ihs·xps *cet.*

mystico numero quater denas generationes diuidendas sanctus D Matthaeus putauit, ab Abraham usque ad Dauid, a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis usque ad Christum, in quo uices mutationum pariter designauit. ab Abraham enim usque ad Dauid tempora sine regibus fuit populus Iudaeorum — regnum enim iustum a Dauid coepit — deinde per reges actum genus omne est Iudaeorum et intemerata usque ad transmigrationem eorum regna manserunt; E post transmigrationem uero in occasum degenerantis populi nobilitas circumcisa uergebat. de quinquaginta uero successionibus, quas ab Abraham Lucas contexendas putauit, numeri mystici seruata gratia satis claret; nam et decimus et septimus numerus mysticus est et tertio uterque repetitus mysterium signat, et pentecoste, cuius Lucas, et tesseracoste, cuius Matthaeus secutus est gratiam, satis superque numerum mysticum prodiderunt.

17 Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosae, ut F illis uidetur, Matthaeus conmemorationem in dominica generatione contexendam putauerit, cur etiam Ruth, cur eius quoque mulieris, quae Uriae uxor fuit et occiso marito in 1320 A Dauid nuptias conmigrauit, cum praesertim Sarrae et Rebeccae et Rachel, sanctarum feminarum, nusquam fecerit mentionem. sic enim habes: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam et fratres eius, Iudas autem

2 Matth. 1, 6 et 11 sq. 17 Euseb. Quaest. euang. 272, 21 23 Matth. 1, 2 sq.

1 quater] quaternas *Xχ* de quaternis denis generationibus quaternas denas generationes *αC* 3 et a *BOπ* 10 uergebat *Erasmus* mergebat *libri* L *P* (*s. m2* quinquaginta) *Lπ* generationibus *χ* 11 ab *om. BO* lucas scs *α* 12 claruit *B* 13 mysticus *om. P* est (*exp. m2*) *P* 14 pentecosten *LX* tesseracostes (tessaracostes *π*) *X* (s *ult. in ras. ex* n) *V* 15 sequutus *FOV* 18 dominicā generationē *X* dominicā (-ca *corr.*) generationem (m *exp.*) *C* 21 sarae *BE* sarrae *V* (r *pr. eras.*) *C* (r *pr. exp. m2*) rebeccae (c *pr. s. u.*) *P* 22 racchel *P* 23 isaac (isac *P*) autem *PBC*

genuit Phares et Zaram ex Thamar. non otiose itaque huius
mulieris euangelista nomen inseruit, de qua diuise interim
18 tractandum uidetur. primum enim si ueris intendas animum,
non haec mulier tam famosa quam iusta; non enim tempo- B
ralis usum libidinis requisiuit, sed successionis gratiam concupiuit; erat enim deforme liberos non habere, quod etiam legum ciuilium fuit auctoritate multatum. promiserat eam filio suo Iudas et diu pactarum foedera distulerat nuptiarum. per moram promissi defunctus est sponsus. nondum uirginitatis, nondum uiduitatis ante Christi aduentum uernabat gratia. dolens se
sine filiis remansisse dolum studio generationis conmenta est C
et Iudam consilio praeuertit, ut se eidem offerret ornatam, posteaquam defunctam eius cognouit uxorem. uides ubique mulieris uitam probari, quod non alienum praeripuit torum, non meretricio studio quasi meretrix ornata est; non enim uagam captauit libidinem, sed diu soceri fraudata promissis ex ea familia quam delegerat conuerso dolo fructum uoluit successionis adipisci. quis itaque castior? illa quae tamdiu
exspectauit promissum an ille qui amorem ferre non potuit D
oblatum? illa quae sponsi familiam non refugit an iste qui meretricem putauit? illa quae horam sui corporis uolentibus non permisit ad copulam an iste qui quod studio coepit erroris ad successionis gratiam castitate mulieris consummauit? illa quae filios non habebat et tempus conceptionis mora coniugii timebat excludi, illa quae grauitatem maturioris elegit

1 Euseb. Quaest. euang. 234, 43 8 Gen. 38, 11 sqq.

1 phares *X*χ fares *cet.* zara *V*, *fort. recte, cf. p. 111, 12* ex] de (*in ras. m2 ex* ex) *OV* otiose*** *P* eius *X* 3 uiris *X* (ueris *m2 V*) animum intendas *C* intendes *E*γ *et* (es *ex* is) *G* 4 iuxta (s *s.* x *m3*) *P* 9 defunctus] mortuus (mortu *in ras.*) *C* sponsus *s. u.* *P* 13 utique *Maurini* 14 torum α*FO*π thorum *GV* (h *s. u.*) *cet.* 15 ornata *P*α*BC* adornata *cet.* 18 itaque *L* utilior (*exp. m3 et s. scr.* illorum) *P* utique *C* (*s.* itaque *m2*) *cet.* illa (a *ex corr.*) *P* 21 horam *P*α*C* eorum π oram *cet.* 23 castitatem (m *del. m1 V*) gratiam (m *exp.* π) *X*

an iste qui aetatem adulescentioris adamauit? denique ipse confessus est dicens: iustificata est magis Thamar quam E ego, propter quod non dedi eam Selom filio meo. itaque illa experiri exactorem ipsum suae uoluit castitatis. denique numquam postea uirum experta est, amictum uiduitatis sumsit a coitu; ille unius horae inpatiens, qui annos a puella exegerat castitatis, luctum expulit, uestem mutauit, comam totondit,

19 rogum deseruit, torum amator ascendit. sed non ita istam defendimus, ut illum accusemus — immo utrumque excu- F semus, non autem nos — sed mysterium quod copulae illius fructus expressit; generauit enim mulier Phares et Zara filios, generauit geminos. unde non otiose Matthaeus utrumque significauit, cum Phares tantummodo conmemorationem causa deposceret; Phares enim genuit Esrom, Esrom genuit Aram. 1321 A deinde per ordinem singuli. cur autem, cum Isaac duos generauerit, Iacob plures, singulorum tantummodo, quos successionis dominicae causa poscebat, fecit scripturae series mentionem, horum autem utrumque memorauit nisi quia hic in utroque mysterium est?

20 Tractauimus moralem locum, quia non opera meretricis exercuit, sed munera fecunditatis elegit, tractemus historicum et mysticum uentilemus; neque enim sine mysterio potest esse B quod anulum et monile accepit et uirgam. non uilis persona quae meretur accipere ornamentum signaculum potestatem,

2 Gen. 38, 26 4 Gen. 38, 19 et 16 11 Gen. 38, 27 sqq. 14 Matth. 1, 3 16 Gen. 25, 25 sq.; 49, 1 sqq. 23 Gen. 38, 18 et 25

1 qui aetatem] quia et tamen *FOπ* qui etiam (etiam *m2 in ras.*) *V* 2 thamar magis *Cχ* 3 sella *α* sclon *C* filio meo sela *B* 4 exauctorem *Lπ* suae ipsum *B* 6 coetu *P* (coitu *m2*) *B* iste γ 7 totondit comam *BC* 8 torum *PαCX* thorum *cet.* 9 illa *FOπ* 11 *et* 13 fares *libri* zaram χ 12 signauit χ 14 hesrom *pr. PαL* esrõ *G* hesrom *alt. PαL* 15 generauerit *B* (erit *in ras. m2*) generauit *PαLX* 17 scribtura *P* (-ae *m3*) *αBCL* series] saepius *αBC* 22 mysterium (o *s.* ụṃ *m3*) *P* 23 quod] ut χ monile (v *s.* o) *P* munile *αL* monilem (m *eras.*) *πV* acceperit *E* (er *s. u. m2*) *T* 24 accipere (i *ex* e *m2*) *P*

factorum signaculum. pectoris ornamentum, regiae libertatis
insigne. ergo ut ordiamur historiam, cum generaret Thamar,
legisti quia unus de utero eius praemisit manum, quam corri-
piens obsetrix coccum ligauit dicens: hic exiet prior. ut
autem reuocauit manum puer in matris uterum, statim exiuit
frater eius. dixit autem obsetrix: quid incisa est per te C
saepis? et uocauit nomen eius Phares. et post ipsum exiuit
frater eius, in cuius manu erat coccum, et uocauit nomen eius
Zara. uides quanta aenigmata mysterium prodant: manus prae-
missa, coccum ligatum, reducta manus, uox obsetricis gemina
21 quod prior alter exiret, saepem alter incideret. cur autem
alter manum praemisit ex utero, alter genitali praecessit exortu
nisi quia per geminorum mysterium gemina describitur uita D
populorum, una secundum legem, altera secundum fidem, una
secundum litteram, altera secundum gratiam? prior gratia quam
lex, prior fides quam littera. et ideo gratiae typus manum ante
praemisit, quia gratiae actus ante praecessit, qui fuit in Iob
Melchisedech Abraham Isaac Iacob, qui per fidem sine lege
uiuebant; credidit enim Abraham deo, et reputatum est ei
ad iustitiam. Melchisedech quoque sancti gratiam praecedens E
sacrificii figura monstrauit; praeuenientes enim legem patri-
archae sancti praescriptorum uinculis absoluti libera et consi-
22 mili nobis euangelii gratia refulserunt. iunior horum frater

2 Gen. 38, 28 sqq. 19 Gen. 15, 6 20 Gen. 14, 18

4 *et* 6 obsetrix *απ* obstetrix *P* (t *pr. s. u. m3*) *G* (t *pr. s. u.*) *cet.* coccum in eam *χ* ligabit (v *s.* b *m3*) *P* exiens (t *s.* ns *m3*) *P* 5 utero *X* 7 fares *libri* 9 zaram *Gγ* mysterii *α* prodat *α* 10 et reducta *χ* obsetricis *αBGLπ* obstetrix *O* obstetricis *P* (t *pr. s. u. m3*) *cet.* 11 exierit *BC* inciderit *B* (i *alt. in ras.*) incederet *αO* 13 quia (a *s. u.*) *P* discribitur *X* (e *s.* i *pr. π*) scribitur *B* 14 alteram *P* 16 lex et prior *PL* litterae *P* (e *alt. del. m3*) *L* 18 et iacob *PCLγ* 19 abraham enim *EγT*; enim *om. απ* 20 gratiam (m *exp.*) *m2 P*, *m1 V* 21 sacrificium *P* (i *s.* um *m2*) *L* figurā *P* (ā *ex* a *m3*) *FOV* monstrauit (s *s. u.*) *P* 22 absoluti (ti *s. u.*) *P* consimilis *BX* (s *alt. eras. V*, e *s.* i *tert. m2 π*)

secundus ordo pietatis; primus enim in patriarchis, secundus in regibus et sacerdotibus est. utraque enim uita secundum deum. quia illi quoque qui secundum legem Moysi religiosam et piam militiam militabant, non sunt gratiae et honoris exsortes, sed prior pietatis fructus in auctoribus quam heredibus. F prior enim Zara, qui interpretatione significatur oriens; lux enim pietatis ueri splendor orientis est, illius utique qui dixit: oriens nomen est mihi, cuius in patriarchis primitus radius lucis inluxit. hi enim primi uitae suae actum in hoc saeculo praemiserunt, in quorum manu nostri quoque actus tamquam plenioris corporis, qui adhuc naturae quodam generantis utero tenebamur, figura praecessit. sed media tamquam saepis obiecta legis est obseruatio et quodammodo uita maiorum uidetur incisa, de qua in typo illa obsetrix, fortasse iustitia, quae nos emissos aluo naturae matris excepit, dixisse proditur: hic 1322 A exiet prior. et re uera mirabilis erat ille ordo pietatis, non a Moyse nec ab aliquo homine nec per hominem, sed munere
23 quodam sapientiae sponte se infundentis inpressus. prima igitur disciplina pietatis secundum euangelium, quia per crucem et sanguinem credimus Christi, cuius Abraham diem uidit et gauisus est, cuius Noe gratiam in typo ecclesiae figuratam spiritali cognitione praesensit, cuius Isaac uicem in sacrificio non recusauit, quem Iacob cum uinceret adorauit, cuius B

6 Euseb. Quaest. euang. 237, 30 8 Zach. 6, 12 15 Gen. 38, 28 20 Ioh. 8, 56 21 Gen. 6, 14 22 Gen. 22, 10 23 Gen. 32, 25

1 enim] ergo γ 3 dnm *B* qui *om. G* religiosa et pia militia *aBCGγ* 5 pietatis esse *P* (es *s. u.*) *L* 8 mihi (m *in ras*) *P* primitiuus *G* 9 hii *P* (i *alt. s. u. m2*) *T* (i *alt. ex* c) π hic *E* hi* *G* primitiuae *aX* saeculum (o *s.* um *m3*) *P* 11 pleniores *BX* (-ris *corr.* π*V*) quia *B* 12 abiecta *L* 14 obsetrix *a*π obstetrix *P* (t *pr. s. u. m3*), *G* (t *pr. s. u.*) *cet.* iustitiam *PCL* 15 aluo *BEγT* alueo *P* (e *eras.*), *G* (e *exp.*) *cet.* 16 ille erat χ 18 sapientiā *PL* primo *BX* (prima *m2* π*V*) 19 disciplinę *C* 20 xpo *C* 21 gratiae *FO et* (-am *m2*) *V* in *om. X* ecclesiae] arcae *ed. Rom.* 22 cognitionis (e *s.* is *m3*) *P* 23 conuinceret *X* (v̄ *s.* on *m2 V*)

Esaias ruborem uidit uestimentorum — nam secundum euangelium uita etiam prophetarum est — in cuius sanguine inter excidia mundi publicae futurum salutis insigne Rahab illa typo meretrix, mysterio ecclesia indicauit, quae multorum conuenarum copulam non recusat et quo coniunctior pluribus eo castior, inmaculata uirgo, sine ruga, pudore integra, amore plebeia, casta meretrix, uidua sterilis, uirgo fecunda: meretrix, quia a pluribus amatoribus frequentatur cum dilectionis inle- C
cebra et sine conluuione delicti — qui enim adhaeret meretrici unum corpus est — uidua sterilis, quae uiro parere non norit absente — uenit uir et hunc populum plebemque generauit — uirgo fecunda, quae hanc genuit multitudinem cum fructu amoris, sine usu libidinis.

24 Sed ut ad historiam reuertamur, quid sibi uolunt obsetricis eloquia dicentis: hic exiet prior nisi quia eius typum gerebat qui ortu corporis posterior, uirtute et ueritate primus D
exsistens principatum sibi omnium uindicauit? inde et Iohannes: post me uenit uir, qui ante me factus est. quid sibi uult quod coccum in manu eius ligauit nisi quia typus eius erat qui crucis indicio suae et sanguinis fusione actum inlustrauit humanum? itaque posteaquam manum reduxit, quasi incisione facta saepis exiuit frater eius, quem quasi medium

1 Esai. 63, 2 3 Ios. 2, 1 sqq. 6 Ephes. 5, 27 9 I Cor. 6, 16 10 Esai. 54, 1 15 Gen. 38, 28 17 Ioh. 1, 27 22 Ephes. 2, 14

2 sanguinem *Bγ* 3 publice *PαGγL* rahab *PBC* raab *cet.* 4 indicauit *C* figurauit *γ* iudicauit *P* (in *s.* iu *m3*) *cet.* 5 conuenitnam (nit *del. m2*) *P* aduenarum *BC* 7 plebaeia *PL* plebeio *C* plebeta *G m1* repleta *G m2 E* (*in quo s. m2* plebeia) *T* ē repleta *γ* (*qui post* fecunda *add.* plebeia) meretrix . . . fecunda *om. X* fecunda, ⟨casta⟩ meretrix *Engelbrecht* 8 a *om. PLTX* delicti (*m2* dilecti) ƕ *P* (*in quo* ƕ onis inlecebra et sine conluuione delicti *in mg. inf.*) delectionis *Lπ* 12 cum *om. B* 13 usu *s. u. P* 14 obsetricis *αLπ* obstetricis *P* (t *pr. s. u. m3*), *G* (t *pr. s. u. m1*) *cet.* 15 eius *s. u. m2 G* generabat *P* (*s. m3* ł gerebat) *LX* (gerebat *m2 V*) exigebat (g *s. u. m2*) *α* 17 unde *γ* iohannes ait *P* 18 est *s. u. P* 19 eius *alt. om. X*, *s. u. γ* 20 indicione (ne *in u. ult. add. m2; exp. et s. scr.* incisione *m3*) *P* fusio *X* (fusione *m2 πV*) effusione (ef *s. u.*) *T*

parietem saepis uel maceriae apostolus nominauit atque ipse
de incisione nomen accepit; Phares enim diuisio est. unde et E
Pharisaei nuncupati, eo quod a multorum se coniunctionibus
separarent. beatius autem et multo melius fuisset non incidi
saepem, sed unam eandem et indiuiduam permanere, quod
fieri potuit, si ei uitae, quae prior manum misit, hoc est
actum ostendit suum, consequens fuisset eius uitae militia,
quae secuta est. multo enim melius, si circumcisus populus
uitam maiorum uoluisset imitari; sic enim fuisset una saepis,
una maceria, una aedificatio priorum ac sequentium. sed quia F
primum illum uitae actum posterioris infirmitas non potuit
inplere, incisione sine dubio facta saepis eius siue maceriae.
quae secundum deum aedificata erat, tamquam medius paries
interiectus est, ut illa saepis, hoc est perpetua atque continua
bonorum morum aedificatio rumperetur. saepis enim est, qua
ager circumdatur fructuosus, furis remouetur incursus, quae
culta concludit, deserta secernit. maceria quoque domum claudit.
haec si maneat, domus tuta est. denique auferam inquit
25 maceriam eius, et erit in direptionem. optemus ut haec
integra sit maceria domus nostrae, domus spiritalis, quae in
nobis est; non enim ab homine exaedificari potest, sed a deo 1323 A
uiuo, qui ait: et maceriem circumdedi. perdiderunt igitur
salutem qui maceriem perdiderunt. maneat ergo maceria,
maneat haec saepis. uis scire quam sit utilis saepis? saepi
aures tuas spinis et tribulis et noli audire linguam
26 nequam; saepis enim ista te defendit a culpa. ergo dominus
Iesus, qui postea secundum carnem uenit in lucem, ueteris

2 Euseb. Quaest. euang. 237, 44 18 Esai. 5, 5 22 Esai. 5, 2
24 Sir. 28, 24 (28) 26 Euseb. Quaest. euang. 238, 13

2 fares *libri* 5 eandemque *P* indiuinam (s *s.* n *alt. m3*) *P*
7 factum (f *eras.*) *P* actuum *X* (u *alt. del. m3 O, eras.* π) ostendens *BX* 8 sequuta *FV* 11 actum uitae γ 16 remouentur *BLX*
19 eius *om. X*; ei *P* 21 exaedificari *B*χ aedificari *PL* aedificare *X*
(-ri *corr.* π*V*) haec aedificari α*C* dn̄o *EG*γ 22 *sq.* maceriem (am
*s.* em *m3*) *P* maceriam *cet.*

illius munitionem saepis instaurans in maiorum nos actum et antiquam simplicitatem fidei reformauit. unde de eo et pro- B pheta dixit: u o c a b e r i s a e d i f i c a t o r s a e p i s. tulit enim illum obicem, qui unitatem mentis et corporis seriemque uitae simplicis diuidebat, atque i p s e factus e s t p a x n o s t r a q u i f e c i t u t r a q u e u n u m e t m e d i u m p a r i e t e m s a e p i s s o l u e n s. quem parietem exponit apostolus inimicitias esse in carne. has ergo inimicitias tulit dominus et pacem refudit legemque mandatorum in decretis euacuauit, ut duos conderet in uno nouo homine, in quo non solum exteriorem et interiorem, sed C etiam Iudaeum significat et Graecum, u t e s s e t o m n i a e t i n o m n i b u s C h r i s t u s. dominus enim sabbati superstitionem tulit, sabbati corporalis et quasi medium soluit legis parietem, qui nos ab ea pietate, quae secundum deum est, decretorum difficultate prohibebat, eo quod iuxta Moysi legem non erat facile atque possibile gentibus militare deo, cum inanis superstitio Iudaeorum purum adfectum gentium a subeunda obseruatione reuocaret. quid ergo? lex inutilis? absit; sed utilis D incredulis, infirmibus necessaria, quae lubricos et errantes praecepti salutaris austeritate cohiberet et obseruationum adtentione concluderet. bona autem lex est, quia spiritalis. ei ergo non bona qui non putat spiritalem, qui mente exiguus humilisque factus eam quae super legem est maiestatem scilicet Christi uidere non potuit. quam utique tamquam supra illum parietem respiciens ille mente sublimis Esaias gloriam dei E uidit, quae uidetur in montibus, non in collibus.

3 Esai. 58, 12 5 Ephes. 2, 14 7 Ephes. 2, 15 11 Rom. 1, 16; 2, 10, I Cor. 15, 28 12 Matth. 12, 2 sqq.; cf. Coloss. 2, 16 18 Rom. 3, 31 21 Rom. 7, 14 25 Esai. 6, 1 26 Reg. III 21 (20), 28

1 maiorem *P* (v *s.* e *m3*) *L* actuum *αCXχ* 2 reformaturus (us *s. u. m3*) *P* formauit *X* et *om. αC* profetia *P* prophetia *X* (ł eta *s.* etia *m2 V*) *χ* 3 uocaberis (b *ex* u *m2*) *P* 6 soluit *Costerius* 7 in carne (*in ras.*) *P* in carnem *LX* (m *eras. Oπ*, *del. V*) 9 unum nouum hominem *X* 18 sed inutilis *X* 19 infirmibus *PBLX* (-mis *corr. πV*) infirmis *cet.* 21 ergo] autem *χ* 23 est factus *γ* factis *αBGX et* (i *ex* u) *C* 25 sublimis (i *alt. ex* e *m2*) *P* sublimi *B*

27 Docuit itaque nos ecclesia in Canticis canticorum quod iste
paries domino nostro Iesu Christo obstare non potuit nec ei
qui secutus est Christum dicens: uox fratris mei; ecce
hic uenit saliens super montes, transiliens super colles.
similis frater meus capreae uel innulo ceruorum in
montibus Bethel. ecce hic retro post parietem no-
strum, prospiciens per fenestras, prospiciens per retia.
respondit frater meus et dixit mihi: surge, ueni, pro- F
xima mea, speciosa mea, columba mea, quoniam ecce
hiems transiuit, pluuia abiit. discessit sibi. flores
uisi sunt in terra, tempus secandi aduenit, uox tur-
turis audita est. flores apostoli, tempus messis fructus est
Christi, uox turturis uox ecclesiae. iure igitur dei filius poste-
aquam terrenos homines nec ad superna gradientes et corporali-
bus inspexit angustiis coartatos — non erat enim qui faceret
bonum, non erat usque ad unum — descendere in terras
ipse dignatus est, ut parietem illum legis, hoc est molem
quandam et superstitionem intellectus corporalis auferret, quae
quasi premeret et obumbraret corda populorum. melior igitur 1324 A
maceria quam paries. denique non bonus paries dealbatus,
quod non otiose dictum est principi sacerdotum eo quod
medii parietis inpedimenta seruabat, quem dominus Iesus
abstulit quasi duram militiam, quo clariorem obseruantiam
religionis infunderet, ut iam non unum Iudaeorum genus quasi
corporali quodam praescripto legis inclusum, sed omnes gentes
28 ad dei cultum per euangelium uocarentur. duo igitur gemini B

3 Cant. 2, 8—12 15 Ps. 13, 3 21 Act. 23, 2 sq.

2 nec *s. u. m3 P, om. αBCL* uel *Xχ* 3 sequutus *FOV* 4 et transiliens *EγT* 5 capreae *χ et in u. ult. m3 P, om. cet.* uel *Pχ* uelut *cet.* innulo *P m1 B* hinnulo *Lχ* hinulo *P m3 C* innulus *α* inulo *X* 7 nostram *X* (-um *corr. OπV*) 8 prospiciens *pr. ante* post *transponunt X* 10 transibit (v *s.* b) *m3 P, m2 G* (*in quo om.* ecce) discussit *P* (e *s.* u *m3*) *L* 13 xps *a* 14 gradientes (te *s. u. m3*) *P* et *om. X* 16 terram *X* 21 principis *P* (s *eras.*) *GL* 22 media *PL* 23 quod *X* (d *eras. π, exp. V*) qua (o *s.* a *m2*) *G* 24 infunderet (t *s. u. m3*) *P* non iam *BCX* genus iudaeorum *X*

duae geminae uitae, duae geminae sunt militiae, ita ut prior melior sit sequente. et ideo quod est melius reformatum est. quis autem neget euangelium praestare legi? bona tamen lex, si supra litteram mentem erigas; littera enim occidit. quid autem haberet haec historia gratiae, nisi lucem tanti mysterii uideremus? docuit enim nos apostolus sanctus in simplicitate historiae secretum quaerere ueritatis et in quasdam non intellegibilis secundum litteram disputationes sensum re- C
ferre scribens: dicite mihi, qui legem legistis, legem non audistis? scriptum est enim quia Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla et unum de libera; sed qui ex ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera secundum promissionem. quae sunt inquit per allegorian dicta. haec enim sunt duo testamenta et infra: quae autem sursum est Hierusalem libera est.
29 ad illam igitur quam medius paries incidere et diuidere non D
potuit mentis sublimitate tendamus. solutus enim est secundum intellectum corporalem ueteris ille paries testamenti, expulsa est ancilla, tenetur libera. ex libera sumus liberi; libera est enim ecclesia, expulsa synagoga est — seruiebat enim populus Iudaeorum — remotum est seruitutis iugum, quod nostrae animae quaedam colla reprimebat, ne ultra parietem uitae prioris possemus aspicere. habemus iugum bonum ac leue, quod habenis pacis et gratiae uinculis magis erigat quam E
deprimat copulatos. hic est dominus, cuius in Zara typus ante praecessit, eo quod ex tribu et ex semine illius Zarae dominus Iesus secundum carnem non solum a femina, sed etiam sub

4 II Cor. 3, 6  9 Galat. 4, 21—24  15 Galat. 4, 26  21 Act. 15, 10  23 Matth. 11, 29  27 Gal. 4, 4

2 sequenti *BC*  5 gratia *P* (-ae *m2*) *L*  8 intellegibiles *P* (es *ex* is *m2*) *cet.*  9 qui legem legistis] sub lege uolentes esse χ  11 ex] de γ *et* (*in quibus* unum de libera et unum de ancilla) *X*  12 ex] de π  14 allegorian *P m1* allegoriam *P m3 cet.*  16 at *O et* (ad *m2*) *PF*  17 sollicitus *PL*  20 enim est *BGX*, enim *om. PL*  est synagoga *X*  23 possemus *PCET et m2 F* possimus *F m1 cet.*  24 et] ac *X*  26 et *s. u. m3 P*

lege generatus est, ut eos qui sub lege erant redimeret pretio sui sanguinis. cuius figura ideo in manu illius Zarae praecessit, ut promitteret nobis quia uenturus erat qui ueteris uitae reuocaret usum et libertatem quam tribuerat primo illi Adam in Adam nouissimo reformaret, ut iam genus hominum sine F lege sit seruitutis.

30 Si igitur Thamar cognouimus propter mysterium inter dominicas generationes esse descriptam, Ruth quoque sine dubio pari ratione minime praetermissam aestimare debemus, de qua sensisse uidetur apostolus sanctus, cum alienigenarum uocationem gentium spiritu praeuideret per euangelium esse celebrandam, dicens quod lex non sit iustis posita, sed iniustis. quomodo enim Ruth, cum esset alienigena, Iudaeo nupsit? et qua ratione in Christi generatione eius putauit euangelista copulae conmemorationem esse faciendam, quae 1325 A legis serie uetabatur? non ergo ex legitima saluator generatione manauit? uidetur esse deforme, nisi ad apostolicam sententiam reuertaris quia lex non est iustis posita, sed iniustis. haec enim cum sit alienigena et Moabitis, praesertim cum lex Moysi prohiberet has nuptias Moabitasque excluderet ab ecclesia — sic enim scriptum est: Moabitae non introibunt in ecclesiam domini usque ad tertiam et quartam generationem et usque in saeculum — quomodo intrauit in ecclesiam nisi quia sancta et inmaculata moribus supra legem facta est? si enim lex impiis et peccatoribus posita est, B utique Ruth, quae definitionem legis excessit et intrauit in

4 I Cor. 15, 45 5 Rom. 8, 15 12 I Tim. 1, 9 13 Ruth 1, 4 16 Deut. 7, 3 19 Euseb. Quaest. euang. 242, 9 20 Exod. 34, 16 21 Deut. 23, 3

2 figuram (m *eras.*) *P* 4 illi adae *EGT* 7 Thamar] raab *X* 8 discriptam *X* 10 scs apostolus *C* 11 prouideret *PaBLOπ* 12 sit posita iustis *CX* 16 uocabatur *FOπ* non (*s. u.*) uocabatur (*in mg.* ł notabatur) *V* *post* ergo *add.* non quod *aC* 17 ad *s. u. P* 18 est *om. a* 20 prohibeat *C* moabitidasque *G* quae (*om.* Moabitas) *a* 21 intrabunt *CET* 22 domini] dī *X* ad] in *X* 25 sic (c *eras.*) *P*

ecclesiam et facta est Israhelitis et meruit inter maiores dominici generis conputari, propter cognationem mentis electa, non corporis, magnum nobis exemplum est quia in illa nostrum omnium, qui collecti ex gentibus sumus ingrediendi in ecclesiam domini, figura praecessit. hanc igitur aemulemur, ut quia C
haec moribus hanc praerogatiuam meruit adsciscendae societatis suae, sicut historia docet, nos quoque propter morum electionem in ecclesiam domini meritis suffragantibus adle-
31 gamur. etenim cum Israhelitas in diebus iudicum superioribus fames temporibus urgueret, a Bethleem ciuitate Iuda, in qua natus est Christus, abiit uir colere in agro Moab cum uxore et duobus filiis; Elimelech uiro nomen, mulieri Noemin. filii eius acceperunt sibi uxores Moabitidas — nomen uni D
Orfa, nomen secundae Ruth — et inhabitauerunt illic quasi decem annis et mortui sunt. sed derelicta mulier a duobus filiis et uiro proprio destituta cognito quod deus uisitaret Israhel regredi domum parans coepit suadere ut domum propriam repeterent uxores filiorum suorum. una concessit, Ruth uero cum socru mansit. cui cum diceret socrus: e c c e i a m c o n s p o n s a t u a a d p o p u l u m s u u m r e g r e s s a e s t e t a d d e o s s u o s, e t t u r e u e r t e r e p a r i t e r c u m c o n s p o n s a t u a, E
respondit Ruth: n o n c o n t i n g a t m i h i d i m i t t e r e t e e t r e d i r e

9 Ruth 1, 1 sq. 13 Ruth 1, 3 sq. 19 Ruth 1, 15—17

1 israhelites (i *s.* e *alt. m2*) *P* 4 ingredi *PL* 8 suffragrantibus (r *alt. del.*) *P* adlegamur *B* allegamur *P m3 FGγLT et* (e *ex* i) *V* adligamur *P m1* allegemur (e *alt. ex* a) *E* alligamur *αO et* (e *s.* a *alt.*) π 10 betlehē (e *alt. s. u. m1;* ē *ex* e *m3*) *P* bethlehem *ET* bethlem *αBG* bethel π iuda *LX* iudae γ iudaea *PαBC* 11 colligere *αBCX et* (*in ras. m2*) *E* moab in agro *X* 12 elimelech *Lχ* aimelech (a *in ras.*) *V* abimelech *F* (el *s.* ab *m2*) *cet.* noemin *P m2 CFγπT et* (n *alt. eras.*) *EV* noomin *P m1 α* noomi *B* (*corr.* noemi) *G* noemi *L et* (i *ex* en *m2*) *O* 14 et nomen *Bχ* habitauerunt *ET* ibi *C* 15 relicta *G* a *om. PL* 17 parans (s *s. u.*) *P* 18 peterent *X* concessit (con *s. u.*) *P* consensit *L* 19 remansit *C* 21 consponsa (con *s. u. m3*) *P* consponsata *Lχ* 22 contingat (t *alt. s. u.*) *P* credere *P* (*corr.* redire) *α*

[ad deum meum], quia quocumque tu ieris ibo tecum et ubi tu habitaueris habitabo. populus tuus populus meus et deus tuus deus meus. et ubi mortua fueris moriar et ubi sepulta fueris sepeliar. atque ita duae peruenerunt in Bethleem. hos igitur mores atque hanc sanctitatem erga socrum, pietatem erga defunctum, religionem erga deum cum cognouisset Boos, proauus Dauid, iuxta Moysi F legem, ut semen defuncti proximi suscitaret, eam sibi elegit uxorem.

32 Refert autem aduertere quod et in agro pleno messis reperta manipulos, sicut scriptum est, colligens et socrui fructus reseruans et non post iuuenem abiit, sed uirum perfectum secuta est, unde et meruit audire: quia mulier uirtutis 1326 A es tu uel: quia bene fecisti misericordiam tuam nouissimam plus quam primam; nouissima enim misericordia ecclesiae congregatae praestat priori. quod breuius hic dicimus, quia plenius in libris digessimus quos de fide scripsi. adpropinquauit autem qui longe erat, quia elongauit qui proximus erat, et calciamentum proximi muliere adquisiuit accepta. mos enim erat ut qui proximus erat, si nollet accipere in coniugium propinquam suam, calciamentum suum solueret et B alii cederet. in quo non mediocre mysterium, eo quod is qui

7 Ruth 4, 13 et 17; cf. 4, 10 8 Deut. 25, 5; cf. Marc. 12, 19, Luc. 20, 28 10 Ruth 2, 17 12 Ruth 2, 10 13 Ruth 3, 10 sq. 17 cf. de fide III 5 20 Ruth 4, 7, Deut. 25, 9

1 deos meos χ dnm meum *O; uerba* et redire ad deum meum *a librario profecta esse suspicati sunt Maurini; ego uerba* ad deum meum *inclusi* 3 et *ante* deus *om. X* 5 in *om. X* bethlehem *T* bethleem (h *s. u.*) γ bethlem *αG* hanc *s. u. P* 7 boos *P m1 G* booz *P m3 cet.* legem moysi χ 13 sequuta *FOV* uirtus *αG* 14 est (t *eras.; om.* tu) *P* uel] et χ 16 congregatae (e *alt. s. u. m3*) *P* *ante* quod *add.* et non mediocre mysterium est *α et s. u. m2 C; cf. v. 22* dicimus] conp̄hendi *X*χ 17 digessi *G* 19 erat *extra u. P* mulierem *AX* (-ri *m2* π) mulier *PL* adquisiuit (i *pr. ex* e *m2*) *P* acceptam *AV* 22 mediocrem *A* his (h *eras.*) *P*

alienigenam in typo sumsit euangelizandi accepit facultatem.
33 denique in typo has fuisse nuptias testatur benedictio seniorum dicentium: det dominus mulierem quae intret in domum tuam sicut Rachel et sicut Liam, quae aedificauerunt domum Israhel, et facere uirtutem in Ephratha, et sit nomen in Bethleem. et fiat domus tua sicut domus C Phares, quem peperit Thamar Iudae, de semine tuo det dominus tibi ex hac puella. et accepit Boos Ruth et facta est ei in matrimonium et peperit Obed, patrem Iessae, auum Dauid. recte igitur sanctus Matthaeus per euangelium gentes ad ecclesiam uocaturus auctorem ipsum dominum gentiliciae congregationis alienigenarum generationem secundum carnem adsumsisse memorauit, ut iam tunc esset indicium quod illa generatio ederet gentium uocatorem, quem sequeremur omnes ex alienigenis congregati relinquentes paterna D et dicentes ei qui nos ad domini cultum uocaret, uerbi gratia Paulo aut cuicumque episcopo: populus tuus populus meus, deus tuus deus meus. ergo Ruth, sicut Lia et Rachel, oblita populum et domum patris sui soluens uinculum

3 Ruth 4, 11—13 9 Ruth 4, 14 et 17 17 Ruth 1, 16 19 Ps. 44, 11

1 accepta facultate (*in mg. m3* acc ...., *cetera euanida*) *A* 3 dš *AXχ* intret *P* (a *s.* ẹ *m3*) *ALX* (a *s.* e *V*) intrat *αCχ* intrauit (*om.* in *ante* domum) *B* 4 rachel (c *s. u.*) *A* liam *PCV* lia *cet.* aedificauerunt utraeque *χ* 5 in] et *X* (in *m2 FV*) ephrata *A* efratha *P* ephratha *L* efrata *BG* effrata *EγT* eufratha *αC* eufrata *X* 6 bethleem *P* (c *tert. s. u. m3*) *B* (em *in ras.*) *CEγX* betleem *L* bethlem *Aα* bethlehem *T* bethel *G* 7 phares *αCχ* fares *cet.* 8 et det *LX* tibi dn̄s *ET* dn̄s semen *LX* (semen *s. u. m2 π*) puella semen *G* *post* et *ras. A* boos *APG* booz *cet.* 9 obed *PL* oboet *G* (o *alt. s. u.*) obet *γ* obebh *π* obeth *cet.* 10 iessę *B* iesse *cet.* 11 dm̄ *BX* 12 gentiliciae *BCX* gentilicae *αχ* (-iae *corr. E*) gentium licitae *A* gentilis *PL* alienigenarum congregationem *X* (em *ex* um *V*) 15 paternam *X* (*s.* patriā *F*) paternam domum *χ* *et* (domum *s. u. m2*) *V* 16 ad dī *χ* 17 *ante* Paulo *add.* laboranti *EγT*; laboranti *om.* Paulo aut *G* episcoporum *EγT* 18 et dš tuus *BXχ*, *recte puto* et dš meus *P* 19 populum suum *ed. Rom.*, *recte puto* uinclum *γ*

34 legis ingressa est in ecclesiam. soluit autem calciamentum qui
non accipit ecclesiam. et Moysi dicitur: solue calciamentum
pedum tuorum, ne ipse sponsus ecclesiae crederetur. solus E
ille non soluit qui uerus est sponsus. et ideo dicit Iohannes:
cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti
eius. ergo et hic typus est et aedificauit domum Israhel.
35 Quam uero conmemoratio eius dominicae prosapiae fuerit
inserenda declarat mysterii altioris expressio, qua prophetatum
est ex genere eius in Ephratha Christum esse generandum, cum
dicitur: det tibi dominus facere uirtutem in Ephratha, F
et sit nomen in Bethleem. quae est enim uirtus nisi quae
per Christum gentium populos congregauit? quod autem nomen
nisi illud quod Bethleem patria domini secundum carnem
nascentis est facta? unde per prophetiam dictum est: et tu,
Bethleem Iuda, non es minima inter principes Iuda; ex
te enim exiet princeps qui regat populum meum Israhel. 1327 A
uidemus igitur mulierum conmemorationi historiam mores
36 mysterium conuenire. neque tamen abnuo, cum Thamar et
Ruth defendo, peccatores quoque inter maiores dominici generis
conputatos, quorum conmemorationem sanctus Lucas declinare

2 Exod. 3, 5 5 Luc. 3, 16 9 sqq. Euseb. Quaest. euang. 242, 21 sqq. 10 Ruth 4, 11 14 Matth. 2, 6; cf. Mich. 5, 2

2 accepit *P* (i *s.* e *m3*) *X* (i *s.* e *O*) *χ* 4 iohannis *A* 6 et aedificauit *A* (*in mg. m3* al. quod aedificaret domum isrł), eo quod aedificaret *χ* srahel *A* 8 inserendam *A* 9 ephrata *A* efratha *PC* efrata *BGL* effrata *EγT* effreta *α* eufrata *X* 10 ephrata *A* efratha *PC* efretha *α* efrata *BGL* effrata *EγT* eufrata *X* 11 nomen eius *X* bethleem *P* (e *tert. s. u. m3*) *BCEγX* bethlem *Aα* bethlehem *T* bethel *G* est *om. α* 12 populus *A* 13 bethleem *P* (e *tert. s. u. m3*) *αBCEγX* bethlem *A* bethlehem *T* bethel *G* 14 inde *X* prophetiam *F* (i *exp.*) 15 bethleem *P* (e *tert. s. u. m3*) *αBCEγX* bethlem *AG* bethlehem *T* iudae *A* (*s.* ae *est ras.*) *Cχ* iudeae *F* (iuda *m2*) *PBO* iudaeae *απ et* (ae *pr. eras.*) *V* non eris *γ* 16 princeps] dux *X* (*in mg. m2* princeps *F*) meum *om. PL* israhel (i *eras.*) *A* 17 moribus *χ* 18 mysterio *B et* (o *ex* um *m2*) *F* 20 commemorationem (m *ult. add. m3*) *A*

desiderans alium quendam successionum ordinem tenuit neque Achab neque Iechoniam neque postremo Uri uxorem nominandos putauit, ut inmaculatam sacerdotalis generis seriem B declararet. sed ut illi consilii sui ratio subsistit ita etiam sancti Matthaei consilium a rationis iustitia non abhorret. nam cum euangelizaret dominum secundum carnem esse generatum, qui omnium peccata susciperet, subiectum iniuriis, subditum passioni, ne huius quidem putauit exsortem adserendum esse pietatis, ut maculatae quoque originis non recusaret iniuriam, simul ne puderet ecclesiam de peccatoribus congregari, cum dominus de peccatoribus nasceretur. postremo C ut beneficium redemtionis etiam a suis maioribus inchoaret, ne quis putaret originis maculam inpedimento posse esse uirtuti nec se insolens de sui generis nobilitate iactaret neue parentum crimina uerecundior erubesceret, cui obumbrandae originis facultas daretur flore uirtutis.

37 An uero sanctus Dauid, licet multa eius in mysterium figurentur, non eo praecelsior quod hominem se esse cognouit D et conmissum super abrepta Uri uxore peccatum paenitentiae putauit lacrimis abluendum, ostendens nobis neminem uirtuti propriae debere confidere? habemus enim aduersarium magnum, qui uinci a nobis sine dei fauore non possit. et plerumque in inlustribus et beatis uiris grauia peccata fuisse repperies, ut quasi homines temtationi patuisse cognoscas, ne uirtutibus egregiis plus quam homines crederentur. si enim Dauid, quia praesumtione uirtutis elatus dixerat: si reddidi retribuen- E tibus mihi mala et alibi: ego autem dixi in mea abun-

7 I Petr. 2, 24 18 Reg. II 12, 13 sqq., cf. Ps. 50 21 I Petr. 5, 8 25 Euseb. Quaest. euang. 239, 34 26 Ps. 7, 5 27 Ps. 29, 7

1 quēdam (*m3* quendam) *P* 2 pos*tremo (t *eras.*) *P* uri *P* (urie *m3*) *L* uriae *cet.* 4 *post* illi *add.* talis *EγT* 5 iustitiae *Gγ* (*et* e *eras.*) *E*, *unde* ratione iustitiae *a* abhorruit *B* 6 carnem de zara esse χ 18 se *om. GOπ*, *s. u. m2 V*, *in mg. m2 F* et (ut *s. m3*) *A* 19 uri *PG* urie *L* uriae *cet.* uxorem *P* (m *exp. m2*) *L* 22 in *om. CXχ* (*s. u. E*) 24 homines (e *ex* i *m3*) *P* 25 qui *α* 27 mala mihi χ

dantia: non mouebor in aeternum, statim insolentiae
huius poenam se subisse memorauit dicens: auertisti faciem
tuam a me, et factus sum conturbatus, si ipse dominici
generis auctor insolentiae excepit offensam, quanto magis nos
ceteri peccatores, quibus nulla suffragetur praerogatiua meri-
torum, insolentiae scopulum timere debemus, in quo naufra-
gium sit bonorum, praesertim cum tantus uir nobis et magisterii F
auctor sit et exempli, qui quasi palinodiam quandam ad repro-
pitiandum dominum in posterioribus canendam putauit dicens:
domine, non est exaltatum cor meum neque in altum
elati sunt oculi mei et dominus a dextris meis, ne
conmouear; sciuit enim, quando se sibi credidit, esse se
lapsum. denique nihil aliud esse in homine designauit nisi
quia deum nouit; sic enim habes: quid est homo quod 1328 A
innotuisti ei aut filius hominis quia conputas eum?
si ergo Dauid insolentiam damnat, humilitatem induit, recte
in historia uxoris Uri magisterium istud adfectandae humili-
38 tatis adsciscitur. et tamen si ex ea natus est ille pacificus
Salomon, uideamus ne forte mysterium sit, quod sublato eo
de medio qui ante coniugio suo plebem gentium uindicabat
alii ecclesia uiro nupserit, uero Dauid. Dauid enim uocatus
est Christus, in parentis nomen adscitus iuxta quod scriptum B
est: inueni Dauid seruum meum. cui nupsit ecclesia, quae
uerbi semine et spiritu dei plena Christi corpus effudit, popu-

2 Ps. 29, 8 10 Ps. 130, 1 11 Ps. 15, 8 14 Ps. 143, 3
18 Paralip. I 22, 9 23 Ps. 88, 21

2 se *s. u. m3 A* 4 auctor generis *B* excoepit *P* excepit . . . insolentiae *om. L* 5 ceteri *A* (*s.* alios *m3*) *αBC et* (ı *ex* a) *πV* cetera *O et* (i *s.* a) *m3 P m2 F* certa re *EγT*, *om. G* suffragatur *αG* 6 scopolum (v *s.* o *alt. m3*) *P* 7 et *om. π*, *s. u. V* 8 et *om. GX* (*s. u. V*) psalmodiam *ET et m2 Fγ* 10 in altum *eras. O*, *om. γ* 11 elati (e *s. u. m3*) *A* 12 se *alt. P*, *s. u. m3 A*, *om. cet.* 15 reputas *LX* 17 storia uxores *A* uri *αB* urie *A* uriae *P* (ae *del.*) *cet.* 19 solomon (a *s.* o *pr. m2*) *α* uideamus (s *ex* r *m2*) *P* sit *s. u. m3 A* 21 uiro *AB et* (i *ex* e) *πV*, *om. PL* uero *cet.* uero *BπV*, *om. FO*, uiro *A* (e *s.* i *m2*) *γ* (*post* Dauid *transpositum*) *cet.*

lum scilicet Christianum. est ergo mulier, quae uiuente
uiro ligata est legi, et ideo mortuus est uir eius, ut non
esset adultera, si esset cum alio uiro. mysterium igitur in
figura, peccatum in historia; culpa per hominem, sacramenta
per uerbum. de qua historia, quoniam alibi plenius diximus,
hic transcurrendum uidetur. meritoque sanctus Dauid de hac C
historia mysticum psalmum quinquagensimum scripsit propter
Bersabee nuptias dicens: in plurimum laua me ab iniu-
stitia mea et a delicto meo munda me. si iniquitatem
suam dei amicus agnoscit et meritis suis obstare delictum,
si denique deo peccasse se confitetur, cur tu de confessione
criminis erubescas, cum criminis conmentum, non confessio sit
39 pudori? ergo cum Dauid Bersabee historiam non praetermi- D
serit in suis psalmis, ut in ea uel mysterium uel actum
perfectae paenitentiae nos doceret, iure uidemus etiam in genera-
tionibus dominicis non praetermissam, quia et ipse Dauid,
qui eam accepit in uxorem sibi, generationis dominicae secun-
dum carnem praecessor adseritur. cuius speciale, ut diximus,
meritum, ut ecclesiae in hoc mysterio uideret exortum et acci-
peret oraculum quod ex suo Christus genere nasceretur. alterum
enim ad ecclesiam pertinet, quod dixit: ecce audiuimus eam E
in Ephratha, inuenimus eam in campis siluae, alterum
specialiter ad dominici corporis sponsionem, quod oraculo

1 Rom. 7, 2 6 Apol. Dauid c. 1 sqq. 8 Ps. 50, 4 13 Sir. 4, 26 (31) 18 Euseb. Quaest. euang. 241, 32 (278, 32) 21 Ps. 131, 6

2 alligata *EγT* 6 sanctus *om. G* 7 quinquagensimum *A*, L *P*, quinquagesimum *cet.* 8 bersabee *BG et* (e *tert. s. u. m3*) *P*, (e *postea add.*) *E* bersabe *A* bersabȩ *γT* bersabeae *aCL* bersabaeae *π* bersabees *OF* bersabaeaes *V* *post* me *add.* dñe *C* 9 mea (a *s. u.*) *P* 11 se peccasse *χ*, se *om. X* 12 est (*in mg. m3* al. sit) *A* 13 bersabee *B et* (e *ult. postea add.*) *E* bersabe *AGL* bersabeȩ *P* (ȩ *s. u. m3*) *C* bersabȩ *γT* bersabaeȩ *a* bersabees *X* 18 praeceptor (*in mg. m3* al. praecessor) *A* praecursor *C* 19 mysterium *X et* (um *ex* o) *E* uideretur *EγT* 21 ea *BGX* 22 ephrata *A* ephratha *C* efratha *Pa* eufrata *γX* effrata *cet.* ea *BG* 23 specialiter (a *s. u.*) *P* sponsionem (*in mg. m3* al. susceptionem) *A* susceptionem *χ*

manifestissimo reuelatur, cum dicitur: ex fructu uentris tui ponam super sedem meam. noli tamen tanto neglegens esse promisso; non enim sine definitione datum est, sed, si custodieris testamentum et testimonia seruaueris domini, quae in euangelio se pollicetur esse dicturum, tibi quoque copia sedis patebit aeternae. haec de uxore Uri. F

40 De Achab autem satis claret, cui uxor Iezabel, et de Iechonia, de quo satis idoneus auctor est Hieremias maximi reum esse delicti, cui etiam quod habuit nomen eripuit. et ideo qui Ioachim in Regnorum libris dicitur Iechonias a Hieremia est nominatus dicente eo: abiectus est Iechonias ut uas, non est usus in eo, propter quod proiectus est ipse et 1329 A semen eius. terra, terra, audi uerbum domini, scribe uirum istum abdicatum, quia non exsurget ex semine eius sedens in throno Dauid, princeps adhuc in Iuda. eo enim regnante Iudaeam Babylonii uastauerunt neque postea umquam de semine eius regnum quisquam in Iudaea potuit optinere; postea enim populus de captiuitate dimissus sub sacerdotibus et tetrarchis fuit. unde etiam usque ad Christi generationem mansere tetrarchae, ne ipsi quidem, quantum

1 Ps. 131, 11  3 Ps. 131, 12  7 Reg. III 16, 31; Euseb. Quaest. euang. 272, 25 (278, 38)  10 Reg. IIII 23, 34  11 Hier. 22, 28—30  16 Reg. IIII 24, 1 sqq.

2 tuam *ed. Rom.; cf. p. 103 u. 9*  4 testamentum meum *A* (meum *s. u. m3*) *E* (meum *del. m2*) γ*T*  seruaueris *P* (b *s.* u *alt. m3*) *C*χ seruaberis *F* (v *s.* b) *cet.*  6 putabit *X* (patebit *in mg. m2 F*, *corr. m2 et in mg. V*)  uxorem *P*  uri *P*α*B* urie *A* uriae *cet.*  7 clareat α*C*  cuius *X*  iezabel *G*χ zezabel *cet.*  9 quia (a *add. m3*) *A* 11 iechonias *s. u. P*  12 est] et χ (*s.* est *m2 E*)  13 a terra (terra *pr. om.*) *P*  in terra. terra χ  14 istum uirum *X*  15 adhoc *A* in Iuda *om. PL*  16 in iudaea *X* (in *del. et* iudaeā *m2 V*)  17 iudaeam *A*  18 optinere *A*α*O* obtinere *cet.*  postea (ea *s. u.*) *A*  demissus *A*α*B et* (dim. *m2*) *P*  19 tetrarchis *P* (r *alt. s. u. m3*) *ET* tetharcis *A et* (h *s. u.*) *G* thetarcis *FO*π thethareis *BV* tethrarchis γ thetrarches α tetharchiis *C* detracchis *L*  20 manseri (-re *m3*) *A* manserint *X* (-unt *corr. OV*)  tetrarchae *P* (r *alt. s. u. m3*) *E*γ*T* tetarchae *AV* thetarchae *B* thetarce *G* thetharcae *O* tethrarcae π tearce *F* thetrarches α tethrarchaes *C* detrachae *L*  ipse *X* (-i *corr. V*)

41 historia docet, regalis dignitatem generis reseruantes. fertur B
enim ab his, qui siue argumentati siue simpliciter docentes
siue uere adstruentes tradiderunt nobis, quia Idumaei latrones
Ascalonam urbem Palaestinae ingressi de fano Apollinis, quod
uicinum muris erat, Antipatrum Herodis cuiusdam hieroduli
filium inter alios abduxere captiuum, quem pater redimere
propter paupertatem nequiuit. is igitur inbutus disciplinis et
mysteriis Iudaeorum Hyrcano Iudaeae regi amicitia copulatur, C
quem pro se ad Pompeium Hyrcanus legatum direxit; et quia
legationis fructu potitus est, per eam gratiam partem regni
adfectauit. occiso autem Antipatro propter felicitatis inuidiam
filius eius Herodes postea sub Antonio senatus consulto Iudaeis
regnare praeceptus est, cuius Herodes filius et alii tetrarchae.
quod ideo ex Graecorum historiis putauimus transferendum,
ut clareat Herodem nullo adfinem generis Iudaeorum regnum
adulterina fraude quaesisse. denique conscius ignobilitatis suae,
ne qua posteris suis uel de praescripto uetere quaestio moue- D
retur, scripturas eorum incendit existimans quod, si indicia
de publico sustulisset, nullis aliis testimoniis clarere posset,
quin de patriarcharum uel proselytorum ueterum genere dema-
naret. sed ut pleraque curae humanae sunt, cognitioni hoc et
42 indagini ueritatis praeiudicare non potuit. ne nobis tamen possit

1 cf. Euseb. Hist. eccles. I 7; de patriarchis 4, 21

1 dignitatis *X* (-em *corr. m2* π*V*) 3 si uere *A* siue ut uere *X* 4 ascalonam (a *tert. in ras.*) *B* 5 herodes *FO et* (-is *corr.*) *A*, (-ē *corr.*) *V* 7 paupertatem (m *eras.*) *A* his (h *eras.*) *P* 8 hircano *ABC*χ iudae *A* copolatur (v *s.* o *alt. m3*) *P* 9 hircanus *ABC FOV*χ 13 tetrarchae *PE*γ*T* thetrarchae α tetarchae *C* tetharcae *AF*π*V* thetarcae *B* thetharcae *O* detharcae *G* detrarchae *L* 15 herode *A* adfine *ABCT* generi *PEL* 17 uetere *scripsi* ueterem *P m1 L* ueteri *A* (*s. u. m2*) *P m3 cet.* 18 aestimans *PL* 19 possit *A*γ*TX et* (-et *corr.*) *BE* 20 quin *CE*γ*LOT et* (n *s. u.*) *m3 P m2 G*π qui *cet.* patriarcarum *A* proselytorum α proselitorum *BC*χ prosilitorum *AL* prosylitorum *P* prosilidorum *FOV* prosylydarum (o *s.* a *m2*) π generatione α*B* demanaret *P*α*L* dimanaret *A* (i *in ras.*) π (e *s.* i) *OV* dimaneret *F* demaneret *G* emanaret *E*γ*T* manaret *BC* 21 ĕ*t (s *eras.*) *P*

praeiudicare, uideamus, qui ueri regalisque generis dicimus E Christum, et per ueros et nobiles reges actum domini genus. sed ubi adulterina regnum adfectauit propago, successionem nobilitatis suae non potentiae, sed generationis ordo seruauit, tamen ipsum regem secundum honorem saeculi non accepimus Christum. quomodo ergo ex fructu uentris tui ponam super sedem meam? quomodo et angelus de eo dicit quod dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui, et regnabit in domo Iacob? quomodo regnare promittitur nec F ostenditur? aut quomodo ex semine Iechoniae nullus regnaturus dicitur per prophetam? si enim Christus regnauit, ex semine autem Iechoniae Christus est, propheta mentitus est, mentita sunt et oracula. sed illic futuros ex semine Iechoniae posteros non negatur, et ideo de semine eius est Christus et quod regnauit Christus non contra prophetiam est; non enim saeculari honore regnauit nec in Iechoniae sedibus sedit, sed regnauit in sede Dauid.

43 Uerum cum ipse Iechonias Dauid sederit sedem, quem- 1330 A admodum soluitur quod dictum est quia Dauid sedem Iechoniae posteri non sedebunt, cum eadem sedis fuisse uideatur amborum? itaque et nos sedem Dauid fuisse negare non possumus, non eandem tamen regis Dauid sedem Christus quam Iechonias sedit, immo nec quisquam alius ex genere Dauid sedem eius potuit sedere quam Christus, quia nec in alio aliquo semen eius aeternum est, sed in Christo, sicut deus ipse reserauit dicens: semel iuraui in sancto B meo, si Dauid mentiar: semen eius in aeternum mane-

6 Ps. 131, 12 8 Luc. 1, 32 19 Hier. 22, 30 26 Ps. 88, 36 sq.

1 regalisque (i *ex* e *m2*) *P* 2 uiros *αBX* nobilesque (*om.* et) γ 5 non *ante* secundum *s. u. m2 A* 7 tuam *ed. Rom.* 9 regnabit *ACEγT* regnauit *cet.* (b *s.* u *m2 PBGV*) *post* Iacob *add.* in aeternum χ quomodo ergo *EγT* nec contenditur (*in mg. m3* ostenditur) *A* 10 iechoniae (h *s. u.*) *A* 11 Christus *om. P* 13 illi *B* illuc in *G* futuro *P* (-os *m3*) *L* futurus *ABX* (-os *corr.* π) 20 sedis *P* (-es *m3*) *ALX* (-es *m2* π*V*) sedes *cet.* 23 xps (s *ex* i) *P* iechoniae *P* (-as *m3*) *L* 26 reserauit] iurauit *PL* sancto] xpo χ

bit, et sedis eius sicut sol in conspectu meo. quem
igitur dicit hic? non Salomonem utique, non Roboam, non
Natham, sed illum de quo solo potest dicere: ponam in
mari manum eius et in fluminibus dexteram eius. ipse
inuocabit me 'pater meus es tu' et: ponam in saeculum
saeculi semen eius et thronum eius sicut dies caeli.
non utique hunc thronum Salomon sedit, non Roboam. non
Iechonias. uis scire qui sederit? is est, de quo dicit angelus C
ad Mariam: ecce concipies in utero et paries filium et
uocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus et filius
altissimi uocabitur, et dabit illi dominus deus sedem
Dauid patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. si angelo non credis.
ipsi saltim domino credes dicenti: tu dicis quia ego rex
sum. numquid ergo et ipse mentitus est, quia regnare se dixit.
qui non regnauit in terris? quomodo scriptura soluitur, quae
44 regnare eum dicit et regnare non adstruit? in abruptum disputationis uenimus, haeremus in uado et quodam ueritatis D
naufragio fluctuamus. excitemus igitur Christum, ipsum interrogemus, ipse respondeat. interrogemus scripturas. inuenimus
quia regnum domini non est de hoc mundo; ipse enim dixit:
regnum meum non est de hoc mundo. qui dicit non esse
de hoc mundo regnum suum ostendit esse supra mundum. ita
et erat regnum eius et non erat: non erat in saeculo, supra E
saeculum erat. erat ergo regnum aliud ueri Dauid, quod
solus Christus accepit, et erat semen aliud Dauid, quod in

3 Ps. 88. 26 sq. 5 Ps. 88, 30 9 Luc. 1, 31—33 14 Ioh 18, 37 22 Ioh. 18, 36

1 sedis *AX* (-es *corr.* π) sedes *cet.* 2 solomonem (a *s.* o *pr. m2*) *α* utique non] non utique *A* 3 nathan *P* (n *alt. in ras.*) *cet.; cf. p. 135, 19* 5 inuocabit *LT et* (b *ex* u) *BE* ĩuocabit *V* (ĩ *in ras. 2 litt. et* b *ex* u *m2*) inuocauit *PGγ* uocauit *cet.* es tu *om. α* 7 solomon *α* non *tert.*] nec *γL* 8 quis *PL* his (h *eras.*) *P* hic *GX* 13 credes *A* 14 saltim *AαFγOV et* (-em *corr.*) *E* salutem (u *eras. et* i *s.* e) *G* saltem *cet.* ego rex sum *ABCEGT* rex sum ego *γ* ego sum rex *cet.* 25 ergo] enim *EγT* uere *X* 26 accipit *A* erat (a *ex* i) *α* erit (*om. deinde* Dauid) *X*

aeternum manet, de quo solus generatus est Christus, qui solus uerus filius Dauid, cuius etiam solus nomen accepit, iuxta quod scriptum est: inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto meo uncsi eum. quod utique non de propheta Dauid, sed de domino dici praemissa declarant; scriptum est enim: posui adiutorium super potentem et exaltaui F electum de populo meo; solus enim potens, solus electus est Christus. sanctorum enim maius in fide quam in generatione semen est; et ideo apostolus: si enim qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae.

45 Illud quoque non praetermittendum putamus, quod a Dauid temporibus usque ad Iechoniam, hoc est usque ad captiuitatem, cum XVII fuerint reges Iudaeae, XIIII generationes sanctus Matthaeus posuerit et rursus ab Iechonia usque ad Ioseph cum uiritim generationes XII conputentur, postea XIIII genera- 1331 A tiones descriptas esse memorauerit. sic enim habes: omnes generationes ab Abraham usque ad Dauid generationes XIIII et a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis generationes XIIII et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes XIIII. et primum oportet cognoscere, quod ante iam diximus, posse plures esse successiones, pauciores generationes; possunt

3 Ps. 88, 21 6 Ps. 88, 20 9 Galat. 3, 7 11 Euseb. Quaest. euang. 247, 18 16 Matth. 1, 17

2 uerus eius *FOπ* uerus est *V* 3 in *eras. A*, *exp. B*, et in *αC* 4 meo *eras. AP*, *s. u. V*, *om. απ* uncsi *A* unxi *cet.* 5 dicit *αX* 8 finem *FO et* (m *eras.*) *V* fine *L et* (fide *m2*) *Pπ* 10 hii *APGL* sunt filii *A* filii sunt *cet.* 11 *post* praetermittendum *add.* esse *FOV* est *π* a *om. X* (*s. u. m2 πV*) 13 XVII *PB* XVI *A* (*in mg. m3* al. X4I) XIII *L* decem et septem *αX*, X et VII *cet.* quattuordecim *α* 14 ab *APEγT et* (b *in ras.*) *B*, a *cet.* iechoniam *ABX* (m *exp. π*) 15 uiritim (m *in ras.*) *G* uarietatem (*in ras. m2*, m *eras.*) *P* uirtutum *γ* uiri *X* duodecim *αB* conputantur *χ* 16 descripta *α* descriptas *X* memorauit *X* 18 et ad (d *eras.*) *P* 19 *et* 20 quattuordecim *ET* 18. 19. 20 sunt quattuordecim *α* 19 babyllonis (l *pr. s. u.*) *A* 20 babyllonis *A* 21 agnoscere *EγT* 22 et pauciores *PL*

enim diutius uiuere aliqui et serius generare aut certe B
penitus exsortes generationis exsistere. itaque non quae regum
eadem generationum tempora. unde et Matthaeus eos quos ad
generationem non putauit pertinere praeteriit. nam si propo-
situm esset ei successiones describere, rationabiliter moueremur,
cur cum in Regnorum libris et Paralipomenis conueniat quod
post Ioram Ochozias regnauerit et Iodam et Amasias, Amasiae
autem successerit Ozias, sanctus Matthaeus tres illos reges C
praeterierit, Ochoziam, Iodam et Amasiam, et post Ioram
Iosaphat subiecerit. sed non eum in regum successione, sed
in generatione subiecit, denique generationum relatorem fuisse
memorauit. potuit autem fieri ut et Ioram tardius genera-
uerit et Iosaphat serius perceperit regnum atque ita Ioram
patri suo, cui in potestate non successit, in generatione succes-
46 serit. quod uero post Iechoniam XII generationes enumerasse D
uidetur euangelista, si diligenter aduertas, hic quoque XIIII
generationum poteris inuenire rationem; XII enim usque ad

6 Reg. IIII 8, 24; 11, 2; 12, 21; 15, 1, Paralip. II 22, 1; 24, 1; 25, 1; 26, 1  9 Matth. 1, 8

2 generationes *FL et* (-is *m2*) *APOV* generis χ  3 et *s. u. m3 A*, *om. BC*  4 pertinere non putauit γ  5 ei* (s *eras.*) *P*  describeret *A* scribere *X*  moueretur *X* (ur *exp.* π, m *s.* t *m2 V*)  6 in *om. A*  quod posterior (*om.* Ioram) *A* (*in mg. m3* al. quod post zoram) *B*  7 ochozias *αLT et* (z *in ras. m2*) *B* ioconias (*in mg. m3* al. ochodias) *A* ochonias *P* (z *s.* ṇ *m3*) γ *et* (z *s.* n) *E* iechonias (*s. m2* ał. ochozias) *C* ochodias *G* (h *s. u. m2*) *X* (-zias *m2 V*)  regnauit *P*  iodam *P* (d *exp. m2*) *L* ioas *EγT* ioram *A* (*in mg. m3* al. iodam) *cet.*  et *om. A*  8 ozias (z *in ras. m2*) *B* ozyas *α* orias (*in mg. m3* al. ocias; x *s.* c) *A*  9 ochoziam (hoz *in ras.*) *B* ocodiam *A* ochoniam *E* (z *s.* ṇ) γ ochodiam *G* (h *s. u. m2*) *X*  iodam *P* (d *exp. m2*) ioas *EγT* ioram *A* (*s. m3* al. iodam) *cet.*  et (t *s. u.*) *A*  ioram *A* (*in mg. m3* al. iodam), *om. αB*  10 iosafat *APπ* iosafath *FOV* oziam *EγT*, *recte puto*  successionē *A*  11 generationem *A*  se fuisse *L̇ et* se *s. u. m2 V*  12 ut quod et *A*  13 iosafat *APπ* iosafath *FOV*; *recte* Ozias  ita *s. u. A*  14 potestatem *PL*  successerat *P* (-rit *m3*) *L*  15 uero ẹṭ *A*  ieconiam *A*  duodecim *αB*  16 uideatur *A*  quattuordecim *α*  17 generationes *X* (-um *m2 πV*)  rationem (m *eras.*) *A*  duodecim *αBFOVχ*

Ioseph numerantur, non usque ad Christum, tertius decimus est Christus ex Ioseph. sed nihil refert utrum in duabus generationibus an una mendacium sit; tamen ne hic quidem Capareum aliquem scopulum et naufragium inuenies ueritatis. duos enim Ioachim, hoc est duos Iechonias fuisse historia indicat, unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, E id est patrem et filium. ergo pater inter generationes superiores est conputatus, qui successit Iosiae, filius inter posteriores, qui successit patri, id est nepos Iosiae. duos autem fuisse Regnorum libri indicant. sic enim scriptum est: *et imperauit Pharao super Israhel Ioachim filio Iosiae regnante in Iudaea pro Iosia patre suo et conuertit nomen Ioachim in regnando et XI annos regnauit in* 1332 A *Hierusalem.* quibus subiecit: *et reliqua uerborum Ioachim et omnia quae fecit nonne scripta sunt in libro uerborum et in diebus eorum, qui regnauerunt in Iudaea? et dormiuit Ioachim cum patribus suis et regnauit Ioachim filius eius pro eo. filius decem et octo annorum Ioachim et, cum regnaret, tribus mensibus regnauit in Hierusalem, nomen matris eius Mesola. et omnia quae fecit sub oculis domini pater eius et ipse fecit. et in diebus eius ascendit Nabuchodonosor, rex Babylonis, in Hierusalem.* uides igitur quod alius fuit B Iosiae filius, alius nepos: filius illius ille, cui Hieremias nomen inposuit, nepos iste, qui patris uocatus est nomine. et bene

4 Euseb. Quaest. euang. 248, 16 11 Reg. IIII 23, 34 et 36 14 Reg. IIII 24, 5 sq. et 8—10 24 Hier. 44 (37), 1

2 ex] et *A* (x *s.* t) *BC;* ex Ioseph *om.* χ in *add. m2 A* 3 capareum *A* (e *s.* a *alt. et* um *exp. m2*) capere eum *PLX* capere χ caecum *αBC* 4 naufragium possis *Gγ* ueritatem χ enim *om. L* 5 ieconias *A* storia *A* 6 transmigratione ipsa *B* 8 iosieṭ *A* succesit *A* 11 farao *PαL* srahel *A* israhelem *ET* ihłm γ 13 XI *ACGγπ* XII (I *alt. eras.*) *P* undecim *cet.* 15 uerborum regum et γ 16 quibus χ 18 decem et octo *Aα*, X et octo *G;* X et VIII *CEγT*, XVIII *cet.* 22 nabuchodonosor (v *s.* o *pr. m3*) *P* 23 babyllonis *A* 24 illius *exp. A*, *om. TX* ille *om. Bγ*, *s. u. C*

sanctus Matthaeus a propheta noluit discrepare, ut non Ioachim,
sed Iechoniam nominaret. simul, ut supra diximus, maiorem
fructum dominicae pietatis adstruxit, si generis nobilitatem
non in omnibus dominus requisiuit, sed de captiuis et pecca-
toribus congrue nasci uoluit, qui remissionem ueniebat prae-
dicare captiuis. non igitur subpressit alterum euangelista, sed C
utrumque signauit, quod uterque Iechonias dictus sit. ita
addito iuniore Iechonia generationes XIIII conputantur. ergo
illa Matthaeus.

47 Pulchre autem Lucas, quoniam filios Iacob plures non pote-
3, 29 sq. rat conprehendere, ne extra generationes euagari superflua
serie uideretur, licet in aliis, id est longe posterioribus patri-
archarum tamen neutiquam nomina praetermittenda arbitratus
sit, sed prae ceteris eligenda Ioseph, Iudae, Symeonis et Leui. D
quattuor enim genera in his quorum isti posteri sunt cogno-
scimus fuisse uirtutum: in Iuda, id est illo superiore, dominicae
per figuram passionis mysterium prophetatum, in Ioseph prae-
cessisse castitatis exemplum, in Symeon uindictam laesi pudoris,
in Leui officium sacerdotis. per Natham quoque expressam
aduertimus prophetiae dignitatem, ut quia unus omnia Chri-
stus Iesus, in singulis quoque maioribus genera uirtutum
48 diuersa praecederent. Noe quoque iusti inter dominicas gene- E
rationes conmemoratio non debuit praetermitti, ut quia aedifi-

1 Matth. 1, 11 sq. 16 Gen. 49, 10 sqq. 17 Gen. 39, 7 sqq. 18 Gen. 34, 25 sqq. 19 Num. 3, 6, Reg. II 12, 1 20 Coloss. 3, 11 22 Gen. 6, 9 et 14 sqq.

3 sic *PLV* 6 subpressit *ACFLV* suppressit *cet.* 7 uterque (r *s. u.*) *A* iechonias (h *s. u.*) *A* 11 generationes *m1 PG* generationis *V* (-es *corr.*) *EγT et m3 P*, *m2 G* generationum *C* superflua *FGLO* superfluo *V* (o *in ras.*) superfluam *cet.* 12 serie *L* seriem *O* (m *eras.*) *cet.* longe multo *χ* 12 neutriquam *X* (r *eras. O*) neutique *PL* nequaquam *χ* 13 praetermittendum *P* (a *s.* um *m3*) *L* 14 simeonis *AGLπ et* (e *s. u. m2*) *ET* semoonis (i *s.* e) *α* simonis *γ* 15 IIII *PEγT* 17 fuisse prophetatum *L* 18 simeon *Aχ* uindictam (m *exp.*) *C* uindicta *AαBX* 19 nathan *BCFOπ et* (*m2 ex* natã) *G* naturam *E* (*m2* nathan) *γT* 23 aedificatores *A*

cator ecclesiae nascebatur, eum sui generis auctorem praemisisse uideatur qui eam in typo ante fundauerat. nam de Mathusala quid dicam, cuius ultra diluuium numerantur anni, ut quoniam solus est Christus, cuius uita nullam sensit aetatem, in maioribus quoque suis non sensisse diluuia uideretur. Enoch 1333 A
uero nonne manifestum et pietatis dominicae et diuinitatis indicium est, eo quod nec mortem senserit dominus et ad caelum remeauerit, cuius generis auctor raptus ad caelum est? unde manifestum est et Christum potuisse non mori, sed noluisse, ut nobis mors illa prodesset. et ille quidem raptus est, ne malitia mutaret cor eius, dominus autem, quem malitia saeculi mutare non poterat, eo unde uenerat naturae suae maiestate remeauit. siletur sane parricida fratris; neque enim B
rationabile erat ut eum qui percusserat fratrem inter domini numeraret auctores, cum seruulos iste seruauerit, ut fraterni nominis honore donaret. sed nec illud otiosum, quod Seth praeteritus non est, quem posteriore Adam generatione suscepit, ut cum duo sint populi generationes, signaretur in typo dominum Iesum Christum in posteriore potius
49 quam priore generatione numerandum. iam de ipso Adam,

2 Gen. 5, 27 5 Gen. 5, 24 10 Sap. 4, 11 13 Gen. 4, 8 15 Matth. 12, 49, Ioh. 15, 15 17 Gen. 5, 3

1 premisisse (s *alt. s. u.*) *A* 2 de *s. u. V*, *om.* *αFOπ* matthusala *A* (t *pr. eras.*) *P* matthusali *α* mathusalam *L* matusalam *X* (a *tert. ex* e) *V* 3 dinumerantur *Oπ* 4 sentit *EγT* 5 diluuia *in ras. P* 6 nonne] non *ET* 7 est *om. B* 10 uoluisse *a* 13 siletur (*s.* et *ras.*) *A* plane *χ* fratres *AαC* 14 erat] est *B* 15 enumeraret (e *pr. eras.*) *P* seruulos *PαC et* (os *ex* us) *G* seruulus *cet.* iste seruauerit *om. X* 16 donaret honore *γ* sed nec *αCLXγ* iste seruauerit (*haec exp. m2*) sed nec *A* iste seruauerit (*exp.* seruauerit *et s. scr.* nec fratri pepercerit *m3*) sed nec *P* iste seruauerit nec fratri pepercerit sed nec *B* 17 seth *Gγ et* (th *in ras.*) *O* semp *L et* (p *eras.*) *πV* sem *cet.* quam *A* posteriorem *A* (m *eras.*) *EγTX* adam] eadem *A* 18 duo *A m1* duae *A m2 cet.* sint *ex* sunt *G* 19 dni *A* dni nri *GγT* dnm nrum *E* 20 in priore *T* in priori *γ*

qui iuxta apostolum figuram accepit Christi, quid pulchrius C potuit conuenire quam ut sacrosancta generatio a dei filio inciperet et usque ad dei filium duceretur creatusque praecederet in figura, ut natus in ueritate sequeretur, ad ⟨dei⟩ imaginem factus praeiret, propter quem dei imago descenderet? et si mysterium primi discutiamus erroris, lignum scientiae boni et mali fallente diabolo Eua suadente ille gustauit, ut iste nobis, priusquam sciret malum, eligeret bonum dirique D serpentis insidias ecclesia suadente uacuaret, iuxta quod scriptum est: q u o n i a m  p r i u s q u a m  s c i a t  p u e r  b o n u m  a u t  m a l u m,  n o n  c r e d i t  m a l i t i a e,  u t  e l i g a t  q u o d  b o n u m  e s t et: p r i u s q u a m  s c i a t  u o c a r e  p a t r e m  a u t  m a t r e m,  a c c i- 1334 A p i e t  u i r t u t e m  D a m a s c i  e t  s p o l i a  S a m a r i a e. hic enim est puer, cuius incunabula magi spoliis orientalibus referserunt. quia gens ante Christum incredula de exuuiis idolorum mutata iam fide manubias obtulit domino triumphales.

50 Haec tibi, frater, de generatione Christi non incognita putaui prolixius prosequenda, ne qui cum ista in euangelio minus adtento animo recenseret, aliquatenus fluctuaret. quae sancti euan- B gelistae ad maiora miracula et diuiniora domini gesta properantes perstringenda breuius quam diffundenda uberius putauerunt. eorum igitur more qui satis putant ignaris uiarum quasi notas quasdam iteneris et semitas demonstrare, spiritalis uiae semitas colligentes — uidero utrum secundo ueritatis euentu, certe reli-

1 Rom. 5, 14 4 Gen. 1, 27 5 Coloss. 1, 15, Ephes. 4, 10 6 Gen. 2, 9 7 3, 1 sqq. 10 Esai. 7, 16 12 Esai. 8, 4 14 Matth. 2, 11 17 Euseb. Quaest. euang. 254, 27

1 accipit *A* 4 ut] et γ dei *addidi* 5 factus ** *P* (*fort.* dī *eras.*) 8 dirique] denique *AB* 9 euacuaret *αBV* (*fort. recte*) 10 bonum ... sciat *om. X* et malum *C* 11 credet *αCL* 14 magiis populus *α* magis (s *s. u. E*) populis (*corr.* spoliis *E*) *EX* 15 ante *om. PL* xpo *A et* (o *ex* i *m2*) *P* exubiis (x *in ras.*) *A* 18 quis π (s *s. u.*) χ ista (i *s.* is) *A* 19 fluctuare *A* 21 praestringenda *PαBX* 23 iteneris *P m1* itineris *P m2 cet.* et spiritalis *X* 24 uidere *PL* utrum] uirum *PL* secundum *X* euentum *V* certae *A* certo *T* religiosum *FO et* (i *pr. ex* e) *V* relegiosum π

gioso fidei ductu — in mysteriorum secreta contendimus uerentes ne quis ista cum legerit, quod prouerbialiter dicitur ‘quasi puer machaeram’ tractare per infantiam fortia arma nesciret, magisque uulnus ex inprouidentia quam salutem ex lectione C sentiret. infirmos enim tela sua uulnerant, nec potest bene uti armis qui ea ferre non nouerit. et ideo circa fidem uir perfectus exigitur, in quo non per humum scientiae reptet infantia, non debilis quaedam nec carens sensibus mysticae cognitionis titubet aetas, quae uirtute iuuentutis amissa coronam gloriosi certaminis non requirat et senescentis aquilae modo, quae prius aut leporem rapere pedibus consuerat aut D anserem, aeuo fessa minorum auium fetus inplumis requirat, qui solidiorem cibum adferre non possunt.

## LIBER QUARTVS.

1 Non absurdum, ut opinor, de generatione domini confecimus 1333 E opus; certe infructuosum non fuit dominicis diutius inhaerere maioribus. nam si hi qui magnum mare litorali parant naui-

2 cf. Diogen. Prouerb. 6, 46   6 I Cor. 14, 20   12 cf. Plin. N. H. XI 170   13 Hebr. 5, 12 et 14

1 ductum *αX*   2 cum legeret *PL* collegerit *FO et* (col *ex* cum, ł cum *s.* col *m2*) *V*   pro (*s. u. m3*) uerbi aliter *P*   3 fortia arma (a ar *in ras.*) *B* fortiarum (*in mg. m3* al. fortia arma) *A* fortiora arma *χ*   4 uolnus (v *s.* o) *V*   inprouidentia *A* prudentia *X* (īprudentia *m2 V*) inprudentia *cet.*   5 sua (ua *s. u.*) *P*   6 qui ea] quae *X* (ae *in ras. F*) afferre *X* (af *eras. O*, *del. m2 V*)   8 infantiam *P*   10 glorioso (i *s.* o *ult.*) *A*   senescentes *GX* (-is *corr. GOV*)   11 consueuerat *BXχ*   12 fessam *CX* (m *del. m2 V*)   fetus *A*   inplumes *PEG et* (es *ex* is) *V*   13 adferre (ad *s. u. m3*) *A* ferre *α*   possint *PL* possit *χ* (-unt *m2 E*)   FINIT LIB. .III. INC̄. LIBER IIII *AC* DE EUANGELIO LIB̄ III EXPLICIT IN | EP̄I BT̄I DEO GRATIAS LEGE FE | LITER UTERE SANUS *α* EXPLICIT LIBER TERTIUS. INCIPIT LIBER QUARTUS *χ* EXPLICIT DE EUANGELIO LIB̄ II. INCIPIT LIB̄ III *P et* (*om.* de euangelio) *B. in LX nec subscriptio est nec inscriptio, sed interuallum* (*in F m2 scripsit in mg.* hic incip̄ lib̄ .IIII.)   15 ut *AαC*, *om. cet.*   dn̄i quod *αC*   concepimus *X* (*m2* confecimus *V*)   17 hii *A*

gatione transmittere altioris conpendium cursus itidem ut nos
fiduciae infirmitate uitantes agrum et urbes litore deductas
capti locorum decore frequenter inuisunt, quanto magis nos in
tanto non elementorum, sed gestorum caelestium siti pro-
fundo uiciniores legere portus et frequentes amare debemus F
excursus, ne qui longae nauigationis taedio fatigatus fastidii
uomitum tenere non possit. certe si quis intutae ratis uitia
infida perspexerit, tamquam frequenti librorum portu obiecto
licet ut aurium uela deponat, lectionis ancoram figat. non
uidetur deseruisse nauigium, sed confecisse cursum qui de-
2 scendit in portum. et plerisque locis fortasse amoenitas locorum
ipsa inuitet praetermeantem. nam si Ulixem illum, ut fabulae
ferunt — licet et propheta dixerit: habitabunt in ea filiae 1334 E
Sirenum, et si non dixisset propheta, nemo tamen iure repre-
henderet, cum et gigantas et uallem Titanum scriptura conpre-
henderit — si ergo Ulixem illum post decem annorum exilia,
quibus bellatum in Ilio est, decemque erroris annos festinantem
ad patriam Lotophagi suauitate bacarum tenere potuerunt, si
horti Alcinoi retardarunt, si postremo Sirenes cantu uocis
inlectum ad illud famosum uoluptatis naufragium paene dedu-
xerant, nisi aduersus inlecebrosae sonitus cantilenae inserta F
cera sociorum clausisset aures, quanto magis religiosos uiros

13 Esai. 13, 21 15 Reg. II 5, 22; 23, 13 18 Hom. Odyss. VIIII 84 sqq. 19 Hom. Odyss. VII 112 sqq.; Odyss. XI 166 sqq.

1 conpendii (i *alt. ex* um) *A* 6 ne quis *Cχ* neque *X* (*m2* ne quis *FV*) 7 possint *α* 8 infide *X* (a *s.* e *F*, ł a *s.* e *m2 V*) perspexerit (s *add. m3*) *P* obiectu *Aαπ et* (-to *m2*) *FV* 9 ut *s. u. m3 A* deponat et *PL* lectiones *A* 11 in locis *L* 12 propter meante *F* (*s. m2* praetermeantem) *O* propter meantem *π et* (*m2* praetermeantem) *V* 13 et *om. X* (*s. u. F*) 14 sirenarum *EγT* sirenorum *G* 15 gigantas *AαC et* (as *ex* es) *BG* gigantes *cet.* titanorum *LX* conprehenderet *Aπ* 18 locofagi *A* (c *eras. et s.* t; *in mg. m3* al. loco) *αC et* (c *in* t *mut.*) *T* lutufagi *X* (lutof. *corr. F*) 18 *et p. 140, 2* uaccarum *X* (*del. et s. m2* bacarum *F*) 19 alcinoi *απχ* (c *ex* t *T*) alchioni *ABCFO et* (h *s. u.*) *V* alcinorum *P* (i *s.* rum *m3*) *L* canto *P* (v *s.* o *m3*) *L* 21 incerta (*in mg. m3* inserta) *A* 22 religiosos (-os *ex* -us) *P* uiros (i *ex* e *m2*) *P*

caelestium factorum decet admiratione mulceri! atque hic iam
non bacarum suauitas haurienda, sed panis ille, qui descendit
de caelo, non holera Alcinoi spectanda, sed sacramenta sunt
Christi; nam qui infirmus est holera manducet. non
claudendae igitur aures, sed reserandae sunt, ut Christi uox
possit audiri, quam quisque perceperit naufragium non timebit
non corporalibus ut Ulixes ad arborem uinculis adligandus, 1335 A
sed animus ad crucis lignum spiritalibus nexibus uinciendus,
ne lasciuiarum moueatur inlecebris cursumque naturae detor-
3 queat in periculum uoluptatis. figmentis enim poeticis fabula
coloratur ut quaedam puellae scopuloso in litore maris habitasse
prodantur, quae si quos deflectere nauigium propter aurium
suauitatem dulci uoce pepulissent, in uada caeca deductos et
infida statione deceptos naufragii miserabilis sorte consu-
merent. conpositum hoc specie et ambitiosa conparatione B
fucatum est, ut mare, uox feminae, litora uadosa fingantur.
quod autem mare abruptius quam saeculum tam infidum, tam
mobile, tam profundum, tam inmundorum spirituum flatibus
procellosum? quid sibi uult puellarum figura nisi euiratae uolup-
tatis inlecebra, quae constantiam captae mentis effeminet?
quae autem illa uada nisi nostrae scopuli sunt salutis? nihil

2 Ioh. 6, 50 sq. 4 Rom. 14, 2 7 Hom. Odyss. XII 178 sq. 13 Uerg. Aen. I 536 14 Uerg. Aen. II 23

3 de] e *PB et* (*in quo* e caelo descendit) *L* holera *CGγ et* (h˙*m2*) *BEFT* olera *cet.* alcinoi *PELT* alchioni *A* (*m2 ex* adchino) *B* (i *alt. m2*) *X* alcino *α* alchino *G* alchonii *C* alchini *γ* expectanda *X* 4 olera *PLO* 6 possit (si *s. u.*) *P* quisquis *L* x̄piq̄ue *π* prae-ceperit *α* timuit *α* 7 ut *A* (*s. u. m3*) *PαL*, *om. cet.* ulixis *A* 8 spiritalibus ... lasciuiarum *s. u. m2 A* 9 qorsumque (qo *del. et s.* cu) *A* 11 scopulo *X* (-loso *m2 FV*) mare *α* 13 potuissent *A* deductos (de *s. u. m2*) *A* 14 insida (fi *s.* si *m2*) *A* mirabilis *F* (*m2* miserabilis) *O* mirabili *V* arte *X* (*s. m2* ł sorte *F*) con-sumerent (n *alt. s. u.*) *P* consumeret *B* 16 fugatum *LV et* (c *s.* g) *m3 P*, *m2 Fπ* *ante* uox *add.* uir *A* figantur *Gγ* fingantur (n *pr. s. u.*) *E* 17 quod (d *add. m3*) *A* abruptius *E* (i *s. u.*) *T* (u *alt. s. u.*) 18 nobile (m *s.* n *m2*) *FOV* 20 effeminat *χ* (a *in ras. G*) effeminet (a *s.* e *ult. m2*) *F*

enim tam caecum quam saecularis suauitatis periculum, quae C
dum mulcet animum, uitam obruit et corporeis quibusdam
4 scopulis sensum mentis inlidit. merito igitur dominus noster
Iesus ieiunio suo nos atque deserto aduersus uoluptatum
informat inlecebras et temtari se a diabolo dominus omnium
patitur, ut in illo omnes uincere disceremus. aduertamus igitur
quia tria non otiose a domino principaliter ordinata euange- D
lista descripsit. tria sunt enim quae ad usum proficiunt salutis
humanae, sacramentum desertum ieiunium; nemo enim nisi
qui legitime certauerit coronatur, nemo autem ad cer-
tamen uirtutis admittitur, nisi prius ab omnibus ablutus
5 maculis delictorum gratiae caelestis munere consecretur. uenit
igitur dominus ad lauacrum, ut mysterii gratia nobis et uisu
probaretur et sensu. et quoniam lex caelo et terris testibus
promulgatur, ut mysterium diuinitatis absconditum a saeculis E
in deo plus crederes esse quam legem, non iam ad testimo-
nium caelum uocatur, sed utitur testis officio, cum uox dei
defertur e caelo. simul ne fidei mysterium dubio mentis offen-
6 das, inuisibilia tibi uisibiliter declarantur operari. uenit dominus
ad lauacrum; omnia enim pro te factus est. his qui sub lege
sunt, quasi sub lege esset, cum ipse sub lege non esset,
circumcisus est, ut eos qui sub lege sunt lucrifaceret, his F
qui sine lege erant conuiuii conmunitate sociatus est, ut lucra-
retur eos qui sine lege uiuebant. factus est infirmibus in-
firmus per corporis passionem, ut lucrifaceret eos, omnibus

3 Matth. 4, 1 sq., Luc. 4, 1 sqq. 9 II Tim. 2, 5 14 Deut. 30, 12 sq. 15 Coloss. 1, 26 18 Hebr. 11, 3 20 I Cor. 9, 20 sqq. 24 I Cor. 9, 22

1 saeculari *O et* (is *m2*) *FV* 2 animo *P* 3 noster *om. X*, natus *L* 4 $\overline{\text{ihs}}$ $\overline{\text{xps}}$ *EFγT* 6 omnis *X* (-es *m2 OπV*) 8 discripserit *X* enim sunt *X* 11 ablutis (v *s.* i *m3*) *P* 14 sensum (m *exp. m2*) *P* 16 lege *A* legemus (us *in ras. in u. extr. m2*) *P* ad (d *s. u.*) *m2 πV*, *m3 O*, a *F* 17 caelum] saeculum *X* cum (c *ex* d) *V* dum π 23 conuiuii *A* 24 infirmibus *Aα et* (s *s.* bus *m2*) *P* infirmis *cet.* 25 lucrifaceret eos *A* infirmos lucrifaceret *cet.* omnia postremo omnibus *B*

postremo omnia factus est, pauper pauperibus, diues diuitibus, flens flentibus, esuriens esurientibus, sitiens sitientibus, profluus abundantibus. in carcere cum paupere est, cum Maria flet, cum apostolis epulatur, cum Samaritana sitit, in deserto esurit, ut cibus primi hominis, quem praeuaricatione gustauerat, ieiunio domini solueretur. nostro periculo Adam scientiae boni et mali famem soluit, nostro emolumento famem iste 1336 A
suscepit.

7 Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut
4, 1 temtaretur a diabolo. conuenit recordari quemadmodum de paradiso in desertum Adam primus eiectus sit, ut aduertas quemadmodum de deserto ad paradisum Adam secundus reuerterit. uidete enim quemadmodum suis nodis praeiudicia resoluantur et suis diuina beneficia uestigiis reformentur. ex terra B
uirgine Adam, Christus ex uirgine, ille ad imaginem dei factus, hic imago dei, ille omnibus inrationabilibus animalibus, hic omnibus animantibus antelatus — per mulierem stultitia, per uirginem sapientia, mors per arborem, uita per crucem — ille spiritalium nudus arboris se texit exuuiis, hic saecularium nudus corporis non desiderauit exuuias. in deserto Adam, in deserto Christus; sciebat enim ubi posset inuenire damnatum, C
quem ad paradisum resoluto errore reuocaret. sed quoniam saecularibus indutus exuuiis redire non poterat nec paradisi

1 II Cor. 8, 9, Rom. 12, 15, I Cor. 4, 11 3 Matth. 25, 36, Ioh. 11, 35 4 Matth. 26, 20, Ioh. 4, 7, Matth. 4, 2 6 Gen. 2, 9 10 Gen. 3, 23 sq., I Cor. 15, 45 14 Gen. 2, 7 15 Gen. 1, 27 16 II Cor. 4, 4, Gen. 1, 28 17 Gen. 3, 6 19 Gen. 3, 7

1 est *Aχ*, *om. cet.* 4 operatur *X* samaritanis *FO et* (ł a *m2 s.* is) *V* 5 esurit (e *et* t *in ras.*) *P* cibum *X* praeuaricationem *αGX* (in *del. V*) per praeuaricationem *EγT* gustauerit (a *s.* i *m3*) *P* 6 ieiunium *F et* (-o *m3*) *O* ieiunio (v̄ *s.* o) *V* nostro] non *X* 7 emolumento (o *alt. ex* um) *P* 10 a] ab *PBCGLX* 11 de] in *X* (*m2 s.* a π, *m2 s.* de *V*) deserto *αX* (v̄ *s.* o *m2 αOπV*) 12 de *s. u. m3 O*, *m2* π, *om. FV* 13 uide *PX*, *om. L* ẹṭenim *A* praeiudicia (i *ult. s. u.*) *P* resoluuntur *PL* soluantur *X* 17 antelatus *ante* hic *transponunt X* 19 arboreis *αBX* 20 nudus**** *A* 23 nec ad (ad *eras.*) *P*

incola potest esse nisi nudus a culpa, exuit ueterem hominem,
nouum induit, ut, quia solui non queunt diuina decreta, per-
8 sona magis quam sententia mutaretur. sed quia in paradiso sine
duce iter amisit acceptum, quemadmodum de deserto sine
duce iter repetere posset amissum, ubi temtationes plurimae,
nisus ad uirtutem difficilis, lapsus facilis ad errorem, cum D
eadem sit uirtutis natura quae nemorum, ut si adhuc exigna
de terrenis ad superna se subrigunt, dum teneris aetas adole-
scit frondibus, saeui ueneno dentis obnoxia facile aut succidi
possit aut uri, si uero alta se radice fundauerit et ramorum
sublimitate sustulerit, frustra iam uel ferarum morsibus uel
lacertis agrestium uel diuersorum flatuum procellis arbos
robusta temtetur.

9 Quem igitur adponeret ducem contra tot inlecebras saeculi, E
contra tot uersutias diaboli, cum sciret nobis primo contra
carnem et sanguinem, deinde contra potestates, contra
rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiri-
talia nequitiae quae sunt in caelestibus esse luc-
tamen? angelum adponeret? et ipse lapsus est; legiones
angelorum uix singulis profuerunt. seraphin dirigeret? et ipse
descendit in terris in medium populi inmunda labia habentis
et unius tantum prophetae adposito labia carbone mundauit. F
alius dux requirendus fuit, quem sequeremur omnes. quis
tantus esset dux, qui prodesset omnibus, nisi ille qui supra
omnes est? quis me supra mundum constitueret nisi qui maior
est mundo? quis tantus esset dux, qui posset masculum et

1 Coloss. 3, 9 sqq. 15 Ephes. 6, 11. 12 19 Matth. 26, 53; cf. Reg. IIII 6, 17 sq. 21 Esai. 6, 6 sq. 24 Ioh. 3, 31

2 ut] et χ secreta *G; deinde add.* placuit dō ut χ 6 et lapsus *PL* 8 etas *s. u. A* adolescet *E*ς*T* 9 facilia ut (*m3* facile aut) *P* 12 arbos *A* (o *incertum; an* arbus?) *B* (o *ex* u) α*E*ς*T* arbus *G* arbusta *X* arbor *PCL* 13 rubusta *A* 15 uersutiae (s *s.* e *alt. m3*) *P* 20 singulis (is *s. u.*) *P* seraphim *F*χ derigeret *A* dilegeret *X* (e *pr. ex* i *O*, dirigeret *m3 O, m2* π, *in mg. m2 V*) ipse *T* ipsum *cet.* 21 teris *AX* terras *cet.* 22 apposita *A et* (o *s.* a *alt.*) γ 26 possit *X*

feminam, Iudaeum et Graecum, barbarum et Scytham, seruum
et liberum uno regere ductu nisi solus qui est omnia et in omni-
bus Christus? multi enim laquei quacumque progredimur: laquei
in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, in crepi- 1337 A
dinibus parietum tenduntur a diabolo, laquei in philosophis,
laquei in cupiditatibus — oculus enim meretricis lâqueus est
peccatoris —, laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus
in studio castitatis. exiguis enim momentis mens inclinatur
humana et huc atque illuc pro uersutia suadentis frequenter
inpellitur. uidet aliquem diabolus religiosum uirum, deo uene-
rabiliter deferentem et quod sacrosanctum est aestimantem,
nullius capacem iniuriae: in ipsa eum religione subplantat, ut B
faciat non credere quod dei filius uere hanc nostram susce-
perit carnem, hoc nostrum corpus, hanc nostrorum membrorum
fragilitatem, cum utique passio corporis fuerit, diuinitas ex-
sors iniuriae manserit. ita de religione fit culpa; omnis enim
qui negat Iesum Christum in carne uenisse de deo
non est. uidet integrum et inlibatum castimoniae uirum: suadet
ut nuptias damnet, quo eiciatur ab ecclesia et studio casti-
tatis a casto corpore separetur. audiuit alius quia unus deus, C
ex quo omnia, adorat atque ueneratur: insidiatur ei diabolus,
claudit aures ne audiat quia unus dominus, per quem
omnia; ita nimia pietate inpium esse conpellit, ut dum patrem
a filio separat, patrem filiumque confundat et personam unam
putet esse, non potestatem. itaque dum mensuram fidei nescit,
perfidiae incurrit aerumnam.

1 Coloss. 3, 11 3 Sir. 9, 13 (20) 4 Luc. 4, 9 6 cf. de Cain et Abel I 4, 14, Prouerb. 7, 21 16 I Ioh. 4, 3 18 I Tim. 4, 3 20 *et* 22 I Cor. 8, 6

1 et barbarum *X* 2 ẹṭ (*alt.*) *A* in *s. ras. 2 litt. m3 P* 6 est *AX*, *om. cet.* 7 peccatori *FOV* peccatoribus *C* 9 pro uersutia *A* (*deinde 5 litt. eras*. . . tis) *B* (pro *eras.*) *αCXχ* per uersutias *PL* inpellitur frequenter *PL* 10 relegiosum *P* 11 est *om. PL* 12 capacē (ē *ex* et *m2*) *P* subplantat *ABT* supplantat *cet.* 13 susciperit (e *ex* i *pr. m3*) *P* susciperet *X* 14 membrorum nostrorum *B* 17 non est ex dō *α* 18 uidit *FV et* (-et *m3*) *PO* et *s. u. m3 A* inlibatae *Erasmus* 22 dns *ex* dš *A*, dš *Cχ*

11 Quomodo igitur hos laqueos euitabimus, ut possimus et D nos dicere: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium; laqueus contritus est, et nos liberati sumus? non dicit: 'ego contriui laqueum', non ausus est hoc dicere Dauid, sed: adiutorium nostrum in nomine domini, ut ostenderet unde laqueus solueretur, ut prophetaret quod uenturus esset in hanc uitam qui contereret laqueum
12 fraude diaboli praeparatum. sed non potuit melius conteri laqueus, nisi praedam aliquam diabolo demonstrasset, ut dum ille festinat ad praedam, suis laqueis ligaretur, ut ego possem E dicere: laqueos parauerunt pedibus meis, et ipsi inciderunt in eos. quae potuit esse praeda nisi corpus? oportuit igitur hanc fraudem diabolo fieri, ut susciperet corpus dominus Iesus et corpus hoc corruptibile, corpus infirmum, ut crucifigeretur ex infirmitate. si enim fuisset spiritale corpus, non dixisset: spiritus promtus, caro autem infirma. audi igitur utramque uocem et carnis infirmae et spiritus promti. pater, si possibile est, transeat hic calix a me: haec F carnis est uox. sed non quod ego uolo, sed quod tu uis: habes deuotionem spiritus et uigorem. quid repudias dignationem domini? dignationis est quod suscepit corpus meum, dignationis est quod suscepit iniurias meas, suscepit infirmitates meas, quas utique natura dei sentire non potuit, cum etiam natura hominis contemnere didicerit uel sustinere ac

2 Ps. 123, 7 5 Ps. 123, 8 7 I Ioh. 3, 8 11 Ps. 56, 7
14 I Cor. 15, 53 16 Matth. 26, 41 18 et 19 Matth. 26, 39

3 contri**tus (ti *eras.*) *P* 5 dicere hoc π adiutorium (ad *s. u.*) *P* 7 quod . . . contereret *s. u. m2 A* contereret (re *pr. ungue s. u.*) *P* conteret *G* contineret *X* (-triueret *m2* π, -tereret *m2 V*) 8 diabolum *X* (iab *eras. O, s. m2* laqueum π*V*) 10 possem *APB* possim *cet.* 11 laqueus (o *s.* u *alt. m3*) *P* praeparauerunt *X* 13 fieri] offerri *X* 15 corpus spiritale χ 16 promtus (v *s.* o *m3*) *P* promptus est (est *s. u.*) *m3 A*, *m1* π, promptus *cet.* 17 promti *A et* (v *s.* o *m3*) *P* prompti *cet.* 18 a me calix hic *B*, a me calix iste *ET* 19 quod] sicut π 20 *post* habes *add.* quemadmodum *A* (*s. u. m3*) αχ doceamur *add. post* deuotionem αχ, *post* spiritus *s. u. m3 A*

perpeti. et ideo sequamur Christum iuxta quod scriptum est: post dominum deum tuum ambulabis et ipsi adhaerebis. cui adhaerebo nisi Christo, sicut Paulus dixit: qui adhaeret domino unus spiritus est? illius igitur, de 1338 A deserto ut ad paradisum redire possimus, uestigia persequamur.

13 uidete quibus itineribus reducamur. nunc in deserto Christus est, agit hominem, instruit, informat, exercet, unguit oleo spiritali; ubi uidit robustiorem, per sata et fructuosa transducit, quando querebantur Iudaei quod discipuli eius sabbato de segete spicas uellerent — iam enim apostolos suos in agro culto et fructuoso opere collocauerat — postea in paradiso B constituit tempore passionis; sic enim habes: haec cum dixisset Iesus, cum discipulis suis transiuit trans torrentem cedri, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse cum discipulis suis. agro enim fecundo hortum esse potiorem docet propheta in Canticis canticorum dicens: hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus; emissiones tuae paradisus. illa est enim animae pura et inmaculata uirginitas, quae nullo terrore poenarum, nullis a fide saecularis uoluptatis inlecebris, nullo uitae C amore transducitur. denique uirtute domini hominem esse reuocatum prae ceteris hic euangelista testatur, qui solus inducit dominum dicentem latroni: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

14 plenus igitur Iesus spiritu sancto agitur in desertum consilio, ut diabolum prouocaret — nam nisi ille certasset, non mihi iste uicisset — mysterio, ut illum Adam de exilio liberaret, exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad

2 Deut. 13, 4   3 I Cor. 6, 17   8 Matth. 12, 1 sq.   12 Ioh. 18, 1   16 Cant. 4, 12 sq.   23 Luc. 23, 43

3 s̄cs Paulus *PL*   dixit] ait *PγL*   6 et uidete *A* (et *m2*) *PLXχ*   deducamur (d *pr. eras.*) *A*   7 instruit (s *s. u.*) *P*   unguit *A* (i *s. u.*) *αBCT* ungit *P m1* unget *P m2 L et* (i *s.* e) π unguet *E* (-uit *corr.*) *cet.*   8 uidet *Fχ*   fructuosa (sa *s. u.*) *P*   9 quaerebantur *AP*   de segete *s. u. m3 A*   spicas (s *alt. s. u. m3*) *P*   14 cedri *E* (on *s.* i) cedron *LX*   18 emissionis *GγX* (-es *corr. GV*)   enim est *X*   19 anima *A*   24 agebatur *PL*   25 deserto *X*

meliora tendentibus inuidere et tunc magis esse cauendum, D
ne mysterii gratiam deserat mentis infirmitas.
15 Quadraginta autem dies: mysticum numerum recognoscis.
4, 2 tot enim diebus aquas abyssi effusas esse meministi et tot
ieiunio dierum sanctificato propheta refusam caeli serenioris
esse clementiam; tot ieiunio dierum sanctus Moyses percep-
tionem legis emeruit; tot annos in heremo constituti patres E
panem angelorum et caelestis alimoniae gratiam consecuti sunt
nec antequam mystici numeri tempus explerent, terram repro-
missionis intrare meruerunt; tot ieiunio dierum domini nobis
in euangelium patescit ingressus. unde si quis euangelii glo-
riam fructumque resurrectionis optat adipisci, mystici ieiunii
praeuaricator esse non debet, quod et in lege Moyses et in
euangelio suo Christus utriusque testamenti auctoritate prae- F
16 scripsit fidele uirtutis esse certamen. quid uero sibi uult
quod euangelista dominum esurisse signauit, cum de Moysi
atque Heliae ieiunio nihil tale uideamus expressum? numquid
hominum patientia deo fortior est? sed qui XL diebus esurire
non potuit ostendit non cibum esurisse se corporis, sed salutem,
simul ut aduersarium lacesseret iam timentem, qui XL fuerat
dierum ieiunio uulneratus. et ideo famis domini pia fraus est,
ut in quo diabolus maiora metuens iam cauebat, famis specie
lactatus temtaret ut hominem, ne inpediretur triumphus. simul 1339 A
illud disce mysterium sancti spiritus opus hoc diuinum fuisse
iudicium, ut temtandum se diabolo Christus offerret.

4 Gen. 7, 12 5 Reg. III 19, 8 6 Exod. 34, 28 7 Num. 14, 33 sq. 8 Ps. 77, 25 9 Hebr. 11, 9

3 XL *APLπ* 5 refusa *AX* (-ā *m2 V*) 6 tot ... perceptionem *s. u. m2 A* moses *A* 11 gloriam (*in mg. m3* gratiam) *A* 12 optat***** *A* 16 signauit *AαBC et m1 P* significauit *P m2 cet.* 18 est *APL, om. cet.* XL *APCγLπ* quadraginta *cet.* 20 XL *APCFγLπ* quadraginta *cet.* fuerat dierum ieiunio *PCL* dierum (*s. u. m3 A*) fuerat ieiunio *Aχ* diebus fuerat ieiunio *αB* diebus (*s.* dierum *m2 V*, dierum *corr. m3 O*) ieiunio fuerat *X* 21 famis *AFV et* (es *corr.*) *m2 Bπ*, *m3 O*, fames *cet.* pia (*in mg.* quia) *A* 24 sancti *om. Gγ* hoc *PFL* hoc esse *χ* hoc est *cet.* 25 a diabolo *L*

17 Dixit autem illi diabolus: si filius es dei, dic lapidi
4, 3 huic ut fiat panis. tria praecipue docemur tela diaboli,
quibus ad conuulnerandam mentem hominis consueuit armari,
gulae unum, aliud iactantiae, ambitionis tertium. inde autem
coepit, unde iam uicit. et ideo inde incipio in Christo uincere, B
unde in Adam uictus sum, si tamen mihi Christus, imago
patris, uirtutis exemplum sit. discamus igitur cauere gulam,
cauere luxuriam, quia telum est diaboli. laqueus tenditur, cum
mensa regalis conuiuii praeparatur, quae constantiam saepe
mentis inclinat. non solum enim cum audimus uerba diaboli,
sed etiam cum uidemus eius copias, laqueum uitare debemus.
didicisti igitur diaboli telum: sume scutum fidei, loricam C
18 abstinentiae. sed quid sibi uult talis sermonis exorsus: si
filius dei es, nisi quia cognouerat dei filium esse uenturum?
sed uenisse per hanc infirmitatem corporis non putabat. aliud
explorantis, aliud temtantis est et deo se profitetur credere
19 et homini conatur inludere. sed uide arma Christi, quibus
tibi, non sibi uicit. nam qui maiestate sua lapides in panem
posse conuerti naturae alterius transfusione monstrauit docet D
nihil tibi pro diaboli arbitrio nec declarandae uirtutis contem-
platione faciendum. simul in ipsa temtatione artificem diaboli
disce uersutiam. sic temtat ut exploret, sic explorat ut temtet.
contra dominus sic fallit, ut uincat, sic adhuc uincit, ut fallat.
nam si conuertisset naturam, prodiderat creatorem. medie
4,4 ergo respondit dicens: scriptum est quia non in pane

6 II Cor. 4, 4, Col. 1, 15   12 Ephes. 6, 14 et 16

1 es dei *Aα* dei es *cet.*   2 panis fiat *Xχ*   trea (i *s.* e *m2*) *P*   4 aliam *A*, *fort.* alium *scribendum*   7 gylam *A*   8 cauere (re *s. u. m1*) luxoriam (v *s.* o *m3*) *P*   est *om. X*   10 mentes (i *s.* e *alt.*) *A*   audiuimus *GX* (ui *exp. m2 GV*)   13 si *s. u. P*   16 ideo (*in mg. m3* al. deo) *A*   profitetur se *E*   20 contentione (*s. m2* contemplatione) *A*   21 artificis *A et* (is *in ras. m2*) *T*   22 uersutiam (e *ex* i *m3*) *P*   explorat] explor*t (ẹ *eras.*, a *s. ras.*) *P* exploret π *et* (a *s.* e *alt. m2*) *V*   23 et contra *Gγ* eccontra *ET* at (t *m2 ex* d *F*, ad π) contra *X*   adhoc (u *s.* o) *A*   24 prodiderat (*s. m3* ł prodidisset) *P*

20 solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. uides quo ge- E
nere utatur armorum, quo hominem ab spiritalis nequitiae
incursione defendat aduersus incitamenta gulae saeptum atque
munitum. non enim quasi deus utitur potestate — quid enim
mihi proderat? — sed quasi homo conmune sibi arcessit
auxilium, ut diuinae pabulo lectionis intentus famem corporis
neclegat, alimentum uerbi caelestis adquirat. huic intentus
Moyses panem non desiderauit, huic intentus Helias famem F
prolixioris non sensit ieiunii. non enim potest qui uerbum
sequitur panem desiderare terrenum, cum panis substantiam
caelestis accipiat — humanis enim diuina praestare non dubium
est et corporalibus spiritalia — et ideo qui uitam ueram desi-
derat illum panem expectat, qui per insensibilem substantiam
humana corda confirmat. simul cum dicit: non in pane
solo uiuit homo ostendit hominem esse temtatum, hoc est
susceptionem nostram, non suam diuinitatem.
21 Sequitur iactantiae telum, quo procliue delinquitur, quia 1340 A
dum homines gloriam uirtutis suae iactare desiderant, de
4, 9 loco meritorum suorum et statione decedunt. et duxit inquit
illum in Hierusalem et statuit eum supra pinnam
22 templi. ita enim est iactantia, ut dum se putat unusquisque
ad altiora conscendere, sublimium usurpatione factorum ad
inferiora trudatur. et dixit illi: si filius dei es, mitte te B

2 Ephes. 6, 12 7 Exod. 24, 18 8 Reg. III 19, 4 11 Ioh. 6, 32. 50 14 Ps. 103, 15

1 uiuet *X* dei *om. P* 2 quoḍ hominem *A* ab (b *eras.*) *E*, a *T* 3 aduersum *PL* incitamenta *A* inritamenta *cet.*, *fort. recte* saeptum] reptum *O* ereptum *F* (ere *in ras.*) repertum *V* septum *cet.* 5 comunis in (bi *s.* n *m2*) hoc (*s.* ar *m2*) cessit *A* 6 diuinis *P* (-ę *m3*) *L* pabolo (v *s.* o *pr. m3*) *P* parabolae (*m2* pabulo) *A* intentius (*in mg. m3* al. intentus) *A* 7 neclegat *A* neglegat *cet.* 13 expeçtat *V* 14 dixit *L* 15 ostendit (os *in ras.*) *P* 16 nostrâ (â *ex* ū *m2*) *P* 19 decidunt *Lγ et* (i *ex* e) *BOV* inquit illum *A* illum inquit *cet.* 20 pinnaculum *αO* 21 item (a *s.* em *m2*) *A* ea *G* 23 trudatur (t *pr. in ras.*) *P* tradatur *X* (v *s.* a *pr. m2 V*) trahatur *C*

23 deorsum. uere diabolica uox, quae mentem hominis de gradu
altiore meritorum praecipitare contendit. quid enim tam pro-
prium diabolo quam suadere ut unusquisque se mittat deor-
24 sum? disce ergo et tu diabolum uincere. agit te spiritus,
sequere spiritum. non te reuocet carnis inlecebra; spiritu
plenus disce contemnere uoluptates. ieiuna, si uis uincere.
consequens est ut per hominem diabolus te putet esse tem- C
tandum; Christus quasi fortior faciem ad faciem temtatur, tu
per hominem. et illud diaboli uerbum est, cum dicit homo:
'fortis es: manduca et bibe, et similis mane'. noli te tibi cre-
dere, non erubescas egere praesidiis, quibus non egebat
Christus. et tamen ea non neclegebat, ut te doceret dicens:
cauete ne grauetur cor uestrum in uino et crapula.
non erubuit Paulus, qui ait: sic enitor non ut aera cae-
dens. aera quidem non caedebat apostolus, sed potestates D
aerias uerberabat. sed castigo inquit corpus meum et serui-
tuti redigo, ne forte cum aliis praedicauerim, ipse
25 reprobus inueniar. simul infirmitatem suam diabolus mali-
tiamque designat, quia nemini potest nocere diabolus, nisi
ipse se miserit. nam qui relictis caelestibus terrena eligit
uoluntarium quoddam praecipitium uitae labentis incurrit.

13 Luc. 21, 34   14 et 16 I Cor. 9, 26 sq.

2 altiori *L* altiora (i *s.* a *alt.*) *G*   3 semittat (s *s. u. m3*) *P* se emittat (*in ras.*) *L*   deorsum χ, *om. cet.*   4 agit te *P* (t *pr. s. u. m3*) *et* (g *s. u. m2*) π*V* aget te (ait te *m2 in mg.*) *F* agite *L*   dĩ sps *C*   5 sequere xpm *A*   6 discit *PαBC*   8 faciem (m *eras.*) *PB*, (m *exp. m2*) π*V* facie *C*χ   temptator *X* (-ur *m2* π*V*)   9 diaboli illud γ   10 es] esto χ   manduca| (ca *extra u.*) et (*in ras.*) bibe *P*   te *om. L, eras. O*   11 quia eius (*in mg. m3* al. quibus) *A*   12 neclegebat *A* neglegebat *cet.*   te *s. u. P*, *om. X*   14 scs paulus *P*   enitor *A* (m *s.* n) *αBCE*γ*TX* certo *PL* pugilor *G*; *cf. de Hel. et ieiun. 79*   aerem *L*χ *et* (*m2 ex* agrum) *V* aera *ex* agrum π aeram *F et* (m *eras.*) *B*, (-em *m3*) *O*   16 aereas *L*π *et* (-ias *corr.*) *V* aeras *B*   19 neminem *ET*   nocere (no *in ras.*) *P*   diabolus nocere γ   20 ipse permiserit *A* (*in mg. m3* nisi ipse se miserit) *L*   diligit *A* (*in mg. m3* al. eligit) eligit (e *in ras.*) *B* elegit *αCX* (eligit *corr. V*)

simul quoniam telum suum diabolus uidit obtunsum, qui
omnes homines propriae subiecerat potestati, plus coepit quam E
hominem iudicare. sed dominus rursus ne ea quidem quae de
se fuerant prophetata ad arbitrium diaboli putauit esse facienda,
sed diuinitatis propriae auctoritate seruata uersutiae eius occur-
rit, ut quia scripturarum exemplum praetenderat, scripturarum
uinceretur exemplis; potestas enim deo uincere, scriptura mihi
26 uincit. disce hic quoque quia satanas transfigurat se uelut F
angelum lucis et de scripturis ipsis saepe diuinis laqueum
fidelibus parat. sic haereticos facit, sic euiscerat fidem, sic
iura pietatis inpugnat. ergo non te capiat haereticus, quia
potest de scripturis aliqua exempla proferre, nec sibi adroget
quod doctus uidetur. utitur et diabolus testimoniis scriptu-
rarum, sed non ut doceat, sed ut circumscribat et fallat.
cognouit aliquem adtentum religioni, uirtutibus clarum, signis
et operibus praepotentem: iactantiae tendit laqueum, ut huius-
modi uirum inflet tumore, quo pietati se non credat, sed 1341 A
credat iactantiae nec deo deputet, sed sibi adroget. ideoque
apostoli non in suo, sed in Christi nomine daemoniis impe-
rabant, ne adrogare sibi aliquid uiderentur. sic Petrus para-
lyticum curat dicens: in nomine Iesu Nazaraei surge et
ambula. disce etiam de Paulo fugere iactantiam. scio inquit
hominem, siue in corpore siue extra corpus nescio,

8 II Cor. 11, 14 19 Luc. 10, 17 21 Act. 3, 6 22 II Cor. 12, 3—5

1 quoniam] quando *FO et* (*ex* qm̄ *m2*) *V* obtunsum (n *s. u. eras.*) *P* obtusum *L* 3 iudicari *P* (-re *m3*) *L* 6 pretenderet (a *s.* ę *ult. m3*) *A* 7 enim est χ scriptura] qui *PL* 8 uicit *PL*χ uincet *B* se transfigurat *X* 10 paret *X* (i *s.* e *m2 V*) 14 sed *pr. om.* χ; non *s. u. m2 B* 15 *uerba inde a* cognouit *usque ad* iudaeorum *s. 61 desunt in A. exciderunt quaterniones duo; m. saec. XV in mg. adscripsit:* hic deficiūt qntēni (ē *s. u.*) duo cognouit (o *alt. ex* u, *ut uidetur*) *P* 18 ideo (*om.* que) *PL* *post* ideoque *add.* sed ille ne pietatis (s *eras.* π) quidem se credat iactantiae. denique *X* 21 nazarei *P m1 αB*π*V* nazorei *F* nazareni *P m3 cet.* 22 fugire *L et* (-ere *m3*) *P*, (*m2*) π

deus scit, quoniam raptus est in paradisum et audiuit
uerba ineffabilia, quae non licet homini loqui. pro B
huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor
27 nisi in infirmitatibus meis. ergo et hic diabolus, quoniam
fortem sensit, iactantiam praetendit, quae etiam fortes decipit;
4, 12 sed dominus respondit ei: non temtabis dominum deum
tuum. in quo et dominum et deum Christum et patrem et
filium potestatis unius esse cognoscis, iuxta quod scriptum
est: ego et pater unum sumus. et ideo si 'unum' obtendit
diabolus, occurre ei quia scriptum est: ego et pater unum C
sumus et distingue 'unum', ne discernas potestatem, distingue
4, 5 'unum', ne patrem filiumque secernas. et duxit illum diabolus iterum in montem altissimum et ostendit illi
28 omnia regna orbis terrae in momento temporis. bene
in momento temporis saecularia et terrena monstrantur. non
enim tam conspectus celeritas indicatur quam caducae fragilitas potestatis exprimitur; in momento enim cuncta illa prae- D
tereunt et saepe honor saeculi abiit, antequam uenerit. quid
enim saeculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non
sint saecula? docemur hic inanis ambitionis flabra despicere,
quod omnis dignitas saecularis diabolicae subiaceat potestati,
29 ad usum fragilis et inanis ad fructum. sed quomodo hic dat
diabolus potestatem et alibi legis quia omnis potestas a deo
est? numquid potest quis duobus dominis seruire aut a duobus E
accipere potestatem? num ergo contrarium est? minime. sed
uide quia omnia a deo. neque enim sine deo mundus, quia

9 Ioh. 10, 30  17 Sap. 5, 9  23 Rom. 13, 1  24 Matth. 6, 24

4 quando *FLOV*  5 sentit *α*  decepit *X et* (*corr.* decipit) *B*  7 ihm xpm *B*  8 cognoscit *Pχ*  9 ostendit *OVχ*  10 occurre *αT* occurre* *P* occurres *E* (s *in ras. 2 litt.*) *CL* occurrens *X* (n *eras.*) *V* occurris *B* occurrere *Gγ*  ego et pater unum *PL*, *om. cet.*  11 secernas (se *s. u.*) *P* discernas *X*  18 abit *C* habit (h *eras.*) *P* (*in quo* i *ex* e *m2*) *Lπ* (*om. deinde* esse)  19 esse saeculi *L* saeculi *om. P*  non sint saecula diuturna *PL*  23 legis π (i *ex* e) legitur *PL*  est a deo *T*  24 a duobus dominis *γ*  25 numquid *PL*

et mundus per ipsum factus; sed licet a deo factus sit,
tamen opera eius mala, quia saeculum in maligno positum est
et ordinatio mundi a deo, opera mundi a malo. ita etiam a
deo potestatum ordinatio, a malo ambitio potestatis. denique
non est inquit potestas nisi a deo, quae autem sunt a F
deo ordinatae sunt, non datae, sed ordinatae et qui resistit potestati dei inquit ordinationi resistit. hic quoque
licet dicat dare se diabolus potestatem, omnia tamen illa ad
tempus permissa sibi esse non abnuit. itaque qui permisit
ordinauit nec potestas mala, sed is qui male utitur potestate.
denique uis non timere potestatem? bonum fac, et ha- 1342 A
bebis laudem ex illa. non ergo potestas mala, sed ambitio.
denique eo usque a deo ordinatio potestatis, ut dei minister
sit qui bene potestate utitur. dei inquit minister est tibi
in bonum. non ergo muneris aliqua culpa est, sed ministri
nec dei potest ordinatio displicere, sed administrantis actio.
nam ut de caelestibus ad terrena deriuemus exemplum, dat
honorem imperator et habet laudem. quod si quis male honore
usus fuerit, non imperatoris est culpa, sed iudicis. habent B
reum suum crimina, non quia potestas unumquemque, sed
30 militia sua inplicat. quid ergo? bonum est uti potestate, stu-
dere honori? bonum si deferatur, non eripiatur. distingue tamen
hoc ipsum bonum. alius enim bonus in saeculo, alius perfectae
uirtutis usus; bonum est enim cognoscendae diuinitatis studium nullis occupationibus inpediri. nam etsi multa bona, una
tamen est uita aeterna. haec est autem uita aeterna, ut C

1 Ioh. 1, 10 2 I Ioh. 5, 19 5 et 6 Rom. 13, 1 sq. 11 Rom. 13, 3 14 Rom. 13, 4 26 Ioh. 17, 3

1 factus est *CLXχ* 2 in maligno sclm γ 8 se dare *PL* 10 his *L et* (h *eras.*) *PG*, is *s. u. V*, *om.* π 13 eo usque a deo] eo usque *G* a deo usque γ*T* adeo (*s. u. m2* a deo) usque *E* 14 dni *EGT* 15 muneratoris χ sed (d *s. u.*) *P* 17 deriuemus *CG*γ*T* deriuemur *P m1 L* diriuemus *P m3 E* (di *ex* de) *cet.* 23 alius (d *s.* s *m3*) *P* bonus (-ū *m3*) *P* 25 inpedire *P* (-ri *m3*) *LX* et simulata (a *pr. eras.*) *P* una *om. X* (optima *s. u. m2 V*)

cognoscant te solum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. et ideo uitae aeternae maximus fructus et solus deus uitae remunerator aeternae est: solum deum et dominum nostrum adoremus et ipsi soli seruiamus ut solus ipse nos fructu remuneretur amplissimo, fugiamus omnia quae diabolicae subiacent potestati, ne tamquam malus tyrannus in eos quos intra suum regnum inuenerit acceptae

31 saeuitia potestatis utatur. non ergo a diabolo potestas est, D sed obnoxia tamen insidiis diaboli. nec tamen ideo mala ordinatio potestatum, quia malo obnoxiae potestates: bonum enim est deum quaerere, sed quidam ipsius inquisitionis anfractus et error obrepit. nam si inquisitor in sacrilegium scaeua interpretatione uertatur, in deterius uertitur quaerentis offensa quam si non quaesisset. nec tamen inquisitionis, sed quaesitoris est culpa, nec inquisitio obnoxia malo, sed quaerentis adfectus. quodsi is qui deum quaerit propter fragilitatem E carnis et mentis angustias saepe temtatur, quanto magis qui saeculum quaerit obnoxius est! atque hoc ipso perniciosior ambitio, quod blanda quaedam est conciliatricula dignitatum. et saepe quos uitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subuertere facit ambitio criminosos. habet enim forensem gratiam, domesticum periculum et, ut dominetur aliis, prius seruit. curuatur obsequio, ut honore donetur, F et, dum uult esse sublimior, fit remissior, cum in ipsa

4 Deut. 6, 13, Matth. 4, 10 19 Cic. pro Sestio 21

1 cognuscamus *P m1* cognoscam *P m2* (*m3* cognoscant) *L* uerum *om. X* 3 et] est *CX* est quia *B* remunerator uitae *X* 7 accepta *X* 9 obnoxia (-ae *m3*) *P* 10 potestates *P m1* potestatis *P m3 Oπ et* (is *ex* es *m2*) *V* 11 est *P* (s *s. u. m3*) et *Lγ* 12 et *s. u. E, om. γ* s*eua *E* (*in mg.* ł sceua) saeua *T* (*in mg.* ł sceua) *BX* 13 interpetrationem *P* (t *pr. ex* p *m2;* m *eras.*) interpretationem *X* (m *exp.* π) uersatur *X* uertitur] uertatur *P* 16 his *PCX* (h *eras. Pπ*) 17 et] seu *X* 21 subuertere] subruere *PL* 22 periculum] scelus *PL* 23 obsequium *P* (ad *ante* obsequium *s. u. m3*) *L* 24 *post* sublimior *add.* simulata h. fit uilior et *PL*

potestate quod praecellit alienum sit; legibus enim imperat,
sibi seruit.
32 Dicet fortasse aliquis quia solus qui malum fecerit timet;
tamen qui mare nauigat plus timet. et contra in inmobili terra-
rum statione consistens non solet timere naufragium; at si 1343 A
mobile conscendat elementum, frequentioribus obnoxius fit peri-
culis. fuge ergo saeculi mare: naufragium non timebis. etsi
frequenter arborum uertices spirantium uerberent flabra uen-
torum, solidatis tamen radicibus nullus occasus est; at in
mari furentibus uentis, etsi non omnium naufragium, omnium
tamen periculum est. ita etiam aduersis flatibus nequitiae spiri-
talis nullus in harena uel in salo tutus est, et naues Tharsis
33 uehementi saepe spiritu conteruntur. haec moraliter. ceterum B
quod ad mysticum ordinem spectat, cernis uetusti erroris uin-
cula suis resoluta uestigiis, ut primo gulae, secundo facilitatis,
tertio ambitionis laqueus solueretur. perlectus est enim Adam
cibo et in locum interdictae arboris sententiae facilitate trans-
gressus temerariae quoque ambitionis crimen incurrit, dum
similitudinem diuinitatis adfectat. et ideo prius dominus ueteris
nexus soluit iniuriae, ut nos iugo captiuitatis excusso uincere C
34 crimina scripturarum praesidio disceremus. quod si dominus
Iesus propria non desiderauit, tu aliena cur quaeras? si crea-
tor omnium saeculi gloriam subeundae paupertatis uirtute con-
temsit, cur tu fastidias quod natus es, adpetas quod indebitum
est? cur ea quae ad usum tibi diuturna esse non possunt ad
supplicium diuturna deposcas? caue insidias, caue fraudes. et D
hoc ipso quod ad subruendum hominem totum uersuta dia-

11 Ephes. 6, 12 13 Ps. 47, 8 18 Gen. 3, 5

3 dicet *P m1 LX* dicit *P m3 cet.* 4 tamen et χ (et *exp. G*) in *om. PaGL* 6 obnoxius *om. PL* 7 mare et *PL* 11 ita enim *PL* 12 tharsis (r *s. u.*) *P* 14 expectat *X* 15 secunda *P* (o *s.* a *m3*) *L* 18 quo*** (que *eras.*) | que *P* crimen *s. u. P* 22 quaeris χ 23 gloria *FOV* paupertates (i *s.* e *alt. m3*) *P* uirtutis *X* (e *s.* is *m2.* π) 24 fastidias (i *alt. s. u.*) *P* 25 ad usum] adsunt *X* diurna *E*γ*T* 27 subuertendum *B* uersutia *PL*

bolus mundum fraude concutiat, totis saeculi pugnet inlecebris, eius tibi blanditiae plus cauendae. non Euam cibus flexerat, non mandatorum destituerat obliuio, sed promissi honoris ambitio inlecebrosa decepit. quae si solum dominum adorare uoluisset, indebita non quaesisset. et ideo remedium datur, quo telum ambitionis obtundas, ut soli domino seruiamus; caret enim ambitione religiosa deuotio.

35 Et consummata omni temtatione diabolus re- E
4, 13 cessit ab illo usque ad tempus. prope omnium criminum fontes haec tria genera demonstrantur esse uitiorum; neque enim consummatam omnem temtationem scriptura dixisset, nisi in his tribus esset omnium materia delictorum, quorum semina in ipsa origine sunt cauenda. finis ergo temtationum finis est cupiditatum, quia causae temtationum causae cupiditatum sunt. causae autem cupiditatum sunt carnis oblectatio, F species gloriae, auiditas potentiae. quam religiosum uidetur ut conmorationem Christianae feminae non recuses! sed crebra inde temtatio. si adtentos deo uiderit diabolus, suggerit ut decipiat; sed tu quamuis de proposito praesumas, caue temtationem sciens naturam. haec tria, si recorderis, etiam Paulus cauenda praescripsit designans tres esse species peccatorum, a quibus liber exspectato iustitiae coronam. neque enim inquit in uerbo adulationis fuimus neque in occasione auaritiae, deus testis est, neque gloriam 1344 A
quaerentes ab hominibus, et ideo diabolum uicit, coro-
36 nam petiuit. uides ergo ipsum diabolum non esse in studio

22 II Tim. 4, 8, I Thess. 2, 5 sq.

1 totius *X* 2 blanditiae (e *eras.*) *P* , cauenda est *PL* 4 inlecebrosa (sa *s. u.*) *P* 5 et indebita *LX* 6 seruias *EγT* seruies *G* 11 consummata (-tam *αOV*) omni (omnem *B*) temptatione *αBXγ* 13 cauenda sunt *X* 17 conme | morationem (me *eras.*) *P* commemorationum *πV* (me *del. m2 V*) commorationum *FO* cristianę (i *alt. ex* e *m2*) *P* 19 proposito (o *pr. in ras.*) *P* praeposito *X* 20 s̄cs paulus *P* 21 prescribsit (p *s. u. m3*) *P* praescribsit (s *alt. s. u.*) *V* praescribit *C* 22 expectatio *L* expectato (o *eras.*) *πV* expectat *Bγ* 23 inquit *om. X* occansione (n *pr. eras.*) *P* 25 ut ab *α et* (ut *eras.*) *P* uincit *X*

pertinacem. cedere uerae solere uirtuti. et si inuidere non
desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit trium-
4, 13 phari. audito itaque dei nomine r e c e s s i t inquit u s q u e a d
t e m p u s; postea enim non temtaturus, sed aperte pugnaturus
aduenit.

37 Docet igitur te scriptura diuina non tibi contra carnem et B
sanguinem, sed contra insidias spiritalis esse certamen. uides
magnificentiam Christiani uiri, qui certat cum rectoribus mundi
et licet constitutus in terris aduersus spiritalia nequitiae quae
sunt in caelestibus animi uirtute decernit. non enim de ter-
renis contendimus, ut dimicemus in terra, sed spiritalibus
propositis praemiis de regno dei et Christi hereditate necesse
est spiritalia prius inpedimenta superentur. corona proposita
est, subeunda certamina sunt. nemo potest nisi uicerit coro- C
nari, nemo potest uincere, nisi ante certauerit. ipsius quoque
coronae maior est fructus, ubi maior est labor; a r t a enim
e t a n g u s t a e s t u i a, q u a e d u c i t a d u i t a m, l a t a u e r o
e t s p a t i o s a, q u a e d u c i t a d m o r t e m. et ideo temtationem
neutiquam timere debemus; est enim causa uictoriae, materia
38 triumphorum. diues ille, qui temtationem non sensit in sae-
culo, in poenis est apud inferos, pauper ille Lazarus. qui ita
paupertate morboque adflictus est et adtritus, ut uibices eius D
a canibus lamberentur, uitae istius labore miserabilis coronam
gloriae quaesiuit aeternae; m u l t a e enim t r i b u l a t i o n e s,
non quorumcumque, sed i u s t o r u m. denique quos diligit
dominus saepe castigat. Petrus temtatus est ut negaret, nega-

6 et 9 sq. Ephes. 6, 12 12 Ephes. 5, 5 13 I Cor. 9, 25 14 II Tim. 2, 5 16 Matth. 7, 13 sq. 20 sqq. Luc. 16, 19 sqq. 24 Ps. 33, 20 25 Prouerb. 3, 12, Hebr. 12, 6 26 Luc. 22, 54 sqq.

1 uero γ uere (e *alt. ex* o *m2*) *C* 2 triumphari* (m *ex* n *m3*, a *eras.*) *P* 4 postea (s *s. u.*) *P* 7 spiritalis *P m1 X* (-es *m2 Pπ V*, *m3 O*) 10 decertat *α et* (nit *s.* tat) γ 12 praemiis propositis γ 14 potest nisi (t *alt. et* n *in ras.*) *P* nisi qui *αLχ* uiceret (t *s. u.*; -it *m2*) *P* conari *X* (coronari *m2 Oπ*) 16 labor maior est *αBχ* labor est maior *X* enim *om.* γ 17 uia est *X*. 19 materia *om. X* 22 uibices (b *ex* u *m2*) *P*

uit ut fleret. et quid de ceteris dicam? nempe Iob erat probatus deo, sed licet probatus erat, uictor tamen non erat. probata erat deuotio, uirtutis tamen praemium non habebat, et ideo temtandus offertur, ut gloriosior redderetur. E

39 Illius quoque certaminis refert ut gradum spectes: non unum telum diabolus habet, frequentat spicula, ut aut praemio uincat aut taedio. primo cupiditate uulnerat, secundo pietate, tertio sanitate; mentis enim pariter et corporis pugnat ulceribus. diuersitas quoque ipsa temtationum pro diuersitate certantium est. auaritiae damno diues urguetur, pater dispendio filiorum, homo doloribus, corpus ulceribus. quanta haec tela! F unde dominus noluit habere quod perderet, et ideo pauper huc uenit, ne haberet diabolus quod auferret. uis scire quam uerum sit? ipsum dominum dicentem audi: u e n i t h u i u s m u n d i p r i n c e p s e t i n m e i n u e n i t n i h i l. noluit etiam paucorum pater esse, ut esset omnium — frustra autem corporis temtaretur ulceribus qui contemneret omnes corporis passiones — simul ut ostenderet nobis quod inmaculata sibi corporis hoste depulso uictoria deberetur. sed ille quasi homo suis temtatur, hic publicis, illi patrimonium aufertur, huic regnum orbis offertur. 1345 A nec totus sine fraude diabolus, qui exasperare dei filium uereretur: illum iniuriis temtat, hunc praemiis. ille quasi seruulus dicit: d o m i n u s d e d i t, d o m i n u s a b s t u l i t, hic naturae suae dispositionisque cônscius sua sibi ridet offerri.

1 Iob 1, 8; 2, 3  4 Iob 1, 12; 2, 6  12 II Cor. 8, 9  14 Ioh. 14, 30  16 Iob 29, 16  23 Iob 1, 21

2 a deo $\chi$  2 probatus esset *PL*  5 refertur *E* (ur *eras.*) $\gamma$*T* expectes *PL et* (e *ult. ex* a *m2, s. l* expetas) *V* expectas $\pi$ expectis *F et* (e *s.* i) *O*  7 cupiditatem $\alpha$*BCEV et* (m *eras.*) $\gamma$  8 pietatem *P* (m *exp.*) *CEV*  sanitate *G*$\gamma$ sanitatem *cet.* (m *exp. PL*, *eras. O*)  10 urguetur (u *alt. eras.*) *P*  11 quanta (ta *in ras.*) *V* quando *FO*$\pi$  12 et ideo p. h. uenit *om. PL*  13 ne] ut *P* (non *add. s. u. m2*) *L*  15 inuenit $\alpha$*CX*, inueniet *cet.; cf. de Abr. II 62, de Isaac 55, de Iacob II 24, de fug. saec. 23*  16 esse pater $\chi$  17 contemnebat *PL* contemserit (s *ex* n) $\pi$  omnis *X* (-es *corr. O*$\pi$*V*)

et ut ad illud reuertamur, ingruit nuntius super nuntium, con-
geminant uulnera, nec tamen fortis athleta mente turbatur.
adhibetur mulier primae fraudis inlecebra, hic per uirginem
natus errori obnoxiam non habebat. amici adhibentur, qui pra-
uis consiliis opprimant reluctantem, sed in omnibus quae B
acciderunt ei nusquam peccauit Iob labiis suis in
40 conspectu dei. nam quod maledicit diei dicens: pereat
dies illa, in qua natus sum et infra: et maledicat ei
is qui maledixit diem illum, qui habet magnum
cetum opprimere, ad prophetiam pertinet, eo quod dia-
bolum tamquam procellosi saeculi istius cetum dominus noster
Iesus Christus oppressit et generationis suae carnalis diem
perire desiderat, ut dies eius in regeneratione numeretur. C
'pereat' inquit 'dies saecularis, ut dies spiritalis oriatur'. ergo
in temtatione sanctus Iob mysteria loquebatur; qui enim uin-
cebat saeculum Christum uidebat.

41 Nos igitur non timeamus temtationes, sed magis temtatio-
nibus gloriemur dicentes: 'cum infirmamur, tunc potentes
sumus'; tunc enim nectitur corona iustitiae. sed illa Paulo
fortassis adcommoda, nos autem, quia plures coronae sunt, D
quamcumque sperare debemus. in saeculo laurus corona est,
corona est scutum. at uero tibi proposita est corona delicia-
rum; corona enim deliciarum obumbrabit te. et alibi:
scuto uoluntatis suae circumdabit te, gloria quoque
et honore quem dilexit dominus coronauit. ergo qui uult coro-
nam dare temtationes suggerit, et si quando temtaberis,

1 Iob 1, 14 sqq. 3 Iob 2, 9 4 Iob 2, 11 sqq. 5 Iob 2, 10 7 Iob 3, 3 8 Iob 3, 8 18 II Cor. 12, 10 19 II Tim. 4, 8 22 Ps. 5, 13 23 Prouerb. 4, 9 24 Ps. 5, 13; 8, 6

1 supra *X* 3 fraudis (i *ex* e *m3*) *P* 6 acciderant *Eγ T* 7 quod] cum *BC* 8 et *om. GO* 9 his (h *eras.*) *P*, *om. X* 10 cetum *BEGT* coetum *cet.* 11 cetum *αBEG* cętum *C* coetum *cet.* 17 in temptationibus *γ* 18 cum] quando *γ* tunc fortes *B* 20 fortassęs (i *s.* e *m3*) *P* 21 saeculo autem *αB* 22 est *post* corona *om. αBG et* (*in quo* corone) *γ* tibi uero (*om.* at) *B* 25 coronabit (b *ex* u) *B* 26 temptaueris *E* (-beris *corr.*) *γ* temptauerit *α* temptaris *X*

cognosce quia paratur corona. tolle martyrum certamina, tulisti
42 coronas; tolle cruciatus, tulisti beatitudines. nonne temtatio E
Ioseph uirtutis est consecratio, nonne iniuria carceris corona
est castitatis? quemadmodum regni in Aegypto consortium
potuisset adipisci, nisi uenditus fuisset a fratribus? quod dei
factum arbitrio, ut iustus probaretur, ipse monstrauit dicens:
quemadmodum fieret in hodierno ut pasceretur
populus multus? non debemus igitur temtationes saeculi
pro malis timere, quibus bona praemia conparantur, sed magis
rogare contemplatione condicionis humanae, ut eas temtationes F
subeamus quas ferre possimus.
43 Et regressus Iesus in uirtute spiritus in Gali-
4, 14 laeam. conpletur hoc loco prophetia Esaiae dicentis: regio
Zabulon et terra Neptalim et ceteri paraliam inha-
bitantes et qui secus maritima et trans Iordanen 1346 A
Galilaeae gentium, populus qui sedebat in umbra
mortis, lucem uiderunt magnam. quis est enim lux
magna nisi Christus, qui inluminat omnem hominem uenien-
tem in hunc mundum? deinde librum accepit, ut ostenderet
44 se ipsum esse qui locutus est in prophetis et remoueret sacri-
4, 17 legia perfidorum, qui alium deum dicunt ueteris testamenti,
alium noui uel qui initium Christi dicunt esse de uirgine;
quomodo enim coepit ex uirgine qui ante uirginem loquebatur: B
spiritus domini super me? uides trinitatem coaeternam
45 atque perfectam. ipsum loquitur scriptura Iesum deum homi-
4, 18

2 Gen. 39, 7 sqq. et 20 4 Gen. 41, 43 5 Gen. 37, 28 7 Gen. 50, 20 13 Esai. 9, 1 sq. 18 Ioh. 1, 9

1 martyrium *PLX* (i *eras. P, exp. V*, -ii *m2 O*) 4 quaeadmodum *P* (quem- *m3*) *L* quemadmodum (e *in ras.*) *B* 5 possit *X* fuisset *om. X* 6 factum est *FOV* 8 temptationes (s *s. u. m3*) *P* 9 conputantur *X* 13 profetiae suoedicentis (*m3* profetia isaię dicentis) *P* 14 nepthalim *BLX* et *om. B* paraliam *Erasmus* parsaliam *αL* parsalia *BX* pharsaliam *C* farsaliam *PE* farsalia *GγT* 15 maritimam *BFLOV* iorda*nem (n *eras.*) *P* iordanem *EGγX* 20 loquutus *FOV* 22 de] ex *χ*

nemque, in utroque perfectum: loquitur et patrem et spiritum sanctum. sanctus enim spiritus cooperator ostenditur, quando corporali specie sicut columba descendit in Christum, cum dei filius baptizaretur in fluuio, pater loqueretur e caelo. C
quod igitur maius quaerimus testimonium quam quod se fuisse qui locutus est in prophetis propria uoce signauit? ungitur oleo spiritali et uirtute caelesti, ut paupertatem condicionis humanae thesauro resurrectionis rigaret aeterno, captiuitatem mentis auerteret, caecitatem inluminaret animorum, annum domini perpetuis diffusum temporibus praedicaret, qui redire in orbem laboris nesciat, continuationem fructus hominibus et quietis indulgeat. atque ille ita ad omnia se curua- D
uit obsequia, ut ne lectoris quidem aspernaretur officium, nos uero inpii, qui diuinitatis fidem miraculis operum colligendam contemplatione corporis negabamus.

46 Amen dico uobis quod nemo propheta acceptus
4, 21 est in patria sua. non mediocriter inuidia proditur, quae
ciuicae caritatis oblita in acerba odia causas amoris inflectit. E
simul hoc exemplo pariter et oraculo declaratur quod frustra
opem misericordiae caelestis exspectes, si alienae fructibus
uirtutis inuideas; aspernator enim dominus inuidorum est et ab
his qui diuina beneficia in aliis persecuntur miracula suae
potestatis auertit. dominicae quippe carnis actus diuinitatis
exemplum est et inuisibilia nobis eius per ea quae sunt uisi-
47 bilia demonstrantur. non otiose itaque saluator excusat quod
nulla in patria sua miracula uirtutis operatus sit, ne fortassis F
aliquis uiliorem patriae nobis esse debere putaret adfectum.

3 Luc. 3, 22   6 II Petr. 1, 21   13 Luc. 2, 46   24 Rom. 1, 20

1 utrumque *X*   deum loquitur *PL*   2 scm spm *X*   sps enim scs *χ*   3 discendit (desc. *m3*) *P*   4 filium (m *eras.*, s *s. ras. m3*) *P*   de caelo *X*   8 captiuitatem *post* caecitatem *transponunt P* (*corr. m3*) *L*   9 animarum *GγX*   12 ita ille se ad omnia *X*   13 ne] nec *X*   neglectoris eiusdem *B*   15 contemplationem (m *exp. m3*) *P*   18 ciuicae *PaBχ* auice *L* uicē π uices *F* (*in mg.* ciue), *O* (s *m3*), *V* (s *s. u.*, *in mg.* ciue, *del. m2*) ciuilitatis quae *C*   odio *P* (i *s.* o *alt. m2*) *L*   21 deus *PL*   24 eius nobis *X*

neque enim ciues poterat non amare qui amaret omnes, sed
ipsi se caritate patriae qui inuident abdicarunt; caritas enim
non aemulatur, non inflatur. nec tamen exsors benefi-
ciorum patria diuinorum est. quod enim maius miraculum
quam quod in ea natus est Christus? uidete igitur quid mali 1347 A
inuidia adferat. indigna propter inuidiam patria iudicatur, in
qua ciuis operetur, quae digna fuit in qua dei filius nasce-
retur.

48 In ueritate dico uobis: multae uiduae fuerunt
4, 25 in diebus Heliae. non quia Heliae dies fuerunt, sed in
quibus Helias operatus est aut quia dies faciebat illis qui in
eius operibus lucem uidebant gratiae spiritalis et conuerte- B
bantur ad dominum. et ideo aperiebatur caelum uidentibus
aeterna et diuina mysteria, claudebatur quando fames erat,
49 quia nulla erat cognoscendae diuinitatis ubertas. sed de hoc
4, 25 plenius scripsimus, cum de uiduis scriberemus. et multi
leprosi erant temporibus Helisaei prophetae, et
4, 27 nemo eorum mundatus est nisi Neman Syrus. eui-
denter hic sermo nos domini salutaris informat et ad studium C
uenerandae diuinitatis hortatur, quod nemo sanatus ostenditur
et maculosi morbo corporis absolutus nisi qui religioso officio
studuit sanitati; non enim dormientibus diuina beneficia, sed
obseruantibus deferuntur. et bene apto conparationis exemplo
adrogantia ciuium retunditur inuidorum dominicumque factum
scripturis docetur ueteribus conuenire, quod in libris quoque
Regnorum legimus gentilem uirum Neman prophetico oraculo D

2 I Cor. 13, 4 13 Ioh. 1, 51; cf. Gen. 28, 12; Reg. III 17, 1; 18, 1 16 cf. de uiduis 3, 17—20 26 Reg. IIII 5, 14

14 claudebantur (n *eras.*) *P*, (n *exp. m2*) *B* famis *BEGγX* (-es *corr. BEγπ*) 15 sed ... scriberemus *om. P* 17 heli*sei (h *s. u. m3*; s *eras.*) *P* elisaei *L* 18 neman *Pπ* neaman *EγT* neeman *C* naeman *B* naanman (a *alt. in ras.*) *G* naaman *αO et* (aa *ex* e) *LV* naman *F* 19 studium *om. X* (cultū *post* diuinitatis *s. u. m2 add. V*) 21 maculoso *LX* religiosum *P* (-so *m2*) *L* officium *L* 24 recondetur *X* (-ditur *m2 π*, ł retunditur *s. u. m2 V*) 26 neman *PBγπ* neeman *CE* neaman *T* naaman *V* (aa *ex* e) *cet.*

leprae maculis absolutum, cum plurimos Iudaeorum lepra cor-
poris pariter et mentis absumeret; siquidem etiam quattuor
illos qui cogente fame in castra primi regis Syriae tetenderunt
tradat historia fuisse leprosos. cur igitur non curabat fratres,
non curabat ciues, non sanabat propheta consortes, cum sana-
ret alienos, sanaret eos qui obseruantiam legis et religionis
consortium non habebant, nisi quia uoluntatis est medicina,
non gentis et diuinum munus uotis eligitur, non naturae iure E
defertur? disce rogare quod cupias inpetrare; fastidiosos uiros
50 caelestium profectus munerum non secuntur. sed quamuis sim-
plex expositio moralem informet adfectum, gratia tamen non
est occulta mysterii. etenim cum posteriora a superioribus
deriuentur, tum etiam superiora posterioribus adstruuntur.
diximus enim in libro alio in uidua illa ad quam Helias direc-
tus est typum ecclesiae praemissum. populus ecclesiam con-
gruit ut sequatur. populus ille ex alienigenis congregatus, F
populus ille ante leprosus, populus ille ante maculosus, prius-
quam mystico baptizaretur in flumine, idem post sacramenta
baptismatis maculis corporis et mentis ablutus iam non lepra,
sed inmaculata uirgo coepit esse sine ruga. merito ergo ma-
gnus Neman in conspectu domini sui et admirabilis facie descri-
bitur, quoniam in eius typo salus futura gentibus declaratur,

2 Reg. IIII 7, 3 sqq. 14 cf. de uiduis 3, 16 20 Ephes. 5, 25
21 Reg. IIII 5, 1 sqq.

2 adsumeret *P* (abs. *m3*) *LX* (abs. *graphio corr. V*) etiam *om. P* IIII *PCL* 3 primi *post* Syriae *transponit ed. Rom.* 4 tradat *P m1* *BLχ* (i *s.* a *alt. E*) tradit *P m3 α* tradidit *C* tradet *X* (-it *m2 V*) hystoria *P* leprosos (-os *ex* -us; p *ex* b *m3*) *P* 9 disce xpiane *C* fastidiosos (os *alt. ex* us) *P* 10 numerum *FO et* (mun *s.* num *m2*) π munerum (mune *in ras. et s.* mune *ras.*) *V* sequuntur *αFLOTV et* (quu *ex* cu) *E* 14 in uidua illa] uiduam *X* 16 populus (o *s.* u *alt. m2*) π populos *B et* (os *ex* us *m2*) *O* populos** (v *s.* o *alt.*) *V* ecclesiam (ł ecclę *s. u. m3*) *P* ecclesiae *T et* (ae *ex* am) *E* ad ecclesiam *O* (ad *s. u.*) π congregauit *BX* 17 populos (v *s.* o *alt. m3*) *P* 19 ablutum (s *s.* m *m3*) *P* 20 sed inmaculata *om. P* 21 neman *PB*π neeman *E* neęman *C* neaman γ*T* naaman *V* (aa *ex* e) *cet.*

qui sacratae consilio puellae, quae fractis uiribus ciuium in
hostilem captiua uenerat potestatem, a propheta salutem spe- 1348 A
rare commonitus non terreni regis imperio, sed diuinae miseri-
51 cordiae liberalitate sanatur. cur mystico numero mergere iube-
tur? cur Iordanis flumen eligitur? nonne bonus inquit Abana
et Pharphar fluuii Damasci prae Iordane? sed ira-
tus hos praetulit, Iordanem meditatus elegit; nescit enim ira
mysterium, fides nouit. disce baptismatis gratiam salutaris:
qui leprosus merserat fidelis emersit. disce spiritalia sacra-
menta signari: corporis remedium petitur, mentis adquiritur. B
abluitur caro, adfectus abluitur. non enim magis corporis quam
mentis lepram uideo fuisse mundatam, quando post baptismum
ueteris erroris conluuione detersa negat se diis alienis hostias,
52 quas spondet domino, litaturum. disce etiam congruae prae-
cepta uirtutis: probauit fidem qui praemia recusauit. disce
utroque dictorum factorumque magisterio quid sequaris. habes
domini praeceptum, uatis exemplum gratis accipere, gratis C
dare nec uendere ministerium, sed offerre; non enim pretio
taxatur dei gratia nec in sacramentis lucrum quaeritur, sed
obsequium sacerdotis.
53 Non tamen sat est si lucrum ipse non quaeras: familiae
quoque tuae cohibendae manus sunt. nec hoc solum exposcitur,
ut te solum castum inmaculatumque custodias; non enim

5 Reg. IIII 5, 12 13 Reg. IIII 5, 17 17 Matth. 10, 8

1 solutae *P* (o *ex* a *m3*) *L* sacre *G* sacrati *X* (-o *m2*) frac*tis *P* 3 commonitus (o *alt. ex* u) *P*, (*ex* cōminutus *m2*) *G* 4 sanetur *FO et* (e *ex* a) *V* mergere (i *s.* e *alt. et* re *exp. m3*) *P* mergeri *V* 5 fluuius *Bχ* boni *BC et* (i *ex* us) *T* abana *αBFLO et* (*in mg. m2* abranā) *T*, (a *alt. in ras. 2 litt.*) *V*, abanna (anna *m. ant. in ras.*) *P*, abanaṃ *γ*, abrathon *G*, abrana *π*, abranam *E*, abaron *C* 6 pharphar *P* (*in ras. m. ant.*) *T* (r *pr. in ras., in mg. m2* phartham) farfhar *FO* farshar (r *alt. s. u.*, farsh *in ras.*) *V* pharfan *L* phardan *G* pharatham (a *alt. eras.*) *γ* phartham *E* parthan *αBπ et* (*s. m1* farfan) *C* iordanem (m *exp. m3*) *P* 8 spiritalis *C* 14 spondit *Xχ* (-et *corr. E*) spoponderat *αC* 18 mysterium *PLX* 21 satis *CFO et* (is *s. u. m2*) *αV*

dixit apostolus 'te solum', sed te ipsum castum custodi.
quaeritur ergo non solum tua ab huiuscemodi nundinis, sed D
etiam domus tuae castitas; oportet enim esse inreprehensibilem sacerdotem, suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo ecclesiae diligentiam habebit? instrue ergo familiam, hortare, custodi et, si te fefellerit seruulus — humanam enim non excipio facultatem — prophetico deprehensus repudietur exemplo. cito turpem sequitur lepra mercedem et
pecunia corpus animumque male quaesita conmaculat. acce- E
pisti inquit pecuniam et possidebis ex ea agrum et uineam et oliueta et greges. et lepra Neman adplicabit se in te et semini tuo usque in aeternum. uides quia facto auctoris successio damnatur heredis; inexpiabilis est enim uenditi culpa mysterii et gratiae uindicta caelestis transit ad posteros. denique Moabitae et ceteri non intrabunt usque ad tertiam et quartam generationem, tam diu uidelicet, ut simplicius inter-
pretemur, donec culpam auctorum multiplicis successio F
54 generationis aboleret. sed cum illi qui in deum idolatriae errore deliquerunt in quartam generationem uideantur esse multati, profecto durior uidetur esse sentientia, qua Giezi semen usque in aeternum pro cupiditate habendi prophe-

1 I Tim. 5, 22 3 I Tim. 3, 2—5 11 Reg. IIII 5, 26 sq. 17 Deut. 23, 3

4 domus *aX* bene *om. X* 7 ecclesiae dei *LX, recte puto* habebit (b *alt. in ras.*) *P* familiam tuam *C* 13 uinea *F* uineas (s *s. u. m2*) *V* uineta *O* neman *B* (*qui add.* syri) π neeman *PE* neeman *C* neaman γ*T* naaman *V* (aa *ex* e) *cet.* adherebit tibi et χ 14 et in (in *eras. O*) semini (-e *m2* π*V*) *X* usque *om. G* 18 *post* intrabunt *add.* ecclesiam *a*, in ecclesiam *ed. Rom.*, in ecclesiam dei *Maurini ex Gratiano; cf. p. 120, 22* 21 idolatria *P* (o *s.* a *alt. m2*) *L* dereliquerunt γ de**liquerint *E* deliquerint *X* delinquerint *aG*

tica auctoritate damnatur, praesertim cum dominus noster
Iesus Christus per lauacri regenerationem omnibus remissio-
nem dederit peccatorum, nisi ut uitiorum magis quam generis
semen intellegas? sicut enim qui filii promissionis sunt 1349 A
aestimantur in semen bonum, ita etiam qui filii erroris sunt
aestimantur in semen malum. nam et Iudaei ex patre diabolo
non utique carnis successione, sed criminis. ergo omnes
cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitiis suis possident
et male quaesita mercede non tam patrimonium facultatum
quam thesaurum criminum congregarunt aeterno supplicio et
breui fructu. nam cum diuitiae sint caducae, poena perpetua
est, quia neque auarus neque ebriosus neque idolis seruiens B
regnum dei possidebit.

4, 28 sq. Et repleti sunt ira omnes in synagoga haec audi-
entes et surrexerunt et eiecerunt illum extra ciui-
55 tatem. sacrilegia Iudaeorum, quae multo ante dominus
praenuntiauerat per prophetam et psalmi uersiculo declarauerat
quae passurus esset in corpore constitutus dicens: retribue-
bant mihi mala pro bonis, in euangelio docet esse con- C
pleta. nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi
iniurias inrogabant. nec mirum si perdiderunt salutem, qui
eiecerunt de suis finibus salutarem; moralis enim dominus
et qui docuerit exemplo sui apostolos suos omnibus omnia
fieri nec uolentes repudiat nec inuitos alligat nec eicientibus

2 Tit. 3, 5 4 Rom. 9, 8, Galat. 4, 28 6 Ioh. 8, 44 12 I Cor. 6, 9 sq. 18 Ps. 34, 12 22 Matth. 8, 34 23 I Cor. 9, 22

1 noster *om. X* 3 *post* peccatorum *add. Gratianus* cur ergo Giezi semen in eternum dampnatur 4 promissionum *Gratianus* 4 *et* 5 existimantur *Gratianus* 5 filii *om. Gratianus* 6 diabolo sunt *Gratianus* 8 quaesitam mercedem *X* 9 patrimonio *FπV* patrimonii facultatem *Gratianus* thensaurum (n *eras.*) *B* 10 congregauerunt *X* 11 poenam (m *eras.*) *P* 14 omnes ira *X et* (*siglis* ⁄· *s. positis*) *E* 17 prophetas *C* 22 saluatorem *PL* salutarem (saluatorem *corr.*) γ 23 docuerat *CGLO* docuerunt (a *s.* un *m2*) *P*

reluctatur nec rogantibus deest. sic Gerasenos alibi, cum
uirtutes eius sustinere non possent, quasi infirmos et ingratos
56 reliquit. simul intellege non ex necessitate fuisse, sed uolun- D
tariam corporis passionem nec captum a Iudaeis, sed a se
oblatum. etenim quando uult capitur, quando uult labitur,
4, 29 quando uult suspenditur, quando uult non tenetur. et hic in
supercilium montis praecipitandus ascenderat et ecce per me-
dium illorum mutata subito uel obstupefacta furentium mente
descendit; nondum enim hora uenerat passionis. quin etiam
malebat adhuc Iudaeos sanare quam perdere, ut inefficaci fu- E
roris exitu desinerent uelle quod inplere non possent. uides
igitur et hic diuinitatis esse quod operatus est et illic uolun-
tatis esse quod captus est. nam quemadmodum a paucis teneri
potuit, qui a populo non tenetur? sed noluit sacrilegium esse
multorum, ut in auctores culpae crucis inuidiam retorqueret
atque a paucis quidem adfigeretur, sed pro toto orbe more-
retur.

, 33. 38 Et in synagoga erat homo habens spiritum inmun- F
dum et infra: surgens autem de synagoga intrauit
in domum Simonis et Andreae. socrus autem Simo-
57 nis tenebatur magnis febribus. uide clementiam domini
saluatoris. nec indignatione commotus nec scelere offensus nec
iniuria uiolatus Iudaeam deserit, quin etiam inmemor iniuriae,
memor clementiae nunc docendo nunc liberando nunc sanando
infidae plebis corda demulcet. et bene sanctus Lucas uirum
ab spiritu nequitiae liberatum ante praemisit et substituit
feminae sanitatem. utrumque enim sexum dominus curaturus 1350 A
aduenerat et prior sanari debuit qui prior creatus est nec

1 Luc. 8, 37 5 Ioh. 18, 7 sq. 9 Ioh. 8, 20

5 helabitur (h *eras.*) *α* 8 eorum *X* 9 uenerat hora (*om.* enim) *γ* 12 operatus] non captus *χ* (non *del. m2 G*) 13 a *extra u. P, s. u. O, om. FπV* 16 adfigitur *X* (-geretur *m2 V*) 18 spum (m *add. m3*) *P* 22 saluatoris *T* (atoris *in ras. m2*) *et* (*m2 ex* salutaris) *γV* commo*tus *P* 25 lucas (as *in ras. 3 litt. m2*) | uirum (ui *add. in uersus in. m2*) *P* 26 liberatū (tū *in ras. m2*) *P* subdidit *χ* 28 prior *pr. ex* pro *P*

praetermitti illa quae mobilitate magis animi quam prauitate
58 peccauerat. sabbato medicinae dominicae opera coepta significat,
4, 31 ut inde noua creatura coeperit, ubi uetus creatura ante desiuit
nec sub lege esse dei filium, sed supra legem in ipso prin-
cipio designaret nec solui legem, sed inpleri. neque enim per
legem, sed uerbo factus est mundus, sicut legimus: *uerbo* B
*domini caeli firmati sunt.* non soluitur ergo lex, sed
inpletur, ut fiat renouatio hominis iam labentis. unde et apo-
stolus ait: *exspoliantes uos ueterem hominem indu-
ite nouum, qui secundum Christum creatus est.* et
bene sabbato coepit, ut ipsum se ostenderet creatorem, qui
opera operibus intexeret et persequeretur opus, quod ipse iam
coeperat, ut si domum faber renouare disponat, non a funda-
mentis, sed a culminibus incipit soluere uetustatem. itaque
59 ibi prius manum admouet, ubi ante desierat. deinde a mino- C
ribus incipit, ut ad maiora perueniat. liberare a daemone et
homines, sed in uerbo dei possunt, resurrectionem mortuis
imperare diuinae solius est potestatis.
60 Nec quemquam mouere debet quod Iesu Nazareni nomen
4, 34 in hoc libro diabolus dixisse primus inducitur. nec enim ab eo
Christus nomen accepit, quod de caelo angelus ad uirginem
detulit: est huius inpudentiae ut inter homines aliquid primus D
usurpet et ad homines quasi nouum deferat, quo terrorem
suae potestatis incutiat. denique et in Genesi primus deum

5 Matth. 5, 17 6 Ps. 32, 6 9 Coloss. 3, 9 sq.; cf. Ephes. 4, 22 et 24 21 Luc. 1, 31

3 ubi] unde *P* desiit *PL* 8 ụṭ (*s.* unde *m3*) et *P* 9 expoliantes *P* (ex *s. u.;* exspoliantes . . . hominem *in mg. inf.*) *C* expoliantes *χ* spoliantes *cet.* 10 Christum] deum *Bχ* est *om. α* 11 se *om. P* ostenderet *ex* ostenditur *m3 P* 12 intexerat (-ret *corr. G*) *χ* prosequeretur *EγT* 16 maioribus (a *s.* ịḅụṣ) *P* perueniat (a *s. u.*) *P* liberare *P* (i *s.* e *alt.*) *B* (-ri *corr.*) *EGγX* liberari *cet.* 16 et *om. αBCL* 20 libro hoc *EγT* 21 accepit nomen *γ* 22 est enim *χ* *et* (enim *s. u. m2*) *V* inpudentia *G* inpudentiae huius *γ* 23 quod *X*

homini nuncupauit; sic enim habes: et dixit mulieri:
quid utique dixit deus ne edatis ab omni ligno?
61 uterque igitur deceptus a diabolo est, sanatus a Christo. se-
quere cetera et euangelicae lectionis disce mysteria atque in
duorum sanitate publicae sacramentum salutis agnosce. sicut
enim in Adam omnes moriuntur ita in Christo E
omnes uiuificantur. quis est ille qui in synagoga spiritum
daemonii habebat inmundum nisi populus Iudaeorum, qui quasi
serpentinis spiris reuinctus et innodatus diaboli laqueis simu-
latam corporis munditiam interioris mentis sordibus inqui-
nabat? et bene in synagoga homo erat qui spiritum inmun-
dum habebat, quia spiritum sanctum amiserat. introierat
enim diabolus, unde Christus exierat. simul ostenditur natura F
diaboli non inproba, opera iniqua. nam quem per superiorem
naturam dominum confitetur opere negat. et in hoc apparet
eius nequitia, inprobitas Iudaeorum, quod ita populo uaesanae
caecitatem mentis offudit, ut populus neget quem daemones
confitentur. o peior magistro discipulorum hereditas! ille uerbo
dominum temtat, hi facto; ille dicit: mitte te, isti adoriuntur

1 Gen. 3, 1 5 I Cor. 15, 22 11 Ioh. 13, 27 19 Luc. 4, 9

1 noncupauit *P* (v *s.* o *m3*) *G*π dixit *αFO*π dixit ds̄ *P* (ds̄ *in u. ult. del. et* serpens *extra u. add. m5*) *L* dixit serpens (serpens *s. u. m2*) *V* dixit diabolus *BC*χ 3 sanatur *B* 4 et *om. X* in *s. u. P*, *om.* π 6 ita et γ*L*, *cf. lib. VII s. 209* 7 uiuificabuntur *E*γ*LT et* (bu *eras.*) *F*, *cf. lib. VII s. 209 et epist. 35 s. 11* quis ... iudeorum *in ras. P* 11 qui erat γ (*m2* erat qui) *cet.* 12 amiserant *P* amiserat (erat *in ras.*) *L* 13 enim *om.* χ 14 inproba sed *α et* (sed *s. u. m2*) *A*π inprobari (i *alt. s. u.*) *P* operationi (*om.* iniqua) *B* nam quem *APαC* qm̄ quem *B* nam qui χ numquam *X* (num qui *m2 V*) *L* per *s. u. P*, *om. X* 15 dm̄ *C*χ dno̅ *B* confiteretur *A* opera *F* (*in mg. m2* operibus) *OV*χ (-re *corr. E*) 16 et inprobitas *L*χ *et* (et *s. u. m2*) π*V* uaesanae *AB* uesanę (ę *ex* e *m3*) *P* uesanae *cet.* 17 caecitatem (m *s. u.*) *A* offundit *A* suffudit *G* effudit *E* (in *s.* ef) γ*T* infudit (in *ex* of *m2*) *V* offendit (*in quo* in populo) *B* 18 o *om. P*, *s. u. G* magistro (a *s.* o *m3*) *A* hereditas *in P ultimum est uerbum columnae prioris folii 64ᵘ ; in mg. inf. huius columnae erasae sunt 17 fere litterae* 19 temptabat *X* hii *P* hic *ABFGV et* (c *exp.*) π

62 ut mittant. si altiore consilio ista pensamus, animi debemus
intellegere et corporis sanitatem, ut prius animus qui serpentis
laborabat insidiis absolutus sit. anima enim numquam a cor-
pore uinceretur, nisi prius a diabolo temtaretur. nam cum 1351 A
anima corpus agat, uiuificet et gubernet, quemadmodum in
eius inlecebras captiua raperetur, nisi et ipsa superioris ali-
cuius potestatis uinculis stringeretur? denique non prius Eua
esuriuit quam serpentis eam uersutia temtauit, et ideo aduer-
sus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis
operari.

63 Fortassis etiam in typo mulieris illius socrus Simonis et
Andreae uariis criminum febribus caro nostra languebat et B
diuersarum cupiditatum inmodicis aestuabat inlecebris. nec
minorem febrem amoris esse dixerim quam caloris. itaque illa
animum febris, haec corpus inflammat; febris enim nostra
libido est, eo quod ignitae sint cupiditates. unde ait et apo-
stolus: *si non se continent, nubant; melius est enim
nubere quam uri.* febris nostra luxuria est, febris nostra
iracundia est, quae licet corporis uitia sint, ignem tamen C
ossibus inplicant, mentem animum sensusque pertemtant. haec
prior diaboli sollicitatur arte. etenim ager bonus uestis munile
suadella serpentis est. honorum gratia, sublimitas potestatum,
epularum suauitas, forma meretricis laqueus est diaboli et
quasi quidam nequitiae spiritalis inlecebrosus adfatus, qui per
carnis inlecebram, quae cito feminea quadam leuitate mollitur,

17 I Cor. 7, 9  23 Prouerb. 7, 21

1 mittant (n *s. u.*) *A*  pensamus *AEγT* pandamus *E* pendamus *P* (a *s.* e *m2*) *cet.*  animae *Aπ*  2 serpentinis χ (-tis *corr. G*)  4 teneretur *X*  8 esuriuit (u *alt. s. u.*) *O* esuriit *PaBL*  12 criminum (mi *s. u.*) *P*  et] in *A*, *om. B*  14 a maioris *X* (ai *exp. Fπ*, *eras. OV*)  dixerit *A*  caloris (calo *in ras.*) *P*  16 sint (int *m2 in ras.*) *V*  sunt *PL*  et apostolus ait *X*  17 continent se *T*  enim *om. B*  19 ignem (m *s. u.*) *A*  20 perturbant (temptant *s.* turbant *m2*) *C*  hanc *P*  21 munile *P* (o *s.* u) *AaL* monile *cet.*  22 suadella *AπFG et* (l *alt. eras.*) *OV*, (*exp.*) π suadela *L* (a *alt. in ras.*) *cet.*  honorum (no *s. u. m2*) *A*  25 feminae *P* femina *L*

animum quoque de gradu deicit; neque enim formam mulieris D
animus prius quam corporis oculus concupiscit. denique quod
non uideris non amabis, sed ubi caro concupiuerit, conpatientis quoque animi constantia defetiscit et mens consortio
amoris inflectitur — duo enim in carne una sunt —
atque ita mors inrepit sceleris effectu temtante diabolo, carne
64 suadente. uehementior tamen est animi quam corporis febris
et ideo pro animi uoluptate corporis salus plerumque contemnitur nec a periculis abstinetur. unde non alienum uidetur E
repetere quemadmodum Theotimus, cum graui oculorum incommodo laboraret et amaret uxorem, interdicta sibi a medico facultate coeundi cupiditatis inpatiens atque inpetu libidinis raptus moderari nequiuerit. sciens enim prudensque quod esset oculos amissurus, priusquam conueniret uxori, in ipso aestu feruentis cupiditatis et consuetudinis adparatu 'uale' inquit 'amicum lumen'. sic febri libido flagrantior est graui- F
65 usque praecipitat et inflammat. sed ubi quis resipierit a furore,
tunc conscientiae interioris uisus aperitur factique succedit paenitentia et pudenda sui unusquisque facinoris erubescit. tunc deus timetur et peccator cupit se celare, sed non potest, tunc caro arguitur, diabolus accusatur, haec quasi lena uitiorum, ille quasi auctor erroris. patescit deformitas; nudum est enim deo omne secretum, nec illius ficus foliis,

5 Gen. 2, 24, Matth. 19, 5, I Cor. 6, 16   23 Gen. 2, 7

1 deiecit *PGL et* (e *alt. exp.*) *A*, (*eras.*) *B*   formam (m *alt. s. u. m2*) *A*   3 concupiuerit *AaB* concupierit *cet.*   4 constantiae *P*   defetiscit *PGL* defitiscit *A* defetescit *O* defeciscit *BF* defatiscit (i *pr. ex* e) π tepescit (*in ras. m2, in mg. m1* ł defatiscit) *V* deficit *Eγ et* (*s. m. rec.* al' defetiscit) *T*   6 ita *om. X*   inrepsit *A*   8 uoluptate *PEFγT* uoluntate *cet.*   12 facultatem (m *exp.*) *P*   13 se moderari *L et* (se *s. u. m. rec.*) *T*, (se *in mg. m2*) *F*   14 conuenerit (con *s. u. m2*) *A*   15 aestus *A*   feruentis (e *pr. s. u. m2*) *A*   16 ominicum (a *s.* o) *A*   febri *APL* febre *cet.*   17 resipierit *P* (v *s.* i *alt. m3*) *Aa FGLO et* (v *s.* i *alt. m2*) *Eπ*, (u *ex* i *alt. m2*) *V* resipuerit *CγT* resipiuerit *B*   18 succendit (n *eras.*) *P*   19 *post* facinoris *add.* conscientia *aC*, *ante* facinoris *PL*   21 et diabolus *PL*   23 fici *PL* ficus (i *s.* us *m. rec.*) π

hoc est tegmine corporali uel iactantia saeculari flagitiorum secreta uelantur. et unusquisque diuinum peccati conscia formidat mente iudicium dicens: 'qui super me montes cadant, in quibus me abscondam fissuris petrarum, cum uenerit confringere terram?' tunc tribulos et spinas animo caro, hoc est 1352 A curarum morsus sollicitudinumque generat aestusque, quos sibi per concupiscentiam carnis animus ipse circumdedit. etenim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporeis uoluptatibus et, cum semel adhaeserit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altum potest, unde descendit, sine dei fauore reuolare. actum enim suorum uincta laqueis et deliciarum saecularium B inlecebris obnoxia iam tenetur.

66 Hunc ergo Adam, hanc Euam dominus liberaturus aduenit, quorum alter ad imaginem dei factus, altera uirtutem sui accipiens uiri, quamdiu fuit subdita fortiori, unam gerebant in uno spiritu deo placitam uoluntatem et in paradiso positi dei uitae caelestis operabantur alimoniam. posteaquam uero caro suadere diuersum et legem coepit propriam non tenere, paradisi exules facti in hunc inferiorem demersumque locum C peccati merito reciderunt. nec quisquam putet incongruum esse, si Adam atque Eua in typo animae et corporis aestimentur, cum in typo ecclesiae aestimentur et Christi. nam cum duo esse in una carne apostolus diceret, adiecit: sacramentum

3 Hos. 10, 8, Luc. 23, 30, Esai. 2, 21 5 Gen. 3, 18, Hos. 10, 8 14 Gen. 1, 27 23 Ephes. 5, 31 sq.

2 conscia *BCχ* conscientia (consti. *P*) *cet.* 3 supra *PL* cadent *PL et* (e *ex* a) *V* 5 animo (-mi *m2*) *P* caro *in ras. A* 6 generata est usque quo sibi *P* (*corr. m2*) *LX* 8 clauis (s *in ras.*) *A* 11 actum *C* actuum *A* (u *pr. s. u. m2*) *cet.* uincta *αBCχ et* (ta *in ras. m2*) *V* uincla *P* (l *eras. et* t *s. ras. m3*) *L* (uinc *in ras.*) uincula *A* (ta *s.* ula *m3*) *FO*, uinculata (ta *s. u. m2*) π 14 altera (ter *s.* tera *m3*) *A* 15 fortiori (i *alt. in ras. m3*) *A* gerebant (n *s. u.*) *PC et* (ebant *in ras.*) *F* generabant χ 16 possiti *P* 17 postea (uero *add. s. u. m3*) quam uero (*exp. m3*) *P* 18 propriam (r *alt. s. u. m3*) *P* timere χ 20 recciderunt *α et* (c *pr. eras.*) *G* nec (c *s. u.*) *AE et* (cc *in ras.*) *B* ne *G* putet (*s. u. m2*) *P* 22 et in xpi *A*

inquit hoc magnum est, ego autem dico in Christo
et in ecclesia. in quo ergo superni dei, in eo multo magis
67 animi nostri potest esse mysterium. sed haeret, suffixus est,
captus est et corporeis succensus febribus conpassione carnis D
aegrescit. quaerendus est medicus. sed quis iste tantus est,
qui sauciae mentis medeatur ulceribus? quis tantus est homo,
qui possit aliis subuenire, cum sibi ipse non possit? quis aliis
possit uitam reddere, cum ipse mortem non possit euadere?
omnes enim in Adam mortui, quia per unum hominem
in hunc mundum peccatum introiuit et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiuit,
in quo omnes peccauerunt. illius igitur culpa mors E
omnium est. denique missi sunt sancti, missi sunt et prophetae, qui oracula diuina loquerentur, nec quicquam promouere potuerunt. quaeramus ergo aliquem de angelis aut
archangelis medicum. sed quemadmodum mihi possunt praesidium ferre, ne peccem, cum ipse archangelus a peccato non
potuerit abstinere? quemadmodum ad paradisum angelus reuocare me poterit, cum ipse satanas et angeli sui sedem
quam acceperunt seruare non possint? F
5, 3 Ascendens autem in unam nauem, quae erat Si-

9 Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10; 7, 32, contra sec. Iul. resp. II 36, IIII 104 (*omnes* ... 8 *omnium est*), I Cor. 15, 22, Rom. 5, 12 19 epist. Iud. 6

1 inquit *in ras. L;* enim *X* 3 haeret *ex* erit *A* 4 succensus est *χ* (est *eras. E*) 5 quis *Aχ* qui *cet.* 7 aliis subuenire ... aliis possit *om. G* ipse sibi *X* quis aliis ... non possit *om. X* quis *AEγT* qui *PaBCL* 8 uitam possit *C* uitam (m *s. u.*) *A* posset *A* 9 mortui *APaBCL* al mortui moriuntur *γ* moriuntur *cet., cf. lib. VII s. 209;* morimur *Augustinus, sed* moriuntur *tertio et quarto loco* hominem peccatum intrauit in mundum (hunc mundum *tertio loco*) et *Augustinus* 10 intrauit *LX* 11 et *om. X* pertransiit *EGTX Augustinus* 15 aut] et *ABC* 17 ne peccem ... non *s. u. m2 A* archangelis *P* (v *s.* i) *L* 19 potuerit *X* angeliş suiş *A* 20 acceperant *Xχ* potuerint *FO et* (i *ex* u) *γV* potuerunt *EGπT* 21 nauim *C et* (im *ex* em) *T*

monis, rogauit ut inducerent a terra aliquantulum.
68 ubi dominus multis inpertiuit uaria genera sanitatum, nec
tempore nec loco coepit a studio sanandi turba cohiberi. uespera
incubuit, sequebantur: stagnum occurrit, urguebant. et ideo
ascendit in Petri nauem. haec est illa nauis, quae adhuc secundum
5, 6 Matthaeum fluctuat, secundum Lucan repletur piscibus, ut et
principia ecclesiae fluctuantis et posteriora exuberantis agnoscas;
pisces enim sunt qui hanc enauigant uitam. ibi adhuc disci- 1353 A
pulis Christus dormit, hic praecipit; dormit enim trepidis,
perfectis uigilat. sed quemadmodum dormiat Christus, audisti
dicentem in propheta: ego dormio, et cor meum uigilat.
69 et sanctus Matthaeus recte non praetermittendum putauit
aeternae indicium potestatis, ubi imperat uentis. non est enim
humana doctrina, sicut audistis Iudaeos dicere: uerbo impe-
rat spiritibus, sed caelestis maiestatis insigne. quod tur-
batum sedatur mare et diuinae uocis imperio obsequuntur B
elementa atque insensibilia sensum accipiunt obsequendi, diuinae
mysterium gratiae reuelatur. quod fluctus mitescunt saeculi,
uerbo inmundus spiritus conquiescit, non alterum refellitur,
sed utrumque celebratur. habes miraculum in elémentis, habes
70 documentum in mysteriis. ergo quia sanctus Matthaeus illa
praelibauerat, sanctus Lucas eam sibi nauem, in qua Petrus

6 Matth. 8, 24  8 Matth. 8, 24  11 Cant. 5, 2  12 Matth. 8, 26  14 Luc. 4, 36

1 rogauit eum ut (uṭ *s. u. G, eras. T*) a terra duceret (ducere *T*) pusillum χ inducerent (n *alt. s. u.*) *A* induceret *C* ducerent α duceret *B* aliquantum *O* 2 dš *A* (dns *m2*) *C* 3 ab *PLXγ* uespera *APL* uesper *cet.* 5 nauem] nauicula *A* nauim *C et* (i *ex* e) *T* 6 fluctuabat *X et* (ab *exp.*) γ lucāŋ *P* lucam *cet.* 7 exuberantes (-is *m2*) *A* cognoscas *EγT* 8 discipulis suis *A* (suis *s. u. m3*) α 9 dormit (*ante* enim) *s. u. m3 A* trepidis *A* (ae *s.* e) *P* (i *alt. ex* u) *V* (r *eras.*) tepidis *FLO* 10 audistis *A* (s *alt. eras.*) *EγT* audi*** *O* didicisti in propheta dicente *A* 11 dormiui *PB* 16 obsequuntur *AαBL et* (quu *ex* cu) *E* obsecuntur *cet.* 18 reuereatur (l *s.* re *m2*) *A* mitescant *X* (u *s.* a *m2* π) saeculi *om. PL* 19 ac uerbo *PL* reflectitur *A* (ell *s.* ḷẹc̣ṭ *m2*) *C* (*s.* id refellitur) *B* refe***tur π 21 documento (-ọ *ex* -um) *A* ille (a *s.* e) *A* 22 nauim *C et* (i *ex* e) *T*

piscaretur, elegit. non turbatur ista quae Petrum habet, tur- C
batur illa quae Iudam habet. etsi multa illic discipulorum
merita nauigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agi-
tabat. in utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est
turbatur alienis. caueamus igitur perfidum, caueamus pro-
ditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. ergo non turbatur
haec nauis, in qua prudentia nauigat, abest perfidia, fides
spirat. quemadmodum enim turbari poterat, cui praeerat is, D
in quo ecclesiae firmamentum est? illic ergo turbatio, ubi
71 modica fides, hic securitas, ubi perfecta dilectio. denique etsi
4 aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur:
duc in altum, hoc est in profundum disputationum. quid
enim tam altum quam altitudinem diuitiarum uidere, scire dei
filium et professionem diuinae generationis adsumere? quam
licet mens non queat humana plenae rationis inuestigatione
conprehendere, fidei tamen plenitudo conplectitur. nam etsi non E
licet mihi scire quemadmodum natus sit, non licet tamen
nescire quod natus sit. seriem generationis ignoro, sed aucto-
ritatem generationis agnosco. non interfuimus, cum ex patre
dei filius nasceretur, sed interfuimus, cum a patre dei filius
diceretur. si deo non credimus, cui credimus? omnia enim
quae credimus uel uisu credimus uel auditu. uisus saepe fal-
litur, auditus in fide est. an adserentis persona discutitur? F
si uiri boni dicerent, nefas putaremus non credere: deus
adserit, probat filius, refugiens sol fatetur, tremens terra

9 Matth. 16, 18 10 Matth. 8, 26 13 Rom. 11, 33, I Cor. 2, 2 20 Luc. 3, 22 25 Matth. 27, 45 et 51, Luc. 23, 44

3 uigilabant (*m2* nauigabant) *A* eam adhuc *ABγ* adhuc eam *cet. Gratianus* 4 est] est saepe *P* 6 fluctuemur *LX* turbetur *P* 7 nauigabat *PL* 8 aspirat *EγT* superat *Gratianus, cf. Uerg. Aen. V 473* his *PL et* (h *eras.*) *αCG; is in ras. F* 10 etsi et *αγ atque* (et *del. m2*) *T*, (et *eras.*) *E* 11 tamen] tantum *Gratianus* dicitur petro *PL* 13 altitudinem (m *s. u. m2*) *A* 15 rationis (nis *s. u.*) *P* 17 *ante* non licet *add. A* de patre non licet mihi scire quemammodum natus sit 18 auctoritatem *A* (itat *exp.*) *et* (auctorem *m2*) *α* 19 ex] a *PLπ* 21 cui credemus *E* 22 uisu saepe fallimur *χ* 25 adseruit *X*

testatur. in hoc altum disputationis ecclesia a Petro ducitur,
ut uideat hinc resurgentem dei filium, inde sanctum spiritum
72 profluentem. quae sunt autem apostolorum quae laxari iuben-
tur retia nisi uerborum conplexiones et quasi quidam orationis
sinus et disputationum recessus, qui eos quos ceperint non
amittant? et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, 1354 A
quae non captos perimunt, sed reseruant et de profundo ad
lumen extrahunt, fluctuantes de infimis ad superna transducunt.
73 Est et aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum
Petrum piscari dominus iubet dicens: mitte amum et eum
piscem qui primus ascenderit tolle. magnum quidem
est et spiritale documentum, quo Christiani uiri sublimioribus
potestatibus docentur debere esse subiecti, ne qui constitu- B
tionem regis terreni putet esse soluendam. si enim censum
filius dei soluit, quis tu tantus es, qui non putes esse sol-
uendum? et ille censum soluit, qui nihil possidebat; tu autem,
qui saeculi sequeris lucrum, cur saeculi obsequium non reco-
gnoscas? cur te supra saeculum quadam animi adrogantia
74 feras, cum saeculo sis misera cupiditate subiectus? penditur
igitur didragma, quod erat pretium nostrae redemtionis et
corporis, in lege praemissum, in euangelio persolutum, non otiose C
in ore piscis inuentum; ex ore enim tuo iustificaberis.
etenim pretium inmortalitatis est nobis nostra confessio, quia,
75 sicut scriptum est, ore confessio fit ad salutem. et
fortasse primus hic piscis primus est martyr in ore habens

10 Matth. 17, 27 19 Matth. 17, 24 22 Matth. 12, 37 21 Reg. IIII 12, 4 sqq. 24 Rom. 10, 10

1 hoc *om. PL* 2 hinc (n *s. u.*) *A* hic *C* 4 complexionis (e *s.* i *alt.*) *A* 5 ceperint *BCπ* cẹperint γ coeperint *cet.* 6 amittant (v *s.* ạ *alt. m2*) *V* amittunt *FOπ* sunt retia *PL* 8 extraunt *AC* et fluctuantes χ infirmis (r *eras.*) *P* infernis *αXχ* perducunt χ 10 hamum *FGT et* (h *s. u. m2*) *Eπ* 11 piscem *post* ascenderit *transponunt AB* 12 est *om. B* quo *ACEγT* quod *cet.* 13 quis *PCχ* 15 dei filius χ 17 sạequaris (e *s.* a *alt.*) *A* recognuscas (cas *s. u.*) *P* 20 didracma *P* (*semper*) 21 promissum *Pa* 22 enim *s. u. m2 V*, *om.* π

didragma, hoc est pretium census. didragma nostrum Christus
est. habebat igitur primus ille martyr, Stephanus scilicet, in
ore thesaurum, cum Christum in passione loqueretur. sed D
reuertamur ad propositum locum et discamus apostolicam
humilitatem.

76 P r a e c e p t o r, inquit p e r t o t a m n o c t e m l a b o r a n t e s
5, 5 n i h i l c e p i m u s; s e d i n u e r b o t u o l a x a b o r e t i a. et
ego, domine, scio quia nox mihi est, quando non imperas.
nemo adhuc dedit nomen suum, adhuc noctem habeo. misi
iaculum uocis per epifania et adhuc nihil cepi, misi per diem.
exspecto ut iubeas; in uerbo tuo laxabo retia. o uacua prae- E
sumtio, o humilitas fructuosa! qui nihil antea ceperant ma-
gnam in uerbo domini concludunt piscium multitudinem. non
hoc humanae facundiae opus, sed supernae uocationis est
munus. cedunt disputationes hominum, fide plebis sua credit.
77 rumpuntur retia, nec labitur piscis. uocantur ad adiumentum
5, 6. 7. 10 socii qui erant in alia naui. quae est illa alia nauis nisi forte
Iudaea, ex qua Iohannes et Iacobus adleguntur? f a c t a e s t
enim I u d a e a s a n c t i f i c a t i o e i u s. hi igitur de synagoga F
ad nauem Petri, hoc est ad ecclesiam conuenerunt, ut inple-
rent ambas nauiculas; omnes enim in nomine Iesu genu flec-
tunt, siue Iudaeus siue Graecus; o m n i a e t i n o m n i b u s
C h r i s t u s. sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitu-

2 Act. 7, 55 sq. 18 Ps. 113, 2 21 Philipp. 2, 10 22 Coloss. 3, 11

1 didragma (di *s. u. m2*) *A* 2 stefanus *Pα* 3 thesaurum (es *in ras.*) *B* 4 et *om. X* 6 laborantis (e *s.* i *m2*) *P* 7 cepimus *ABCGγ* caepimus *απ* coepimus *cet.* retiam *A* (r *s. u. m2*) *L* rete *ET* 9 nomen suum dedit *χ* et adhuc *PL* 10 uobis *P* . epifania *X et* (-iā *m3*) *P* epifaniam *A* (m *add. m2*) *C* ephifaniam *α* epiphania *B* epiphaniam (ephi. *G*) *χ* caepi *αγ* coepi *PLX* cepimus (*om.* nisi; misi *m2 s.* mus) *A* dies *EγT* 11 specto *ABχ* uerbo autem *γ* 12 ceperam (nt *s.* m *m2*) *A* cęperant *α* coeperant *PETX* 13 dei *X* concludunt *s. u. m2 A* 15 plebis sua *A* sua plebis *L* sua plebs *PX* plebs sua *γ* (b *ex* p) *cet.* 16 piscis (cis *s. u.*) *P* adiutorium *PL* 18 est *om. X* (*s. u. m2 F*) 19 enim *om. X* hij (j *add. m. rec.*) *A* 20 ñauim *C* 22 gregus *P*

dine sui naues paene mergantur; oportet enim et haereses
78 esse, ut probentur boni. possumus tamen et aliam ecclesiam 1355 A
intellegere nauem alterius; ab una enim plures ecclesiae
deriuantur. ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam praeda
suspecta est. sed nouit perfectus quemadmodum seruare possit
reconditos, qui scit quemadmodum possit capere dispersos.
quos in uerbo capit uerbo reddit; negat suam praedam, negat
79 suum munus. exi inquit a me, domine, quia homo pec-
5, 8 cator sum. ammirabatur enim dona diuina et quo plus 1356 A
meruerat hoc praesumebat minus. dic et tu: exi a me,
domine, quia peccator sum, ut respondeat tibi dominus:
5, 12 noli timere. <noli timere> indulgenti domino peccatum
fateri, noli timere etiam quae tua sunt domino deferre, quia
quae sua sunt nobis ille concessit. nescit inuidere, nescit eri-
pere, nescit auferre. uides quam bonus dominus, qui tantum
tribuit hominibus, ut uiuificandi habeant potestatem.

## LIBER QVINTVS.

5, 12 sq. Et factum est, cum esset in una ciuitatium, ecce 1355 B
uir plenus lepra et ipse procidens in faciem rogauit
eum dicens: domine, si uis, potes me mundare. et ex-
tendens manum tetigit illum dicens: uolo, mundare.
1 bene ubi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut
ostendatur non unum populum specialis alicuius ciuitatis, sed

1 nauis paene mergatur *PL* 3 nauim *C* 4 diriuantur *AαBETX* solitudo *O et* (*corr. m2*) *πV* 5 suscepta *X* (ł suspecta *m2 V*) *χ* 7 reddit *ed. Romana* credit *Lχ* credidit *A* (i *pr. s. u.*) *cet.* 8 homo *om. γ* 9 ammirabantur *A* admirabantur *B* (n *eras.*) *O* admirabatur *cet.* quos *A* quod *αEγX* 10 minus praesumebat *PL* dic et] dices *G* dicens *γT* dicens et (et *s. u.*) *E* 11 homo peccator *χ* 12 ti****mere *A* noli timere *addidi* 13 fateri (-re *m3*) *P* fatere *Lχ* quia (i *s. u.*) *A* FINIT IN LUCA LIB. IIII. INC̄. LIB. V *A* EXPLICIT LIBER III. INCIPIT LIBER IIII *PBFπV* EXPLICIT LIBER SECUNDUS INCIPIT TERTIUS *O, in L tantum* Et *in u. 18 litt. mai. initiali scriptum est,* EXPLICIT (FINIT *C*) LIBER IIII INCIPIT LIBER V *cet.* 18 unam (m *eras.*) *P* ciuitatium *AX et* (i *tert. eras.*) *B* ciuitatum *cet.* 19 lepra plenus *γ* et ipse *om. PL* 21 manum suam *PL*

omnium populos fuisse sanatos. bene autem et secundum
Lucan quarto signo, ex quo in Cafarnaum dominus uenit, iste C
sanatur; nam si quartum diem sole inluminauit et clariorem
ceteris fecit diebus, cum inlucescerent elementa mundi, et hoc
clarius opus aestimare debemus. et secundum Matthaeum
primus hic post benedictiones a domino sanatus inducitur, ut
quia dixerat dominus: non ueni legem soluere, sed in-
plere, ille qui excludebatur a lege purgari se domini potestate
praesumens non ex lege, sed supra legem esse gratiam iudi- D
2 caret, quae leprosi maculam posset abluere. uerum ut in
domino potestatis auctoritas ita in illo fidei constantia decla-
ratur. ille in faciem procidit, quod humilitatis est et pudoris,
ut unusquisque de suae uitae maculis erubescat, sed confes-
sionem uerecundia non repressit. ostendit uulnus, remedium
postulauit, et ipsa religionis et fidei plena confessio est: si
uis, inquit potes me mundare. in uoluntate domini tri-
buit potestatem, de uoluntate autem domini non quasi pietatis E
incredulus addubitauit, sed quasi conluuionis suae conscius
3 non praesumsit. cui morali quadam dominus sanctitate respondit:
5, 13 uolo, mundare. et continuo lepra eius discessit
ab eo. nihil enim medium est inter opus dei atque praecep-
tum, quia in praecepto est opus. denique dixit, et facta
sunt. uidetis igitur quod dubitari non potest quia uoluntas
dei potestas est. si ergo uoluntas eius potestas est, qui unius
uoluntatis trinitatem adserunt unius utique adserunt potestatis.

3 Gen. 1, 16 et 19 5 Matth. 8, 3 7 Matth. 5, 17 8 Leuit. 14, 1 sqq. 22 Ps. 32, 9

2 lucan *A et* (-ā *m3*) *P* lucam *cet.* in *om. C* 3 quarto die solem *PL* 4 fecit ceteris *A* diebus fecit *X* 5 aestimare opus *α* et (*s. m2* ut) *G*, ut *in ras. P* mattheum autem *A* (autem *s. u. m3*) *EγT* 6 benedictionem *χ* sanatis (i *ex* u) *A* 8 se] sed (d *eras.*) *P* potestatem *L* 9 non (n *alt. s. u.*) extra legem (m *s. u.*) *A* 10 qui *A* posset (-it *m2*) *P* possit *X* 11 auctoritas *s. u. m2 A* ita et *V* (et *in ras.*) π 13 ut] et *AX* 15 plana *X* (plena *m2 V*) 16 dei *A* 17 uoluntatem *A* 18 addubitauit *AX et* (ad *s. u.*) *C* dubitauit *cet.* 19 s̄citatem *P* 24 eius] es.us *L*, dī *X*

itaque statim lepra discessit: ut intellegas medentis adfec- 1356 B
4 tum, ueritatem operi addidit. denique secundum Marcum
miseratus est dominus eum, quod est pulchre positum. et
pleraque talia posuerunt euangelistae, qui nos utroque fundare
uoluerunt, describentes signa uirtutis ad fidem, exprimentes
opera uirtutis ad imitationem. unde et tangit non dedignatus
et imperat non diffisus; hoc enim est indicium potestatis, quia
quasi habens potestatem sanandi et iubendi auctoritatem ope- C
randi testimonium non refugit. uolo ergo dicit propter Foti-
5 num, imperat propter Arrium, tangit propter Manichaeum. nec
unius tantum lepra curatur, sed omnium quibus dicitur: iam
uos mundi estis propter sermonem, quem locutus
sum uobis. si igitur leprae medicina uerbum est, contemtus
utique uerbi lepra mentis est. sed ne lepra transire possit in
medicum, unusquisque dominicae humilitatis exemplo iactantiam D
5, 14 uitet. cur enim praecipitur nemini dicere nisi ut doceret non
uulganda nostra beneficia, sed premenda, ut non solum a mer-
cede abstineamus pecuniae, sed etiam gratiae? aut fortasse
etiam illa silentii causa est imperati, quod meliores putabat qui
fide magis spontanea quam speratis beneficiis credidissent.
6 Offerre autem iuxta legem se praecipitur sacerdoti non ut
5, 14 alium deferat, sed ut se ipsum deo offerat spiritale sacrificium,
ut actus praeteriti conluuione detersa per cognitionem fidei et E
sapientiae disciplinam placitura deo hostia consecretur; omnis
enim uictima sale salietur. unde et Paulus ait: obse-
cro ergo uos, fratres, per misericordiam dei, ut
exhibeatis corpora uestra hostiam acceptabilem

2 Marc. 1, 41  11 Ioh. 15, 3  21 Leuit. 14, 2  24 Marc. 9, 49  25 Rom. 12, 1

1 lepra eius γ  2 ⟨qui⟩ ueritatem *a*  3 eum] eius γ  4 in utroque *B* utraque χ (o *s.* ạ *E*)  5 exprimentis (-es *m3*) *P*  7 diffixus *P* (s *s.* x *m3*) *L*  8 et operandi *X*γ  10 tanget *A*  manicheum *AP*  11 tantum unius *X*  12 loquutus *FOV*  13 uobis *om.* *P*  15 humilitatis (h *s. u. m2*) *A*  20 fidem *A*α fidei *P*  22 dn̄o *C*  23 deserta (tersa *s.* ṣẹṛṭạ) *C*  25 et *om.* π  sc̄s paulus *PL*

7 placentem deo. simul illud mirabile quod eo sanauit genere
quo fuerat obsecratus. si uis, potes me mundare. uolo
inquit, mundare. habes uoluntatem, habes etiam pietatis effec-
tum. et extendens manum tetigit eum. lex tangi lepro-
sos prohibet, sed qui dominus legis est non obsequitur legi,
sed legem facit. non ergo tetigit, quia sine tactu mundare
non poterat, sed ut probaret quia subiectus non erat legi nec 1357 A
contagium timebat ut homines, sed quia contaminari non poterat
qui alios liberabat, simul e contrario lepra tactu domini fuga-
8 retur, quae solebat contaminare tangentem. ostendere autem
5, 14 se sacerdoti iubetur et offerre pro emundatione sua, ut, dum
offert se sacerdoti, intellegeret sacerdos non legis ordine, sed
gratia dei supra legem esse curatum et, dum mandatur sacri-
ficium secundum praeceptum Moysi, ostenderet dominus quia B
legem non solueret, sed inpleret, qui secundum legem gradiens
supra legem sanare eos quos remedia legis non sanauerant
uideretur. et bene addidit: sicut praecepit Moyses; lex
enim spiritalis est, ideoque uidetur sacrificium spiritale
9 mandasse. denique addidit: ut sit in testimonium hoc
uobis, hoc est: si deo credatis, si inpietatis lepra discedat,
si occultorum cognitor sit sacerdos, si puri testis adfectus, C
unde potest ille magis sacerdos uideri quem occulta non lateant,
cui dicitur: tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem Melchisedech?

4 Leuit. 13, 3 14 Leuit. 14, 2 sqq., Matth. 5, 17 17 Rom. 7, 14 23 Ps. 109, 4

1 placentem *s. u. m2 A* quomodeo (e *s. u.*) *A* eos *P* (s *eras.*) *O* 2 me potes me *A* 3 inquit *om.* $\gamma$ habens u. habens *X* habes *pr.*] habuit $\chi$ effectum *A* (a *s.* e *pr.*) *PaC* adfectum *G* affectum *cet.* 4 illum *BC* leprosus *A* leprosum *X* 6 tactu (u *ex* ū) *P* 9 <ut> lepra *C* 11 iuberetur *A* dum offeret *C*$\gamma$ dum offerret *BX* 12 se *s. u. P*, *om. G* intellegerit *P* (-et *m3*) *L* 13 mundatur *Pa*$\chi$ per sacrificium *E*$\gamma$*T* 18 ideoque (o *s. u.*) *A* 21 pueri (ė *del. m2*) *P* effectus *aG* 22 latent $\chi$ 24 melchisedec *P*

5, 18 sq. Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui fuerat paralyticus et quaerentes eum inferre et ponere ante eum et non inuenientes qua parte illum inferrent prae turba ascenderunt super tectum et per tegulas summiserunt illum in lecto in medium ante

10 Iesum. non otiosa huius paralytici nec angusta medicina est, D quando dominus et orasse praemittitur, non utique propter suffragium, sed propter exemplum; imitandi enim specimen dedit, non inpetrandi ambitum requisiuit. et conuenientibus ex omni Galilaea et Iudaea et Hierusalem legis doctoribus inter ceterorum remedia debilium paralytici istius medicina describitur. primum omnium quod ante diximus unusquisque aeger E petendae precatores salutis debet adhibere, per quos nostrae uitae conpago resoluta actuumque nostrorum clauda uestigia uerbi caelestis remedio reformentur. sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis quamuis exterioris corporis debilitate torpentem ad superiora erigant. quorum rursus adminiculis et adtollere et humiliare se facilis ante Iesum locetur dominico uideri dignus aspectu; humilitatem enim respicit dominus, quia respexit humilitatem ancillae F suae.

11 Quorum fidem inquit ut uidit. magnus dominus, qui
5, 20 aliorum merito ignoscit aliis et dum alios probat aliis relaxat errata. cur aput te, homo, collega non ualeat, cum aput domi-

20 Luc. 1, 48

1 qui erat χ 2 paraleticus (y *s.* e *m2*) *P* paraliticus *CLO*πχ 3 eum] illum χ partem (m *eras.*) *P* 5 submiserunt αχ medio *ABG* 6 paralitici *LO*πχ *et* (-lytici *corr.*) *V* 9 impetrandum (um *corr. in* o *m1*, i *s.* o *scr. m2; m3 s.* petrandi *siglum* ⁄· *add. et in mg. adscr.* ⁄· al. p̄candi) *A* p̄candi χ 11 paralitici *CLX* (-lytici *corr. V*) χ discribitur *AX* 12 primo (um *s.* o *m2*) *A* aeger (a *s. u. m2*) *A* 13 praecato**res *A* 16 homines (-is *m2*) *P* 18 adminiculis (m *s.* d) *A* adminiculo (culo *s. u.*; et *om.*) *P* amminiculis *ET* 19 loquitur *O et* (ce *s.* qui *m2*) *L*, (*exp. m2 et in mg. adscr.* possit) *F*, (a *s.* i *m2*) π, (*s. m2* locatur) *V* 20 ds̄ *A* respicit *L* 23 merito *s. u. m3 A* 24 dm̄ *G*γ

num seruus et interueniendi meritum et ius habeat inpetrandi?
disce qui iudicas ignoscere, disce qui aeger es inpetrare. si
grauium peccatorum diffidis ueniam, adhibe precatores, adhibe
ecclesiam, quae pro te precetur, cuius contemplatione quod
12 tibi dominus negare possit ignoscit. et quamuis historiae fidem 1358 A
5, 21 sq. debeamus non omittere, ut uere paralytici istius corpus cre-
damus esse sanatum, cognosce tamen interioris hominis sani-
tatem, cui peccata donantur. quae cum Iudaei adserunt a solo
domino posse concedi, deum utique confitentur suoque iudicio
perfidiam suam produnt, ut opus adstruant, personam negent.
itaque ab ipsis et operis sui dei filius accepit testimonium et
uocis suffragium non requirit; perfidia enim confiteri potest,
credere non potest. itaque testimonium non deest diuinitati, B
fides deest saluti. nam et ualidius est ad fidem quod confi-
tentur inuiti et perniciosius ad culpam quod negant qui suis
adsertionibus reuincantur. magna itaque infidae plebis amen-
tia, ut cum confessa fuerit solius dei esse donare peccata,
non credat deo peccata donanti. dominus autem saluos uolens
facere peccatores et occultorum cognitione deum se esse
5, 23 demonstrat et admiratione factorum adiciens: quid est faci- C
lius dicere: 'dimissa sunt tibi peccata tua' aut
13 dicere: 'surge et ambula'? quo loco plenam speciem
resurrectionis ostendit, qui mentis uulneribus corporisque sanatis
peccata donat animorum, debilitatem carnis excludit; hoc est

18 I Tim. 1, 15

3 diffides *A et* (e *ex* i ?) *B* adhibe** peccatores (prę *m2 s.* pec) *A* 5 non possit *L* non posset *X* ignoscet *X et* (i *s.* e) *α* ignoscat *T* 6 non debeamus *X;* fidem *et* non *et* omittere *om. B* ueri (e *s.* i *m2*) *A* paralitici *CLπγ et* (-lytici *corr.*) *V* corpus istius *X* istius nouerimus corpus (*om.* credamus) *B* 7 esse *om. C* interiores (-is *m2*) homines (-is *m2*) *P* 9 dō posse *γ* utique eum *O* 11 operibus suis *αBC* suis (s *alt. eras.*) *P* dei filius accepit (accipit *αCG*) *AαCχ* accepit (accipit *B*) dei filius *PBL* filius dī accepit (accipit *V*) *X* 12 requiret *P* 13 diuinitatis *A* 16 reuincuntur *BCχ* 17 cum *om. P* 18 dominus] deus *A* 19 se *om. χ* 21 tua *om. PαCGLX* aut (t *s. u.*) *A* 23 sanatis (atis *in ras.*) *P* sanitatis *E* (it *exp.*) *γT* 24 est *om. G*

enim totum hominem esse curatum. quamuis igitur magnum
5, 21 sit hominibus peccata dimittere — quis enim potest peccata
dimittere nisi solus deus, qui per eos quoque dimittit quibus D
dimittendi tribuit potestatem? — tamen multo diuinius est
resurrectionem donare corporibus, quandoquidem ipse domi-
14 nus resurrectio est. hic lectus qui tolli iubetur quid est aliud
5, 24 nisi quia humanum iubetur corpus adtolli? ipse est, qui per
singulas noctes lauatur a Dauid, [ut legimus: lauabo per
singulas noctes lectum meum; lacrimis stratum
meum rigabo. hic est] lectus doloris, in quo anima nostra
graui conscientiae aegra cruciatu iacebat. sed si quis secundum E
Christi praecepta se gesserit, iam non lectus doloris est, sed
quietis. miseratione enim domini coepit quies esse quod mors
erat, qui nobis soporem mortis uertit in gratiam uoluptatis.
nec solum leuare lectum, sed etiam domum suam repetere, hoc
est ad paradisum redire censetur; ea est enim uera domus,
quae hominem prima suscepit, non iure amissa, sed fraude.
merito ergo restituitur domus, quoniam uenerat qui nexum F
15 fraudis aboleret, ius reformaret. nec mora ulla sanitatis interuenit:
5, 25 unum dictorum remediorumque momentum est. spectant sur-
gentem increduli, mirantur abeuntem et diuini operis miracula
malunt timere quam credere. nam si credidissent, non timuis-
sent utique, sed dilexissent; perfecta enim dilectio timo-
rem excludit foras. et ideo isti, quia non diligebant,
5, 22 calumniabantur. calumniantibus autem dicit: quid cogitatis
mala in cordibus uestris? quis hoc dicit? sacerdos

5 Ioh. 11, 25 8 Ps. 6, 7 11 Ps. 4, 5 15 II Cor. 5, 2
23 I Ioh. 4, 18 26 Hebr. 10, 21

2 peccata potest *ET* peccata (a *alt. s. u.*) *A*, *om. P* dimittere peccata *L* 5 ipse *om. C* 8 ut . . . hic est *add. PL, inclusi* 10 hic est *add.* γ 11 cruciata (u *s.* a *alt.*) *A* 13 quietus *P* etenim *A* (et *add. m3*) *P*χ 14 uoluntatis *APα*χ 16 ea est *P* (ea *in ras.*) *E* (a *in ras.*) ecce est *T* 18 ueneratur *L et* (ur *eras.*) *V*, (*exp.*) π 20 expectant *PLV* expectans *FO*π resurgentem *PL* 23 sed (d *s. u.*) *P* 24 quia (a *s. u.*) (*m3*) *A*, (*m1*) *V* qui *FO*

magnus. lepram uidebat in cordibus Iudaeorum; ostendit eos
peiores esse leproso. ille sacerdoti est se iussus offerre pur-
gatus, hos sacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra 1359 A
contaminet.
16 Sequitur mystica euocatio publicani, quem sequi iubet non
5, 27 corporis gressu, sed mentis adfectu. itaque ille prius auare de
mercedibus, dura de laboribus periculisque nautarum emolumenta
conuertens uerbo uocatus propria derelinquit, qui rapiebat aliena,
ac uile illud sedile destituens toto pos dominum uestigio
5, 29 mentis incedit. conuiuii quoque magni exhibet adparatum; qui B
enim domicilio Christum recipit interno maximis delectatio-
nibus exuberantium pascitur uoluptatum. itaque dominus
libenter ingreditur et in eius qui crediderit recumbit adfectu.
17 sed rursus accenditur inuidia perfidorum et futurae poenae
5, 30 species praefiguratur; epulantibus enim fidelibus et in illo
caelorum recumbentibus regno perfidia ieiuna torquebitur.
simul ostenditur quantum intersit inter aemulos legis et gra- C
tiae, quod illi qui legem sequuntur ieiunae mentis famem
patiantur aeternam, qui uero uerbum in interioribus animae
receperunt alimenti caelestis et fontis ubertate recreati esurire
et sitire non possint. et ideo qui animo ieiunabant murmu-
18 rabant dicentes: q u a r e c u m p u b l i c a n i s e t p e c c a t o r i b u s
5, 30 m a n d u c a t e t b i b i t? serpentina uox ista est. denique hanc
primam uocem serpens emisit dicens Euae: q u i d u t i q u e D

24 Gen. 3, 1

1 magnos (v *s.* o) *P* qui lepram χ mundabat (*m2* uidebat) *A* ostendit in eos *PL* 2 leprosis *A* leprosos α leproso (oso *in ras.*) *V* lepre sed (d *s. u. m2*) π 5 mystice (a *s.* e *m3*) uocatio *A* mysticae uocatio *LX* mystica uocatio χ publicani (u *in ras.*, bli *s. u.*) *A* 7 mercibus *cod. Reg. Maurinorum* dura (*post* a *ras.*) *A*. dure *Engelbrecht* 8 derelinquit *AαBC*, dereliquit *cet.* 9 post *A* (t *s. u.*) *cet.* 10 incedet (i *s.* e *alt.*) *P* 11 recepit *APBLX* (i *s.* e *alt. PO*) 13 recumbet *P* (i *s.* e *alt.*) *L* adfectu* (s *eras.*) *P* 16 ieiuna torquebitur| inuidebat *X* torquetur *P* (o *ex* u) *L* torquebitur *G* (bi *s. u.*) *T* (*in ras.*) 18 secuntur *BCGγπ* 20 alimentis (s *eras.*) *P* fontis (n *in ras.*) *P* 21 possint (v *s.* i) *O* possunt *Bχ* quia *X* murmorabant *PLX* (v *s.* o *m2 Pπ*) 23 bibet *AG* ista *om. C*

deus dixit: nolite manducare ex omni ligno? ergo
patris sui uenena diffundunt qui dicunt: quid utique cum
publicanis et peccatoribus manducat et bibit?
unde dominus cum peccatoribus manducando etiam cum genti-
5, 31 libus non prohibet nos inire conuiuium dicens: non egent
18 qui sani sunt medico, sed qui male habent. nouum E
medicamentum nouus magister aduexit. hoc de terra non pullu-
lauit; inprudens enim omnis creatura huius confectionis. uenite
omnes, qui incurristis peccatorum uarias passiones, utimini
peregrino medicamento, quo uenenum serpentis excluditur,
quod non solum passionum abstulit cicatricem, sed etiam
causam diri uulneris amputauit. hoc medicamentum non famem
incidit, sed cibum animae subministrat; uenit enim filius
hominis manducans et bibens, et dicunt: daemo- F
nium habet, et ideo, non est mens nostra ieiuna. ieiunant
hi quibus abest Christus bonorumque meritorum copiis egent:
at uero cui uirtus sua uoluptate sufficit, qui recipit domo
5, 29 Christum conuiuium magnum exhibet, hoc est bonorum ope- 1360 A
rum spiritale conuiuium, quo diues populus eget, pauper
5, 34 epulatur. et ideo, inquit, ieiunare non possunt filii sponsi,
quamdiu cum illis est sponsus.

20 Venient autem dies, cum auferetur ab illis spon-
5, 35 sus. qui sunt illi dies, quibus nobis Christus aufertur,
maxime cum ipse dixerit: uobiscum ero usque ad con-
summationem mundi, ipse dixerit: non relinquam uos

2 Matth. 9, 11 13 Luc. 7, 33 sq. 24 Matth. 28, 20 25 Ioh. 14, 18

1 *dš (d *eras.*) *A* dixit dš *Eγ T* noli *X* 4 gentilibus (*s. m2* peccatoribus) *A* cum gentibus *C* 5 dicens (*s. u. m3*) *A* 7 magister (ter *s. u.*) *P* adduxit (*in mg. m3* al. aduexit) *A* 8 enim est γ omnis *om. EγT* 10 medicamento (ca *s. u.*) *P* 13 incidit (*m3* indicit) *A* indicit *αCγ* 15 et *om. X* mens nostra non est ieiuna γ 16 hii *P* 17 ad *Aπ et* (at *corr. m3*) *P*, (*m2*) *BGV* uoluptatem *X* (m *del. m2 V*) uoluptatis *PL* uoluntateṁ *A* uoluntate *cet.* recepit *ALX* domo recipit *ET* 22 eis *X* *post* sponsus *add.* et tunc ieiunabunt in illis diebus *CGγ* 23 a nobis *Gγ* 25 dixit *X* dixerit (a *s.* i *alt.*) E relinquo *C*

orfanos? certum est enim quod si nos relinquat, salui esse B
nequeamus. nemo tibi Christum potest auferre, nisi te ipse
auferas. non te auferat iactantia tua, non te auferat adrogantia
5, 32 nec tibi de lege praesumas; non enim uocare iustos uenit,
21 sed peccatores. quomodo igitur dominus iustitias dilexit neque
uidit Dauid iustum derelictum aut quae ista aequitas, si
iustus relinquitur, peccator adsciscitur, nisi intellegas quod
eos iustos dicit qui ex lege praesumant et euangelii gratiam
non requirunt? nemo autem iustificatur ex lege, sed redimitur C
ex gratia. est igitur in lege iustitia, sed non est per legem
iustitia; nam et ipse apostolus, Hebraeus ex Hebraeis,
secundum legem Pharisaeus, secundum iustitiam,
quae in lege est, conuersatus sine querella, qui
gloriatur ex lege, quae mihi inquit lucra fuerunt, haec
duxi propter Christum detrimenta esse, hoc est:
abiecit iustitiam et gloriam legis; iustitia enim legis sine
Christo uacua est, quia plenitudo legis Christus est. et ideo D
etsi est in lege iustitia, non est tamen per legem iustitia.
si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis
mortuus est; mortuus enim Christus est, ut inpleret iustitiam.
denique Iohanni dicenti: ego a te debeo baptizari,
et tu uenis ad me? respondit: sine modo; sic enim

4 Matth. 9, 13 5 Ps. 10, 7 6 Ps. 36. 25 9 Galat. 5, 4, Rom. 3, 24 10 Galat. 2, 21 11 Philipp. 3, 5 sq. 14 Rom. 2, 23, Philipp. 3, 7 17 Rom. 10, 4 19 Galat. 2, 21 21 et 22 Matth. 3, 14 sq.

2 te] et *P* illi (i *alt. in ras.*) ipse *α; fort.* <ei> ipse 3 iactantia] arrogantia (*in mg. m3* iactantia; *om.* non te auferat adrogantia) *A* 4 uenit uocare iustos *C* 5 dilexerit (it *m2 s.* erit) *A* 6 dauit uidit *ET* quae ista *m2 ex* qua est *P* est ista *L*, ista est *C* aequitas dei *PL* 7 et peccator *PL* nisi ut (ut *eras.*) *P* 8 praesumunt *PL* praesumant (*m3* -unt) *B* 9 redemitur (i *s.* e *alt. m3*) *P* 10 igitur (it *s. u. m2*) *A* est *om. γ* 11 et *A*, *om. cet.* apostolus ait *PL* 12 fariseus *P* 13 in] ex *A* 14 inquit *om. ET* 15 dixi *αGX* 16 abieci *CG*, *fort. recte* 17 est xps legis *Gγ* 18 etsi (et *s. u. m3*) *A* si *X* si (*deinde ras., quae unius uersus spatium occupat; erasa sunt:* enim per legem iustitia. Si*) ergo xps *P;* enim p. l. iustitia *om. L* mortuus gratis *ET* 20 est enim xps *γ* iustitiam omnem *π*

decet nos inplere omnem iustitiam. ergo non gratis mortuus, sed pro nobis mortuus est Christus, ut iusti fulgerent sicut sol in regno patris sui. sed non Iudaei iusti, quibus
dicitur: cum uideritis iustos intrare in regnum cae- E
lorum. isti sunt iusti, qui percutientem non repercutiunt, qui inimicum diligunt. si sic non accipimus, inuenitur con-
22 trarium: non ueni uocare iustos, sed illos non uocat,
5, 32 qui se iustos dicunt; ignorantes enim deum et suam quaerentes iustitiam statuere iustitiae dei non sunt subiecti. ergo usurpatores iustitiae non uocantur ad gratiam; nam si gratia ex paenitentia, utique qui fastidit
paenitentiam abdicat gratiam. isti erunt uulnerati qui se sancti- F
ficant, istis sponsus aufertur, nobis autem non Caiphas, non Pilatus Christum abstulit, nec possumus ieiunare, quia Christum habemus et Christi carnem epulamur et sanguinem.
quomodo enim uidetur ieiunare qui non esurit, quomodo uide- 1361 A
tur ieiunare qui non sitit? quomodo autem potest sitire qui bibit Christum, cum ipse dixerit: qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum? denique de animi dictum ieiunio etiam sequentia declarabunt.
5, 36 Dixit enim similitudinem ad illos: quia nemo con-

2 Matth. 13, 43 4 Luc. 13, 28, Matth. 7, 21 5 I Petr. 2, 23, Matth. 5, 39, Luc. 6, 29 6 Matth. 5, 44, Luc. 6, 27 8 Rom. 10, 3 12 Matth. 9, 15 15 Ioh. 6, 53 18 Ioh. 4, 13

74 Et ne uideatur dominus legem dissoluere, in beneficiis uicem
6, 31 seruat, quam neglegit in iniuriis. sed tamen dicendo: prout
uultis ut faciant uobis homines facite illis simi-
liter uicissitudo ipsa cumulatior est, quando uotis actus
aequatur. nescit enim uirtus mensuram gratiae nec contenta C
referre quod acceperit uult cumulare quod sumserit, ne infe-
rior sit beneficio, licet aequetur officio. non enim cumulo
tantum, sed ordine et tempore beneficia pensantur, cum in
beneficio pari prior sit qui prior coepit; beneficus enim est qui
gratiam coeperit, debitor qui rettulerit. aliud itaque beneficium
est beneficii principatus; nam si qui pecuniam reddidit, non
soluit gratiam manetque gratiae debitor, etsi iam non sit pecu- D
niae. cur gratiam referendo putemus posse uacuari, cuius
75 relatio acceptae magis est testimonium quam solutae? bono
itaque exemplo inbuitur Christianus, ut non contentus iure
naturae gratiam eius requirat. si enim conmune est omnibus,
etiam peccatoribus redamare, cui genus professionis excelsius,
studium quoque debet esse uirtutis uberius, ut diligat etiam
non amantes. nam etsi nulla merita diligendi usum amoris
excludant, non tamen uirtutis excluserint. sicut enim in eo qui E
te diligit pudet gratiam non referre et gratiae amore referendae
amor tibi eius inolescit quem antea non amabas, ita etiam in
eo qui non amat debes amare uirtutem, ut dum uirtutem amas,
incipias eum amare quem non amabas, cum rara et caduca
remuneratio sit amantis, sempiterna uirtutis.

1 benignitatem ... subsidia *in mg. inf. P* 7 uicessitudo (i *s.* e *pr. m2*) *P* 9 sumsit *P* sumpsit *L* sumpserat *T* 10 cumulato *ET* 11 pensantur (n *alt. s. u.*) *P* 12 benificus *Pπ* 13 rettulerit (t *pr. eras.*) *P* 15 non iam (*om.* sit) *X* 16 uacuari (u *alt. s. u.*) *P* uacare *X* 17 quam absolutae *PL* consultae (*om.* quam) *B* 21 diligant etiam *P* (*m3 ex* diligentiam) *X* (diligantur *m2 V*) 22 nam] nra *LX* 24 diligit (i *alt. ex* e *m2*) *P* 25 eius *om. Pγ* ante *X* 27 amabas *aBCχ* amas *cet.* 28 sit remuneratio *X*

76 Quid autem tam mirum quam percutienti maxillam praebere
6, 29 alteram? nonne omnis indignantis frangitur inpetus, ira seda- F
tur? nonne fit per patientiam, ut sua amplius paenitentia
reuerberes uerberantem? ita erit ut et iniuriam repellas et
gratiam quaeras. ac saepe maximae causae amoris exsistunt,
cum patientia insolentiae, gratia refertur iniuriae. equidem ut
audire me memini, uel hoc solo pressum philosophiae super-
cilium putamus, quod in tres partes illa sibi uidetur diuisisse
iustitiam, unam in deum, quae pietas uocatur, alteram in
parentes uel reliquum humanum genus, tertiam in mortuos,
ut his exsequiarum iusta soluantur. at uero dominus Iesus legis 1374 A
oraculum ac philosophiae fastigium supergressus in eos quo-
que qui laeserint pietatis porrexit officium. etenim si hostis,
qui tecum bello armisque certauerit, depositis armis miseri-
cordiam suae salutis adipiscitur idque plerumque uel contem-
platione naturae uel ipsius belli iure defertur, ut subiectis
uita tribuatur, quanto amplius meliore religionis contuitu defe-
rendum est! nam cum proeliatorem adpetitae salutis causa
77 non moueat, quid debet militem pacis? itaque illud apostolicum B
quia caritas patiens est, benigna est, non aemulatur,
non inflatur in his praeceptis consummatum uidemus. si
6, 28 sq. patiens est, debet patientiam uerberanti; si benigna est, non
debet respondere maledictis; si non quaerit quae sua sunt,
non debet resistere diripienti; si non aemulatur, odisse non
debet inimicum. et tamen apostolicis diuinae superfluunt prae-
cepta pietatis; plus est enim donare quam cedere, plus est C
amare inimicos quam non aemulari. quae omnia dominus et

6 Diog. Laert. III 83, Stob. Flor. III 1, 194 (I 142 *H.*) 20 I Cor. 13, 4

2 frangetur *PL* inpetus] animus *X* 4 iniurias χ 5 ac] et χ 6 per (*s. u. m3*) patientiā *P* 7 me *om. aBX* 8 partes *om. X* 17 intuitu *PL* 21 consummatur. uidemus (*s.* uidemus *m3* ł uidelicet) *P* 23 maledicto (o *ex* is *m2*) *P* maledicti *L* 26 est *pr. s. u. E, om. FOV* 27 et *om. BX*

dixit et fecit. qui cum malediceretur, non remaledixit,
cum percuteretur, non repercussit, cum dispoliaretur, non
restitit, cum crucifigeretur, ipsis persecutoribus ueniam postu-
lauit dicens: pater, dimitte illis peccatum, quia ne-
sciunt quid faciunt. criminatores suos excusabat a crimine.
78 illi crucem parabant, hic salutem et gratiam rependebat. et
6, 35 tamen quoniam studia ipsa uirtutum sine remuneratione tor- D
pescunt, et exemplum nobis attulit et mercedem spopondit e
caelo filios dei futuros pollicens qui fuerint imitatores eius.
qui enim festinat ad praemium fastidire non debet exemplum,
quia quanto praecellentius praemium tanto inpensius officium.
quanta autem misericordiae merces, quae in ius diuinae adop-
tionis adsciscitur! sequere igitur misericordiam, ut merearis
79 gratiam. late patet benignitas dei; super ingratos pluit, malis E
6, 36 fecunda non negat terra prouentus, idem mundi sol sacrilegos
religiososque pariter inluminat. aut ut mystice ista pendamus,
propheticis populum Iudaeorum dominus pluuiis inrigauit et
solis aeterni refulsit radiis etiam non merentibus, sed quo-
niam illi mundano rore maduerunt, ecclesia dei ad caeleste
lumen adsciscitur, ita tamen ut illis quoque misericordiae, si
80 credant, praerogatiua seruetur. addidit non temere iudicandum,
6, 37 ne cum sis tui conscius ipse delicti, in alterum cogaris ferre F
sententiam.

81 Magna etiam disciplina uirtutis, ut de infructuosis fructuosa
6, 44 non quaeras nec de incultis prouentum fecunditatis exspectes.
unicuique enim sua cultura dat fructus: in spinis istius mundi

1 I Petr. 2, 23 2 Luc. 23, 34 4 Luc. 23, 34 14 et 15 Matth. 5, 45 21 cf. Rom. 2, 1

2 non repercussit cum dispoliaretur *om. G* respoliaretur *E* (r *pr. in ras.*, re *del. m2*) $\gamma T$ 3 resistit $\alpha X\gamma$ *et* (restitit *corr.*) *B* 5 a crimine excusabat *C* 8 sponpondit (n *pr. eras.*) *P* 11 praecellentior (-us *corr.*) *P* 12 quanto *P* merces misericordiae *PL* 15 sola (a *eras.*) sacrilegos (os *ex* us) *P* 16 ut *om. PL*, *s. u. C* pandamus *X* 21 temere iudicandum *in ras. P* 22 cogitaueris $\gamma$ 25 quęras (ę *m3 ex* i) *P* 26 fructum *X* in stius (*m3* istius; *om.* spinis) *P* istius (*om.* in spinis) *L*

ficus illa non potest repperiri, quae quia fecundis fructibus
melior est, bene species ei resurrectionis aptatur, uel quia, ut
legisti, ficus dederunt grossos suos, quod inmaturus et
inutilis et caducus in synagoga fructus ante praecessit, uel quia
inmatura uita nostra est in corpore, matura in resurrectione. 1375 A
et ideo procul a nobis debemus saeculares sollicitudines abdi-
care, quae mordeant animum mentemque adurant, ut maturos
fructus culturae diligentis possimus adipisci, quos in incultis
6, 44 istius mundi repperire non possumus, quia non legunt de
spinis ficus neque de tribulis uindemiant uuam.
alterum ad mundum et resurrectionem, alterum ad animam
et corpus refertur, uel quia nemo peccatis fructum adquirit
animae suae, quae sicut uua proxima terris corrumpitur, in B
superioribus maturatur, uel quia nemo potest damnationem
carnis euadere nisi quem Christus redemerit, qui sicut uua
pependit in ligno. procul igitur ab illa carne, quae damnato
homini tribulos generare praecepta est, leuemus oculos spiri-
tales, tendamus manus, ut Christum uindemiare possimus.
82 omnium autem fundamentum docet esse uirtutum oboedientiam
6, 48 caelestium praeceptorum, per quam domus haec nostra non C
profluuio uoluptatum, non nequitiae spiritalis incursu, non
imbre mundano, non haereticorum possit nebulosis disputatio-
nibus conmoueri.

83 Pulchre autem ubi praecepta compleuit, formam docet suo-
7, 1 rum praeceptorum exsequi; nam statim gentilis centurionis

3 Cant. 2, 13  15 Cant. 1, 14  16 Gen. 3, 18  21 Ephes. 6, 12

1 inueniri *ET* 3 ficos (*corr.* -us) *P* grossus *PLχ* (-os *corr. PG*) 7 mortificant *X* 8 quos *Engelbrecht* quod *libri;* quod in | cultis *P* quod incultis *L* quod in incultis *E* (in *pr. s. u.*), γ (in *alt. s. u.*) 9 collegunt *F et* (col *s. u.*) *V* colligunt *CL et* (i *ex* e) *O* 10 ficos (v *s.* o *m3*) *P* tribulis (i *alt. ex* o *per ras.*) *P* uindimeant *P* uindimiant *X* 12 adquiret *P* adquaerit *L* 14 potest (t *alt. s. u.*) *P* 15 quia *PEX* (a *del. PEπV*) 18 uindimiare *X* (*corr.* π*V*) 20 nostra *om. X* 21 in profluuio *C* 22 in imbre *X* 23 conmoueri *om. P* (*in mg. m3* inpediri) 24 docetur *PBFLχ et* (ur *eras.*) *OV* docebitur α 25 gentiles *P* (-is *m. rec.*) *L*

seruus domino curandus offertur, in quo populus nationum,
qui mundanae seruitutis uinculis tenebatur, aeger letalibus
passionibus beneficio domini sanandus exprimitur. quod autem D
moriturum dixit, in eo euangelista non fefellit; moriturus enim
erat, nisi fuisset sanatus a Christo. impleuit igitur praeceptum
caritate caelesti, qui sic dilexit inimicos, ut morti eriperet atque
84 ad perpetuae spem salutis adscisceret. quantum autem diuinae
7, 6 humilitatis insigne, ut caeli dominus nequaquam dedignaretur
centurionis seruulum uisitare! elucet fides in operibus, sed
plus operatur humanitas in affectibus. quod utique non ideo E
faciebat, quia absens curare non poterat, sed ut formam tibi
daret humilitatis imitandae, qua iuxta humilioribus doceret ac
superioribus deferendum. denique alibi regulo dicit: uade;
filius tuus uiuit, ut scias et potentiam diuinitatis et
humilitatis gratiam. ibi noluit pergere, ne in reguli filio uide-
retur magis diuitiis detulisse, hic ipse perrexit, ne uideretur
in centurionis famulo condicionem despexisse seruilem; omnes
85 enim, seruus et liber, in Christo unum sumus. sed uide fidem F
praerogatiuam esse medicinae. aduerte etiam in ipso populo
gentili perspicaciam esse mysterii. dominus pergit: excusat
centurio militarique deposito tumore reuerentiam sumit et ad
fidem facilis et ad honorificentiam promtus. et bene Lucas
etiam in occursum amicos dicit esse a centurione transmissos,
ne praesentia sua grauare domini uerecundiam uideretur et
officium officio prouocasse. haec moraliter.

86 Mystice autem quem Iudaeorum populus crucifixit inuio-
latum ab iniuria manere desiderat populus nationum et quod 1376 A
ad fidem pertinet sermoni credidit, hoc est non hominis, sed
dei potestate coniciens dari a Christo hominibus sanitatem.

13 Ioh. 4, 50 18 Galat. 3, 28; cf. Coloss. 3, 11

4 fefellit (fe *pr. s. u.*) *P* 7 est (*s. u. m3*) diuinae *P* 12 qua *αCET* quam *Gγ et* (*ex* quia) *πV* quia *cet.* iusta *PL* duceret *αBCTχ* (*m2* doceret *Eγ*) ac (c *exp.*) γ a *GV* 13 deferendam *GV* 16 porrexit (per- *m3*) *P* 17 omnis *αCXχ* (-es *m2 G*) 23 tramissos *P m1* transmissos *P m3* 26 mistice *P* 28 hoc non est *P* 29 in (*s. u. m3*) dei *P* potentia *L*

quod uero ad mysterium spectat, uidit in pectora adhuc gen-
tilium non esse penetrabilem Christum. et ideo qui necdum
7, 6 sq. cogitationis praeteritae maculas abluisset, grauari se magis
dignatione putauit domini quam iuuari. sic illa uidua Sare-
ptana indignam se prophetico iudicauit hospitio. ideoque domi-
87 nus in uno isto fidem gentium praefert. et quidem si sic B
7, 9 legas: in nullo tantam fidem inueni in Israhel,
simplex intellectus et facilis est, sin uero iuxta Graecos: nec
in Israhel tantam fidem inueni, fides huius etiam
88 electioribus et deum uidentibus antefertur. uidete autem
6, 10 oeconomiam: probatur fides domini et serui sanitas roboratur.
potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari, non
solum fidei merito, sed etiam studio disciplinae. spectate etiam C
alteram oeconomiam dominicae humilitatis. quae non spondet
operatur; nam etsi nondum imperauerat sanitatem, tamen serui
qui missi fuerant sanum seruulum reppererunt.
7, 12—14 Cum adpropiaret autem portae ciuitatis, et ecce
efferebatur defunctus filius unicus matris suae, et
haec erat uidua, et turba multa cum illa. quam cum
uideret dominus, misericordia motus dixit illi: noli
89 flere. et accessit et tetigit loculum. et hic locus ad D
utramque redundat gratiam, ut et cito flecti diuinam miseri-
cordiam matris uiduae lamentatione credamus, eius praecipue
quae unici fili uel labore uel morte frangatur, cui tamen uiduae
grauitatis meritum exsequiarum turba conciliet, et hanc

4 Reg. III 17, 18

1 spectat χ expectat *cet.* pectorạ (e *s.* ạ *m3*) *P* 4 saraptaena *P* saraptana *Lπ* saraphtana *C* saraptena *α* (ena *ex corr.*) *BFO* sareptena *V* sarepthena *χ* 5 profitico *P* 6 praeferebat *PL* 8 simples (x *s. alt.* s *m3*) *P* et] est et *P* (est *exp.*) *L* grecos (c *ex* g) *P* nec in Israhel *om. PL* 10 autem *om. X* 11 et *om. X* 12 potest (t *alt. s. u. m2*) *P* 15 namque *PL* 17 adpropiaret *Cχ* adpropinaret (n *eras.*) *PB* adpropinquaret *α* (nqu *s. u. m2*) *cet.* et *eras. Pα, s. u. C, om. BL* 18 ferebatur *χ* 19 multa turba *X* 20 motus est et dixit *χ* 24 qui *PαL* fili *LV et m1 PO* filii *m2 PO cet.* frangebatur *χ* 25 conciliat *PL*

uiduam populorum turba saeptam plus uideri esse quam femi-
nam, quae resurrectionem unici adulescentis filii sui lacrimis
meruerit inpetrare, eo quod sancta ecclesia populum iuniorem
a pompa funeris atque supremis sepulchri suarum reuocet E
ad uitam contemplatione lacrimarum, quae flere prohibetur
90 eum cui resurrectio debeatur. qui quidem mortuus in loculo
materialibus quattuor ad sepulchrum ferebatur elementis, sed
spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. quod etsi
nobis ante non proderat, tamen posteaquam Iesus id tetigit,
proficere coepit ad uitam, ut esset indicio salutem populo per
crucis patibulum refundendam. audito igitur dei uerbo stete- F
runt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanum
letali fluxu naturae materialis urguebant. quid enim aliud nisi
quasi in quodam feretro, hoc est supremi funeris instrumento
iacemus exanimes, cum uel ignis inmodicae cupiditatis exae-
stuat uel frigidus umor exundat uel pigra quadam corporis
habitudine uigor habetatur animorum uel concreta noster spi-
ritus labe purae lucis uacuus alit mentem? hi sunt nostri
funeris portitores.

91 Sed quamuis suprema mortis spem uitae omnis aboleuerint
et tumulo proxima corpora iaceant defunctorum, uerbo tamen
dei iam moritura resurgunt cadauera, uox redit, redditur filius 1377 A
matri, reuocatur a tumulo, eripitur a sepulchro. quis iste est
tumulus tuus nisi mali mores? tumulus tuus perfidia est,
sepulchrum tuum guttur est; sepulchrum enim patens
est guttur eorum, unde uerba mortua proferuntur. ab hoc
sepulchro te liberat Christus, ab hoc tumulo resurges, si

6 Luc. 23, 28 25 Ps. 5, 10

2 qui *PL* adulescentis (e *pr. ex* i *m2*) *P* filii* (s *eras.*) *P* fili *F et* (*m2* filii) *O* suis *P* (s *alt. eras.*) *Lχ* 3 meruit *PL* 4 a supremis *BCX* supremi *B* 6 eum cui] cum cui *P* (cum ei *m2*) *L* debebatur *CX* (b *alt. s. u. V*) mortuos (v *s.* o *alt.*) (*m3*) *P*, (*m2*) *L* 7 IIII *PL* 8 quia (i *s. u.*) *P* 12 acerbi (b *ex* u *m2*) *P* illius *PL* 17 habitudine* (m *eras.*) *P* 18 hii (i *alt. eras.*) *P* 20 omnes *P* (-is *m3*) *BFLO* omnis (i *in ras.*) *V* omnĕ π 22 redit] erit *PL* reddit (d *pr. exp.*) π, (*eras.*) *V* 26 uerba *om. PL*

92 audias dei uerbum. etsi graue peccatum est, quod paenitentiae
tuae lacrimis ipse lauare non possis, fleat pro te mater eccle- B
sia, quae pro singulis tamquam pro unicis filiis uidua mater
interuenit; conpatitur enim quodam spiritali dolore naturae,
cum suos liberos letalibus uitiis ad mortem cernit urgueri.
uiscera sumus de uisceribus eius; sunt enim et spiritalia
uiscera, quae habet Paulus dicens: ita frater, ego te fruar
in domino: refice uiscera mea in Christo. nos ergo
uiscera ecclesiae sumus, quoniam membra sumus corporis eius,
de carne eius et de ossibus eius. doleat igitur pia mater, C
adsistat et turba, non solum turba, sed etiam multa conpa-
tiatur bonae parenti. iam resurges in funere, iam liberaberis
a sepulchro; stabunt illi ministri tui funeris, incipies uitalia
loqui, timebunt omnes; unius enim exemplo plurimi corrigentur.
laudabunt etiam deum, qui tanta nobis remedia uitandae mortis
indulserit.

7, 19 Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes
et misit ad eum dicens: tu es qui uenturus es an
93 alium exspectamus? non simplex intellectus in simplicibus D
est uerbis, alioquin praesentibus superiora conpugnant. quo-
modo enim Iohannes quem in superioribus deo patre demon-
strante cognouit hic nescit? quomodo et ibi quem ante ne-
sciuit agnouit et hic quem iam sciebat ignorat? nescibam
inquit eum, sed qui misit me baptizare ipse mihi
dixit: supra quem uideris spiritum sanctum descen- E
dentem de caelo. et dicto credidit et demonstratum agnouit
et baptizatum adorauit et uenientem prophetauit. denique ego
inquit uidi et testimonium perhibui quoniam hic

7 Philem. 20 9 Ephes. 5, 30; cf. Gen. 2, 23 23 Ioh. 1, 33 27 Ioh. 1, 34

1 dn̄i *ET* 3 unicis] uagis *PL* 6 de uisceribus] dī uiscera *PL* ẹịụṣ (*s. m3* ecclesiae) *PL* 11 et (*in ras. ex* ad) *G*, *om. X* 12 ịn (*s.* a) *O* 17 iohannis (-es *m3*) *P* 23 quem ante iam *X* nescibam *P m1* nesciebam *P m3 cet.* 25 sanctum *om.* γ*X* descendentem de caelo *om. PL*

est electus dei. quid ergo? fieri posset ut sic propheta
tantus erraret, ut de quo dixerat: ecce qui tollit peccata
mundi, adhuc eum dei filium esse non crederet? aut enim
insolentiae est ei tribuere diuina quem nescias aut de dei
filio dubitasse perfidia est. non cadit igitur in talem prophe-
94 tam tanti erroris suspicio. itaque si intellectus simplicis forma F
conpugnat, spiritalem quaeramus figuram. et quia supra iam
diximus in Iohanne typum esse legis, quae praenuntia fuit
Christi, recte lex, quae pectoribus perfidorum tamquam aeterna
carceribus luce uacuatis corporaliter tenebatur inclusa, quam
uiscera fecunda poenarum et fores amentiae cohercerent, ple-
num exitum testimonii dominicae dispensationis sine euangelii
nequit adstipulatione perferre.

Prophetauit quidem lex in Exodo baptismatis gratiam per
nubem et mare, spiritalem in agno praenuntiauit escam, 1378 A
fontem perennem designauit in petra; remissionem peccatorum
in Leuitico reuelauit, regnum caelorum adnuntiauit in psalmis,
terram repromissionis in Iesu Naue manifestissime declarauit —
95 haec omnia cum Iohannis quoque congruunt testimonio — sed
tamen tyrannicis mundi istius potestatibus, quominus lucem
dominicae resurrectionis effunderet, inclusa cohibetur. mittit
ergo discipulos ad Christum suos Iohannes, ut supplementum B
scientiae consequantur, quia plenitudo legis est Christus, ut quo-
niam nutant plerumque dicta sine factis et fides plenior gestorum

2 Ioh. 1, 29 7 cf. lib. II s. 63 11 Uerg. Aen. VI 598
14 Exod. 13, 21; 14, 21 15 Exod. 12, 3 sqq. 16 Exod. 17, 6
17 Leuit. 25, 10; Ps. 21, 31 sq. 18 Ios. 9, 30 (24) 23 Rom. 10, 4

2 tollit** *P* peccatum *BCFO* 4 ei (i *in ras.*) *P* diuinam *P*
5 *post* igitur *add.* non cadit *BCX* tali propheta *BX* 11 fortis *PL*
foris *BFO et* (-es *m2*) π cohercerct *PL* 14 baptismatis (s *pr. s. u.*) *P* 16 *post* peccatorum *2 litt. eras. in P* (in *ut uidetur*) 17 psalmos *P* (-is *m3*) *aL* 18 hiesu *PO* hiesum *a* 19 iohannes *P* (-is *m3*) *L*
21 effunderet *P* (ef *ex* of *m2*) *GL* offunderet *CEγT* obfunderet *B* offenderet *a* ostenderet *X* 22 discipulos suos ad xpm *G* suos discipulos ad xpm *EγT* suos *s. u. C* supplementum (e *pr. ex* i *m3*) *P* 23 xps est *ET*

testificationibus quam uerborum sponsionibus exhibetur, quae
tunc in pectoribus Iudaeorum uelut obserata lege nutabat, ipso
spectaculo dominicae crucis et pleno resurrectionis testimonio
96 panderetur. et fortasse isti discipuli sunt duo populi, quorum
unus ex Iudaeis credidit, alter ex gentibus, qui ideo credidit, C
quia audiuit. uoluerunt ergo isti uidere propter illud: uestri
autem beati oculi qui uident et aures uestrae quae
audiunt. sed etiam nos uidimus in Iohanne, oculis nostris
perspeximus in apostolis et manibus nostris perscrutati sumus
in Thomae digitis; quod enim erat ab initio, quod
audiuimus et quod uidimus, oculis nostris perspeximus et manus nostrae scrutatae sunt de
uerbo uitae: et uita apparuit. quando apparuit? quando
uidimus. non sic adparebat, antequam uideretur. gratias ergo D
domino, qui crucifixus est pro fide nostra, crucifixus est pro
cupiditatibus nostris. mens mea in illo crucifixa est.

97 Itaque et nunc qui uetus testamentum recensent, antequam
cognoscant euangelium et quasi quaedam dominici corporis
uestigia legant, uenturum putant et requirunt utrum ipse sit
Christus dei filius, qui uenturus est. et cum legunt quando
cum Abraham locutus est uel quando se dux militiae caelestis
7, 20 ostendit, dicunt utique: tu es qui uenturus es an alium E
7, 22 exspectamus? cum autem uenerint ad euangelium et cognouerint inluminari caecos, ambulare claudos, audisse surdos,
mundatos esse leprosos, mortuos resurrexisse, tunc dicunt:
uidimus eum et oculis nostris perspeximus et in

6 Matth. 13, 16 10 Ioh. 20, 25 sqq., I Ioh. 1, 1 16 Galat. 6, 14
21 Gen. 17, 1 sqq.; 18, 9 sqq.; 22, 1 sqq.; Ios. 5, 14 26 I Ioh. 1, 1

2 obseruata *P* (ua *s. u.*) *X* obuersata *L* nutabant *BX* 3 spectacula *PL* 4 duo populi sunt *α* 5 unus qui (*om.* quorum) *X* ideo] dō *PαL* 6 quia (a *s. u.*) *F* qui *PL* 8 oculi nostri perspexerunt *PL* 11 quod *ante* uidimus *om. BX* 14 ergo dō *PL* 15 est *ante* pro cupiditatibus *om. Xχ* 17 et *om. X* 18 dominici (i *ult. in ras.*) *P* 21 duxit (it *eras.*) *P* 23 et *om. X* cognouerit *P* (-int *m3*) *L* 24 inluminare *P* (-ri *m3*) *FLO* et ambulare *χ* audire *αCχ* 26 eum] enim eum *X*

uestigia clauorum eius digitos nostros inseruimus. uidemur
enim nobis uidisse quem legimus, spectasse pendentem et
uulnera eius spiritu ecclesiae scrutante temtasse; si enim digito
dei eiciuntur daemonia, fides quoque digito ecclesiae repperitur. F
aut fortasse in parte quadam operatrice corporis nostri omnes
uidemur inuestigasse dominicae seriem passionis; fides enim
per paucos ad plures peruenit. lex ergo Christum uenturum
98 adnuntiat, euangelii scriptura uenisse confirmat. nonnulli etiam
de ipso Iohanne sic intellegunt, magnum quidem ita prophe-
tam, ut Christum agnosceret, adnuntiaret remissionem pecca-
torum futuram, sed tamen non tamquam dubium, sed tamquam
pium uatem, quem uenturum crediderat non credidisse mori-
turum. non igitur fide, sed pietate dubitauit. dubitauit et 1379 A
Petrus dicens: propitius esto, domine! non fiet hoc.
ille fidei princeps, cui se Christus nondum dei filium dixerat
et tamen ille crediderat, de morte Christi nec Christo credidit.
pietatis adfectus, non indeuotionis est lapsus. denique alibi
lauari sibi pedes recusat, ubi mysterium non agnoscit, dum
dominico grauatur obsequio. ergo moriturum Christum nec
sancti crediderunt; quod enim oculus non uidit nec
auris audiuit nec in cor hominis ascendit, haec B
praeparauit deus diligentibus eum. religiosis itaque
lapsus amoris fidem non inpedit.

99 Denique dominus sciens neminem sine euangelio plene posse
credere, quia sicut fides a uetere incipit testamento ita inpletur
in nouo, interrogatus de se non uerbo aliquo, sed factis se
7, 22 esse signauit. ite inquit nuntiate Iohanni quae uidistis
et audistis. caeci uident, claudi ambulant, surdi C
audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pau-

1 Ioh. 20, 25 sqq. 3 Luc. 11, 20 14 Matth. 16, 22 16 Matth. 16, 16 17 Ioh. 13, 8 20 Esai. 64, 4, I Cor. 2, 9

2 expectasse *X* pendemtem *P* 9 ita *om. X* prophetam ita χ 13 dubitauit *alt.* (uit *s. u.*) *P* 14 fiat χ 20 oculos (v *s.* o *alt. m2*) *P* 21 aures (-is *m3*) *P* 24 credere posse α 25 uetere *P*π ueteri *cet.* 27 uidetis et auditis *CX*χ

100 peres euangelizantur. plenum sane testimonium, quo do-
minum propheta cognosceret; de ipso enim, non de alio fuerat
prophetatum quia dominus dat escam esurientibus,
dominus erigit adlisos, dominus soluit conpeditos,
dominus inluminat caecos, dominus diligit iustos,
dominus custodit aduenas, orfanum et uiduam
suscipiet et uiam peccatorum exterminabit. qui ista D
inquit faciet regnabit dominus in aeternum. ergo non
humanae ista, sed diuinae uirtutis insignia sunt, caecis per-
petuae tenebras noctis aperire defossorumque oculorum uulnera
infusa luce sanare, auditum in aures insinuare surdorum,
laxatis soluta membra reformare conpagibus, in lucem quoque
101 refuso uigore uiuendi reuocare defunctos. haec ante euange-
lium uel rara uel nulla. receperit Tobias oculos: unus est in
exemplo, et tamen angeli fuit illa medicina, non hominis. Helias E
mortuum suscitauerit: ille tamen rogauit et fleuit, hic iussit.
Helisaeus leprosum mundari fecerit: non tamen illic ualuit
praecepti auctoritas, sed figura mysterii. non defecerit ad escam
uiduae esurientis propheticis se multiplicans farina praeceptis:
unam tamen uiduam farina illa uel potius eandem quoque
sacramenti species praefigurata seruauit. sed tamen parua adhuc
ista dominicae testificationis exempla sunt: plenitudo fidei crux F
domini, obitus, sepultura est. et ideo cum illa superiora
7, 23 dixisset, addidit: beatus inquit qui in me non fuerit
102 scandalizatus. crux enim etiam electis scandalum posset
adferre, sed nullum hoc maius diuinae personae est testimo-

3 Ps. 145, 6—9 8 Ps. 145, 10 14 Tob. 11, 15 15 Reg. III 17, 20 sqq. 17 Reg. IIII 5, 10 sqq. 18 Reg. III 17, 16 25 Galat. 5, 11

4 adalisos (a *alt. eras.*) *P* 6 custodiet *G*γ custodiat *ET* 7 suscipit *P* suscepit *L* custodiet *X* exterminauit *PLTX* (-bit *m3 P*, *m2* π*T*) 11 auditum | insinuare (ł inaures *s.* inṣịṇụạṛẹ *m3*) *P* in aures *om.* α*L*χ insinuare *om. X* (mittere *post* surdorum *s. u. m2 V*) 14 nulla erant *X* *post* receperit *add.* licet *X* 15 exemplum *X* 17 helisseus *P* fecit *X* illi *P* 22 sunt *om. X* 23 sepulturae stet (st *eras.*) ideo *P* sepulturae si et ideo *L* 25 possit *BX* 26 est diuinae personae *X*

nium, nihil est quod magis esse ultra humana uideatur quam
toto se unum obtulisse pro mundo; hoc uel solo plene dominus
declaratur. denique sic designatus est a Iohanne: ecce agnus
dei, ecce qui tollit peccata mundi. uerum haec non
duobus illis uiris, Iohannis discipulis, sed nobis respondentur
omnibus, ut ita credamus in Christum, si facta conueniunt.
ueniet enim qui hoc sibi nomen usurpet, quem licet nominis 1380 A
non queas adpellatione secernere, factorum tamen considera-
tione discernas.

103 Quid existis in desertum uidere? harundinem
7, 24 uento moueri? ubi praemonuit discipulos Iohannis in crucem
dominicam esse credendum, redeuntibus illis conuersus ad
turbas coepit ad uirtutem pauperes prouocare, ne exaltati corde,
mente instabiles, consilio infirmi speciosa utilibus, aeternis B
caduca praeferrent, sed humili spiritu crucem potius tollerent
quam faleras mundi huius extollerent et quasi beati pauperes,
qui nihil haberent saeculi quod amitterent, libenter corporis
uitam cum inmortali gloria conmutarent. non otiose igitur
sancti Iohannis hic persona laudatur, qui uitae amore postha-
104 bito iustitiae formam nec mortis terrore mutauit. quid inquit
existis in desertum uidere? deserto mundus hic con- C
parari uidetur adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infecundus,
in quem negat nobis ita dominus prodeundum, ut mente carnis
inflatos uacuosque uirtutis internae uiros et fragili se gloriae
saecularis sublimitate iactantes pro exemplari quodam et ima-
gine nobis putemus imitandos, quos procellis mundi huius
obnoxios uita mobilis inquietat iure harundini conparandos, in

3 Ioh. 1, 29 7 Matth. 24, 5 8 II Thess. 2, 3 15 Matth. 16, 24

1 humana potestate *FO* humanam potestatem *πV* quam ut toto unum se *χ* 3 designatur (*om.* est) *X* ab *P* (b *eras.*) 4 peccatum *X* hoc *χ* 5 illis duobus (*om.* uiris Iohannis) *X* iohannes (-is *m3*) *P* respondetur *BCLOχ* 6 xpo *X* 10 deserto *X* 11 iohannes (-is *m3*) *P* 21 uidere in desertum *X* 22 sterilis (i *pr. ex* e *m3*) *P* 23 mente (e *alt. ex* ẽ) *P* 24 fragilis (*om.* se) *PαC* se *om.* *L*

quibus solidae iustitiae nullus est fructus, qui forensibus criniti faleris, nodis obsiti, uacuo sonori strepitu, nulla sui utilitate, frequenti etiam offensione intus inania, foris speciosa sectantur. harundines sumus, nulla ualidioris naturae radice fundati, et si leuis adspirauerit prosperioris aura successus, uago motu proximos uerberamus, inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. harundines fluuios amant, et nos labentia mundi caduca delectant.

105 Tamen hanc harundinem si quis de terrae uellat plantariis et superfluis exuat, exspolians se ueterem hominem cum actibus eius et scribae ueruciter scribentis manu temperet, incipit non harundo esse, sed calamus, qui praecepta caelestium scripturarum penetralibus mentis inprimat, tabulis cordis inscribat. de quo calamo habes dictum: lingua mea calamus scribae uelociter scribentis, quod ad Christum referre alii uolunt. uno igitur loco et uerbum et calamus legitur et scriba: uerbum, quia de genitali patris processit arcano — eructuauit cor meum uerbum bonum — calamus, quia caro Christi paternae seriem uoluntatis expressit et linguae mandata diuinae sacri effusione cruoris inpleuit, scriba, quia calamo suo diuidua quadam distinctione noui et ueteris testamenti uel diuinitatis et carnis paternae nobis dispositionis mysteria reuelauit.

10 Coloss. 3, 9 11 et 14 Ps. 44, 2 13 II Cor. 3, 2 17 Ps. 44, 2

2 uacuo sonori strepitu *BC* uacuos (s *eras.*) | sonoris (s *pr. extra u. add. m3*, s *alt. add. m3*) strepito (v *s.* o *m3*) *P* uacuos honeris trepitu sonori α uacuos honoris strepitu (-o *L*) *LX* uacuos orum (bonorum *m2 E*) strepitu (-us *ET*) sonorum (*del. m2 E*) χ uacuo oris strepitu sonori *Er asmus* 4 harundinis (-es *m3*) *P* 5 leues (-is *m3*) *P* 8 caducaque (que *s. u.*) *P* 9 terra | euellat *P* euellat (e *pr. s. u. m2*) *A* plantari*is *P* 10 exspolians (s *pr. s. u. m2*) *A* spolians *X* se *ABCG*, *om. cet.* 11 et *om. X* 12 arundo *A* 13 penetrabilibus *AX* scribat *GX* inscripta *EγT* 14 calamus] calamo *P* (us *s.* o) *X* (-us *m2 V*, -os *m2* ι.) 15 alii referre *Cχ* alibi referre *X* 16 calamos (u *s.* o *m2*) *A* scriba et uerbum *P* 17 genitali (i *pr. ex* e *m3*) *P* patris *s. u. m3 P*, *om. L* eructuauit α*C*πχ (u *alt. s. u. m2 G*) eructauit *cet.* 19 uoluptatis *P* 20 indiuidua αχ 22 suae et *A* disponsitionis (ti *s. u. m3*) *A*

106 hunc calamum imitare tuae carnis temperamento, hunc calamum tuum, hoc est carnem tuam, tingue non atramento, sed spiritu dei uiui, ut quod scribis aeternum sit. tali calamo Paulus illam epistulam scripsit, de qua dicit: *epistula nostra uos estis, scripta non atramento, sed spiritu dei uiui.* tingue carnem tuam in Christi sanguine, sicut scriptum est: *ut tinguatur pes tuus in sanguine.* et tu ergo 1381 A uestigium animi tui et mentis incessum indubitata confessione dominicae crucis tingue. tinguis carnem tuam in Christi sanguine, si uitia diluas, peccata detergas, mortem Christi in tua carne circumferas, sicut apostolus docuit dicens: *mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes.* noli ad terrena inflecti, ne harundinem tuam frangas. et ideo de Christo, quia non erat ad terrena curuandus, prophetatum est: *arundinem quassatam non confringet,* quoniam carnem, quam peccata quassauerant, resurrectionis B uirtute solidauit. bona harundo caro Christi, quae serpentis diaboli caput et mundanae cupiditatis inlecebras patibulo crucis adfixit.

107 *Sed quid existis in desertum uidere? harundinem*
7, 24 sq. *uento moueri? quid existis uidere? hominem mollibus uestimentis indutum?* non hic domini sermo de uestibus, quamquam plerosque mollioris cura uestis effeminet. qui quasi lanae onus ferre non possint, sericas uestes tectis C

4 II Cor. 3, 3 7 Ps. 67, 24 11 II Cor. 4, 10 15 Esai. 42, 3 18 Gen. 3, 15

1 hunc (*in mg. m3* al. et) *A* et *cet.* 2 tinge *P* 3 scribes *A* 6 tinguere (re *eras.*) *P* 7 sanguine xpi *X* utin tinguatur *P* ut intinguatur *BCO et* (in *pr. in mg. m2*) *V* 8 incensum *A* (*in mg. m3* al. incessum) *a* inexcessum *PL* 10 detergeas *P* (eas *in ras.*) *B* 11 docuit dicens *C* (*in quo* docet) *AaBXγ* ait *PL* 12 xpi ihu *PL* circumferentes (te *s. u. m3*) *P* 15 confringit *P* (-et *m3*) *L* 16 quassauerunt *GX* 17 arundo *A* 18 mundanae (dan *s. u. m2*) *A* cruci *L* 19 fixit *PBLX* 20 deserto *A* harundine *A* 22 domini *om. PL* 23 cura mollioris *X* effeminet (e *alt. ex* i *m3*) *P* 24 tectis *A* (s *s. u. m2*) *P* (s *in ras. m2*) tecti *aBL*

per terram uerrunt uestigiis usuque faciunt ut amictus oneri
sit. sed tamen alia uidetur hic indumenta signare et, nisi
fallor, humana corpora, quibus anima nostra uestitur. denique
et Ioseph tunica ad speciem dominici corporis cruentata est
et apostolicum illud: exuens se carnem principatus et
potestates omnes traduxit quid aliud ostendit nisi uice
indumenti corpus fuisse, quo se ita exspoliauit dominus in
passione, ut diuinitas libera inmunisque maneret iniuriae? totus D
igitur hic locus exemplo nos prophetico ad uirtutem subeundae
108 passionis hortatur. denique addidit: ecce qui in ueste pre-
7, 25 tiosa sunt in domibus regum sunt. sunt etiam mollia
indumenta deliciosi actus et mores, propter quod nos hortatur
apostolus ut exspoliantes ueterem hominem cum actibus eius E
induamus nouum, in quo non dulcis inlecebra sit ludusque
lasciuiae, sed usus laboris et fructus, eo quod tenera corporis
cura luxuque et lasciuiarum cupiditate mollitos nequaquam
caelestis aula suscipiat, ad quam duris laboriosae gradibus
uirtutis ascenditur. hi uero quibus fluuida deliciis membra
soluuntur regni caelestis extorres intra mundi huius habitacula
consenescunt, quos rectores mundi huius atque tenebrarum F
— hi sunt enim reges, qui saeculari quadam potestate domi-
nantur — suorum aemulos operum receperunt.
109 Sed quid existis uidere? prophetam? utique dico
7, 26 uobis et plus quam propheta hic est. quomodo igitur

4 Gen. 37, 31 5 Coloss. 2, 15 13 Coloss. 3, 9 sq. 20 Ephes. 6, 12

1 honori *PL* 4 tunicam *A et* (m *eras.*) *P* 5 apostolicum illud] apostolus ait *PL* exuens *PαCχ* exsuit *AFOV* exuit *Bπ* 6 omnis *P* transduxit *L et* (ns *eras.*) *T* 9 nos *s. u. m3 A* profectico (c *pr. eras.*) *P* 11 in domibus regum sunt *s. u. m3 A* 12 deliciosi actus *αC* deliciosior (-ier *B*) actus *ABXχ* deliciosiora (*s. m3 ł* deliciosi et usus *P*) eius *PL* 13 spoliantes *ABCFOV* 19 huius mundi *BLχ* 20 *post* tenebrarum *add.* incolas . . . dubium est *PL*, ceperunt *C*, dicit *E* 21 hii *P* enim *om. L* 24 *post* est *add.* de quo scriptum est ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam *A m3 αCETX et qui add.* qui praeparauit uiam tuam ante te *Gγ*

in deserto Iohannem uidere cupiebant, qui erat clausus in carcere? quem nobis dominus proponit imitandum, qui uiam domino non solum nascendi secundum carnem ordine fideique nuntio sed etiam praecursu quodam gloriosae parauerit passionis. maior sane propheta, in quo finis est prophetarum. 1382 A
maior propheta, quia multi uidere cupierunt quem iste pro-
110 phetauit, quem iste conspexit, quem iste baptizauit. sed tamen numquid et illo maior, de quo Moyses dixit quia prophetam uobis suscitabit dominus deus noster, de quo dixit: erit autem: omnis anima quae non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe? si igitur Christus propheta, quomodo maior hic omnibus? numquid Christum prophetam negamus? immo et dominum prophe- B
tam adsero et hunc omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non uirginis natos. maior enim fuit his quibus aequalis esse poterat sorte nascendi. alia ista natura est nec cum humanis generationibus conparanda. non potest homini cum deo ulla esse conlatio; suis enim quisque praefertur. denique eousque cum dei filio non poterat Iohannis esse ulla conlatio, ut et infra angelos aestimetur. C

111 Nam qui minor est inquit in regno caelorum maior
7, 28 est eo. etenim quoniam angelum dixerat, hominibus iure

6 Matth. 13, 17 8 Deut. 18, 15 10 Act. 3, 23; cf. Deut. 18, 19

2 preponit *A* 4 nuntios etiam *P m1* nuntius etiam *P m3 L* praecursure (re *add. m2*) *A* 6 cupierunt uidere *BCχ* 9 suscitabit *CEF et m2 PB* suscitauit *PB m1 cet.* deus *om. PL* 11 exterminata *P* (a *alt. s. u., deinde m2 in ipso uersu* a *pusillum adiecit*) *αL* exterminatur *X* sic (c *eras.*) *P* 12 maior hic] hic maior *FV et* (hic *s. u.*) *O* igitur maior *π* numquiḍ (i *s. u.*) *P* 13 *post* dominum *add.* confitemur, iohannem autem *αBC* prophetam (ł rum *s.* m *m2*) *V* 14 adserunt *X* 15 mulieres *ABX* uirgines *A et* (es *ex* is) *B* 16 poterat esse *C* est *om. X* 17 humanum (is *s.* um *m3*) *A* 18 illa *A* 19 dn̄i *B* ulla esse *α* 20 angelus (-os *corr.*) *A* exsistimetur *A* existimetur (i *pr. ex* e) *B* extimetur (est- *corr.*) *π* 21 inquit est *EγT* 22 dixit eum *α*

praelatus est et quia inter natos mulierum potiorem declara-
uerat, ideo addidit: nam qui minor est in regno caelo-
rum maior est eo, ut angelis sciret esse cedendum. merito
autem Iohannes suis praefertur aequalibus, a cuius diebus
regnum caelorum cogitur. quae subobscura uidetur esse D
locutio, et ideo eam de alio libro euangelii putauimus deri-
uandam. nam si litteram sequamur, utique inferior a potiore
cogitur, regnum autem caeli praestat humanis. sed cum sint
aliqua quae cogendo denseri feruntur, non est absurdum quia
112 cogitur regnum, quando a pluribus frequentatur. cogentes-
que diripiunt illud. si repetamus dominicum illud quod
scriptum est dicente filio dei: regnum dei intra uos est, E
aduertimus in nobis regnum caeleste solidari, cum Christus
exploso mundani principis regno fugatisque deliciis saecula-
ribus intra nostrorum secreta regnat animorum. uis igitur menti
adfertur humanae, quae diuersis inlecebris delinita laborem
fugit, uoluptatem expetit, cum uel metu supplicii coercita uel
praemio prouocata uincere ipsa se nititur et tamquam exan-
clatis laboribus palmam, quae sibi plurimis aduersantibus F
subtrahatur, eripere contendit. rapimus enim ex hoc mundo
palmam salutis et quasi excubantibus obsessos serpentibus
fructus peruigili labore decerpimus, ita tamen ut non furtiua

4 et 10 Matth. 11, 12 12 Luc. 17, 21 19 cf. Cic. Tusc. I 118

1 potiorem (*in mg. m3* al. posteriorem) *A* 3 sciret *V* (t *s. u.*) scires *α et* (s *alt. s. u. m2*) π scire *FO* 6 elocutio *αL et* (e *s. u.*) *m2 A, m1 P* loquutio *FOV* de *s. u. m3 A* diriuandam *AELTX* 7 a *om. PL* 8 sint (n *s. u. m2*) *A* 9 denseri *scripsi* deseri *APBEγLT* desere *αCX* (*m2 in mg.* ł densari *V*) densari *G* est *s. u. m3 A* 10 a *om. PLχ* (*s. u. m1 P, m2 E*) 14 exploso (*in mg. m2* expulso) *A* exemplo *C* mundani (i *in ras. ex* is) *P* 16 inlecebras *P* (i *s.* a *m2*) *L* delinita (i *pr. ex* e) *P* 17 uoluntatem *AX* 18 se *s. u. P* se ipsa *αχ* exanclatis *BC* exanglatis *PL* ex inclitis (*in mg. m3* al. exantalatis, a *alt. incertum*) *A* exanelatis *α* exalatis *χ* ex conlatis *X* 19 siuit (t *add. m2*) *A* 20 subtrahebatur *χ* eripere (e *pr. eras.*) *A* contendet (it *m3*) *P* contempnit *X* (contendit *m2* π) 21 obsessus *A* 22 peruigilia *P* (a *eras.*) *L*

sublatio, sed direptio triumphalis sit. est et aliud direptionis genus, quando aliis oblata diripimus. qui sint igitur raptores isti non laboramus intellegere, cum de Beniamin lupi rapacis genere nos manare nouerimus. praecesserat Iohannes, ut iustificaret populum Iudaeorum, ipse dominus uenerat ad oues perditas domus Israhel, apostolos destinauerat, ut fidem populi Iudae- 1383 A
orum uel disputatione uel signis miraculisque fundarent, sed cum illi munera sibi oblata defugerent, publicani et peccatores in deum credere, in fidem coire coeperunt. in his igitur apostolica praedicatione regnum caelorum cogitur et fidelis populi
113 adspiratione solidatur. diripit regnum illa quae fluxu sanguinis laborabat; nam cum dominus ad filiam principis synagogae tenderet, furtiuo quodam tactu sanitatis remedium praelibauit. diripit regnum illa Chananaea, quae a finibus suis egressa B
clamabat dicens: miserere mei, domine, fili Dauid; filia mea male a daemone uexatur. uere haec regnum coegit pertinax in precibus, sapiens in responsis, fidelis in uerbis. praetereuntem reuocat, tacentem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat. nonne tibi uidetur eripere, cum elicit quod negatur, praeripere quod aliis reseruatur? negauerat enim

3 Gen. 49, 27 5 Hier. 50, 6 8 Matth. 21, 31; 9, 10 9 Luc. 12, 12 11 Luc. 8, 43 sq. 14 Matth. 15, 22 sqq.

1 et *om.* *PL;* item *C* dereptionis *P* (dir. *m3*) *L* 2 alii oblata *A* alios (s *eras.* *P*) sublata *PL* alii sublata *α* deripimus *A* sint (i *ex* u *per ras.*) *P* sunt *EγLT* 3 deueniam in lupi *P* (deueniam *exp. et s. m2* beniamin) *L* 4 manare *ABπ* manere *E* (a *s.* e *pr.*) *cet.* nouerimus *Aχ* norimus *cet.* 6 isrł (i *eras.*) *A* apostolos *CEGγ et m2 PπT* apostolus *m1 PπT cet.* fidem (fi *et* m *s. u. m2*) *A* fide *L* 7 miraculis *s. u. m2 A* fundarent *α* (nt *eras.*) *X* (n *alt. exp.*) fundaret *cet.* 8 diffugerent *A* 9 crederent *A* 11 deripet *A* illa regnum *X* 12 laborat *FV* ad (d *s. u.*) *A* 13 proeliuauit (o *s. u. m1.* u *pr. s. u. m3*) *A* *post* praelibauit *add.* daemones inquit eicite et discite quis in ea dignus sit atque ibi manete. itaque nec hic mandatum uidetur ut xpīn dī filium (gentibus *add. s. u. m2 V*) praedicarent. ordo igitur disputationis est ordo tractans (ł tus *s. u. m2 V*) et ideo si hic *X* 16 daemone *A* daemonio *cet.* 19 cum elicit *om.* *PL,* cum elicit ... praeripere *om.* *C*

dominus panem filiorum dari canibus oportere; at illa consensit
et consentiendo diripuit dicens: utique, domine; nam et C
catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa domi-
norum suorum.
114 Didicisti quemadmodum regnum caeleste rapiatur. cogamus
igitur et nos, diripiamus illud; nemo enim nisi festinans pascha
manducat. sed quae ista est quae rapit regnum? non inpro-
bitas, non lasciuia, non uoluptas, sed illa de qua dicitur:
magna est fides tua; fiat tibi sicut uis. ecce rapuit
quae quod uoluit inpetrauit, quod rogauit extorsit. rapuit et D
illa uidua, quae frequenter orando si non propter innocentiam,
115 saltem propter inportunitatem ut exaudiatur extorquet. rapuit 1384 A
igitur ecclesia synagogae regnum. regnum meum Christus est;
rapio illum Iudaeis missum sub lege, natum in lege, nutritum
iuxta legem, ut me qui eram sine lege seruaret. rapitur Christus,
cum aliis promittitur, aliis praedestinatur; rapitur Christus,
cum aliis nascitur, aliis suffragatur; rapitur Christus, cum ab
aliis occiditur, sepelitur a nobis; rapitur insidiantibus, rapi-
tur dormientibus. habes ubi ipsi confessi sunt nos rapuisse, se
dormisse dicentes: dicite quia discipuli eius nocte B
uenerunt et furati sunt eum nobis dormientibus.
surge igitur qui dormis, ne et tu, dum dormis, Christum amittas.
surge qui dormis et exsurge a mortuis. uides mortuos
esse qui dormiunt. et ideo non inuidemus aliis, sed proui-
demus nobis; non enim mortui poterant seruare uiuentem.
116 exsurgant uel sero qui dormierunt, etiam qui Christum per-
diderunt. non sic amittitur Christus, ut non reuertatur, si tamen

1 Matth. 15, 26 sq. 6 Exod. 12, 11 9 Matth. 15, 28 10 Luc. 18, 3 sqq. 14 Galat. 4, 4 20 Matth. 28, 13 23 Ephes. 5, 14 25 Luc. 24, 5

1 ad *A et* (at *corr.*) π*V* 7 est ista χ 8 uoluntas *A* 12 saltem *APC* saltim *B* (tim *in ras.*) *cet.* 13 *prius* regnum *om. A spatio in u. ult. relicto* 14 in] sub χ 16 praedistinatur *PEGLX* (*corr. m3 PO, m2* π) 17 ab *om. X* (*s. u. m2 V*); cum ab aliis *om. L* 18 occidetur *P* (-itur *m2*) *L* 19 se] sed (d *del.*) *P*, *om. FO* 27 reuertatur] reperiatur χ

requiratur, sed uigilantibus regreditur et exsurgentibus praesto C
est, immo omnibus adest, qui ubique semper est, quia conplet
omnia. nulli enim deficit, nos deficimus; nulli inquam deficit,
superabundat omnibus; superabundauit enim peccatum, ut
superabundaret gratia. gratia Christus est, uita Christus est,
Christus est resurrectio. qui surgit igitur inuenit esse prae-
117 sentem. rapitur ergo regnum caelorum, cum Christus a dome-
sticis denegatur, a gentibus adoratur; rapitur cum ab illis D
repudiatur, colitur a nobis; rapitur cum per hereditatem non
agnoscitur, per adoptionem adquiritur.

## LIBER SEXTVS.

7, 29 sq. Et omnis populus audiens et publicani iustifica- 1383 E
uerunt deum baptizati baptismo Iohannis, Pharisaei
autem et legis periti consilium dei spreuerunt in
1 se non baptizati. aperuit sanctus Lucas specialibus additis
quod quasi generalibus sanctus Matthaeus subobscurum reli-
querat; ille enim ait: et iustificata est sapientia a
filiis suis. primum quae sit illa sapientia hic uidemus ex-
pressum; ait enim: iustificauerunt deum. deus ergo F
sapientia est quia, sapientia dei filius est, sapientia per natu-

1 Matth. 25, 13 2 Hier. 23, 24 4 Rom. 5, 20 5 Ioh. 11, 25 17 Matth. 11, 19 20 I Cor. 1, 30

1 regredietur (e *tert. eras.*) *P* 3 deficit *PaBCL* defecit *cet.* deficimus *aBCEπT* defecimus *cet.; nos . . . deficit om. G* deficit *PaBCL* defecit *cet.* 6 resurrectio est *L* 7 ergo] enim *χ* 8 gentilibus *PLπχ et* (li *eras.*) *V* rapietur (e *eras.*) *P* 10 requiritur (*in mg. m3* al. adquiritur) *A* FINIT (EXPLICIT *χ*) LIB. V. INC. LIBER VI *Aχ et qui post* QVINTVS *add.* IN EVGL° SCDM LVCAN *C* DE EUANGELIO LIBER V EXPLICIT. INCIPIT EIUSDEM LIBER SEXTUS *α* EXPLICIT LIBER IIII. INCIPIT LIBER V *PB* FINIT *L. in X nec subscriptio est nec inscriptio. in mg. cod. A m3 adscr.:* in alio codice iste liber non diuiditur 13 baptismum *A* pharisaei (i *pr. s. u.*) *A* 15 baptizati ab eo *χ* 17 est *om. α* 18 uidimus *P* (*corr.* -emus) *L;* uideamus *FOV* 20 sapientiam (m *del. m2*) *P* filius . . . dei *in mg. inf. m3 A* natura *A et* (per *om.*) *α*

ram, non per profectum. alia est sapientia dei patris uirtus, alia sapientia uirtus animae: illa nata est, haec creata. alia sapientia auctor operum, alia opus; opus enim mentis sapere prudenter, sentire uiuacitur. haec dona naturae sunt, operator autem non creatura est, sed creator, hoc est non
2 naturae munus, sed munerator naturae. iustificatur itaque
deus ipse per baptismum, dum se homines peccata propria 1384 E
confitendo iustificant, sicut scriptum est: dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris, et iustificatur in eo quia non per contumaciam refutatur, sed per iustitiam dei munus agnoscitur; iustus enim dominus et iustitias dilexit. in eo ergo iustificatio dei est, si non ad indignos et obnoxios, sed ad innocentes per ablutionem factos uideatur et iustos sua munera transtulisse. iustificemus igitur dominum,
3 ut iustificemur a domino. quid sit iustificari deum inpensius F
requiramus. apostolus dicit: sit autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, dum iudicaris; Dauid quoque dicit: tibi soli peccaui et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, dum iudicaris. ergo is qui peccat et confitetur deo peccatum iustificat deum cedens ei uincenti et ab eo gratiam sperans. in baptismate igitur iustificatur deus,
4 in quo est et confessio et uenia peccatorum. non contemnamus 1385 A
igitur sicut Pharisaei consilium dei. consilium dei est in ba-

8 Esai. 43, 26 11 Ps. 10, 7 16 Rom. 3, 4; cf. Ps. 115, 2; 50, 6 19 Ps. 50, 6

2 uirtutis animae *PBL* est (*s. u., eras.*) creata *E* creata est *L* 3 alia est sap. *ET* 6 itaque] igitur χ 7 hominis *P* (-es *m3*) *L* 9 et *om. PBL* 10 contumaciaę (m *s.* ę *m2*) *A* 11 iustitiam *PαBCL* 12 est iustificatio dī *X* et ad noxios *αXγ* 14 iustus (ad [*s. u.*] iustos *m2*) *A* ad iustos *α* 15 impensius sequi (sequitur π) paulus apostolus *X* 16 sit (t *s. u.*) *P* 18 *et* 21 dum *AG* cum *cet.* 19 ipse dauid quoque *EGT* ipse quoque dauid γ tibi (i *alt. s. u.*) *A* 21 his *P* autem *L* 23 ab eo] habet *X* sperant (s *s.* ţ *m2*) *A* 24 et *post* est *om. PBLXχ* 25 sicut *s. u. m2 A* consilium dei *s. u. m2 A*

ptismate Iohannis; quis igitur dubitet dei esse consilium in
Christi lauacro? hoc est consilium, quod magni consilii angelus
repperit, quod nemo cognouit; quis enim cognouit sen-
sum domini? hominis consilium nemo contemnit, dei consilium
quis refutet? ergo quasi filii matrem iustificemus, matrem
sequamur. scimus quia mater pro filiis se offert periculo.
matris sapientiae consilio, matris oboediamus imperio. B

5 Cantauimus uobis, et non saltastis; lamentauimus,
7, 32 et non plorastis. etsi non incongrua haec puerorum uide-
antur esse personae, qui leuem corporis motum inprudentia
adhuc maturioris grauitatis exercent, tamen ad altiorem sensum
referri posse praesumo, eo quod uideantur Iudaei nec psalmis
primo nec threnis postea propheticis credidisse, psalmis ad C
praemia prouocati, threnis ab errore reuocati. cantauit Dauid,
ut in salicibus nostra suspenderemus organa, cantauit ipse et
ante arcam domini non pro lasciuia, sed pro religione saltauit.
ergo non histrionicis motibus sinuati corporis saltus, sed
inpigra mentis et religiosa corporis agilitas designatur. sed non
in triumphis, non in excidiis Iudaeorum secuta correctio, qui
diuinae indulgentiae muneribus prouocati leuare mentem, cor-
pus adtollere, terrena deserere, caelestia quaerere debuerunt D
et iniuriis captiuitatis adtriti deflere peccatum, quod culpa
6 esset auctor iniuriae. iustificata est ergo sapientia ab
7, 35 omnibus filiis suis. bene ab omnibus, quia circa omnes
iustitia reseruatur. ut susceptio fiat fidelium, reiectio perfi-

2 Esai. 9, 6 3 Rom. 11, 34; cf. Esai. 40, 13 14 Ps. 136, 2 15 Reg. II 6, 14 sqq.

1 esse dei *PBL* 5 quis* *P* 6 offeret *A* 7 sapienti *PL* 9 puerorum (p *s. u.*) *P* 11 sensum (e *in ras.*) *A* 13 *sq.* thęrenis (ę *eras*) *P* 14 reuocati (re *s. u. m2*) *AP* uocati *cet.* 15 et ipse et *A* (et *pr. exp.*) *O* (et *alt. eras.*) *FGV* et ipse (*om. deinde* et) π 16 salutauit *P* (u *pr. eras.*) *L* 18 inpigra *ed. Rom.* inpigrae *libri* 20 intellegentiae *PL* muneri *P* (-re *m3*) *L* munere *X* 21 debere (*m2* debuerunt) *A* 22 et *om. A* (*in mg. m3* et iniuriis) 23 iniuriae (n *in ras.*) *A* 25 seruatur *PB et* (*in quo spatium ante* seruatur) *L* perditorum (*in mg. m3* al. perfidorum) *A*

dorum. unde et plerique Graeci sic habent: iustificata est
sapientia ab omnibus operibus suis, quod opus iusti-
tiae sit circa uniuscuiusque meritum seruare mensuram. bene E
7 ergo dicit: cantauimus uobis, et non saltastis. cantauit
enim Moyses, quando in mari rubro ad transitum Iudaeorum
fluctus obriguit, unda circumstetit eademque equos Aegyptiorum
ascensoresque refusa demersit. cantauit Esaias dilectae uineae
suae canticum, significans asperam flagitiis fore plebem, quae
fecundis prius erat uirtutibus fructuosa. cantauerunt Hebraei,
cum uestigia eorum tactu flammae rorantis umescerent et intus
extraque ardentibus omnibus solos tamen ignis innoxius lam- F
beret nec adureret. Ambacum quoque cantico publicam doctus
mulcere maestitiam prophetauit dulcem domini fore fidelibus
passionem. cantauerunt ergo prophetae spiritalibus modulis
publicae salutis oracula resultantes, fleuerunt prophetae threnis
flebilibus dura Iudaeorum corda mulcentes.

8 Docuit nos scriptura cantare grauiter, psallere spiritaliter;
docuit etiam saltare sapienter dicente domino ad Ezechihel:
plaude manu et percute pede; neque enim histrionicos
fluxi corporis motus deus morum censor exigeret aut inde- 1386 A
coros crepitus uiris plaususque femineos imperaret, ut tantum
prophetam deduceret ad ludibria scaenicorum et mollia femi-
narum. non congruunt resurrectionis reuelata mysteria et obpro-
bria saltationis exacta. est sane, est quidam proprius bonorum
actuum factorumque plausus, cuius sonus in orbem exeat et
bene gestorum resultet gloria, est honesta saltatio, qua tripu-

5 Exod. 15, 1 sqq. 7 Eṣai. 5, 1 9 Dan. 3, 24 sqq. 12 Ambac. 3, 13 16 Esai. 46, 12 17 Ps. 46, 8 19 Ezech. 6, 11 25 Ps. 18, 5

9 Hebraei *om. PL* 11 ex utraque *αX* innoxios *PL* 12 aduderet (r *s.* d *alt.*) *P* adcideret *L* ambacum *APαX* abacuc *B* (in *ras.*) *EGT et m2* π, abbacuc *Cγ et m2 O*, ablacuc *L* 15 tehrenis *A* therenis (ẹ *eras.*) *P* 18 ezechiel *A* 20 fluxu *LX* exigerạt (e *s.* ạ) *P* 21 screpitos *A* strepitus χ 22 ludibria (i *pr. ex* e *m3*) *P* scenicorum *P* 24 est sane est *ACX*χ (est *pr. exp.* π) et sane est γ sane est *cet.* 26 honestaç sal*tatio (u *eras.*) *A* dripudiat *A* (t *s.* d *pr.*) γ (trip. *m2 Eγ*)

diat animus, et bonis corpus operibus eleuatur, quando in
9 salicibus organa nostra suspendimus. iubetur ergo propheta B
plaudere manu et percutere pede, iubetur psallere, quia sponsi
nuptias iam uidebat, in quibus sponsatur ecclesia, Christus
adamatur. et bonae nuptiae, quando uerbo anima, spiritui
caro nubit. in his propheta Dauid ludere nos nuptiis uoluit,
ad has inuitauit, quia suos posteros copulabat, et ideo laetior
quam ceteri quasi in ipso actu positus nuptiarum nos ad
celebritatem festi muneris adhortatur dicens: exsultate deo
adiutori nostro, iubilate deo Iacob. sumite psal- C
mum et date tympanum, psalterium iucundum cum
cithara. nonne actum quendam prophetae saltantis aduertis?
denique alibi: psallam tibi in cithara, sanctus Israhel.
gaudebunt labia mea, cum cantauero tibi, et anima
mea, quam redemisti. audis citharizantium uoces, audis
10 saltantium crepitus? nuptias crede. sume et tu citharam, ut
pulsata spiritus plectro interiorum corda uenarum boni operis
sonum reddat. sume psalterium, ut armonia dictorum facto- D
rumque tuorum concinat. sume tympanum, ut organum tui
corporis spiritus moduletur interior factisque operantibus dulcis
morum tuorum suauitas exprimatur. sic psallebat propheta,
cum diceret: ueni huc a Libano, sponsa, ueni huc a
Libano. hoc canticum cecinerunt pueri nec auditi sunt. qui
pueri? de quibus dicit: ecce ego et pueri quos dedisti
mihi. sed hoc canticum non in foro, non in plateis canebatur,
sed in Hierusalem; ipsa est enim dominicum forum, in quo E
praeceptorum caelestium iura conduntur.
11 Et ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix.
7, 37

1 Ps. 136, 2 9 Ps. 80, 2 sq. 13 Ps. 70, 22 sq. 22 Cant. 4, 8
24 Esai. 8, 18

4 disponsatur χ (desp. *corr.* *E*γ) 5 quando] quam *A* 8 ipso *s. u.* *m3 A* 11 iucundum *AB* iocundum *cet.* 12 aduertis *s. u. m2 A* 13 tibi dš *P* (dš *s. u.*) *cet.* srł *A* 19 concinnat *A et* (n *pr. s. u.* *m3*) *P* sume et χ timpanum *A* 20 spm *PL* 22 *bis* huc] nunc *X* 23 hoc (c *s. u.*) *A* 24 dicit xps *A*

hoc loco plerique pati uidentur scrupulum, serere quaesti-
ones, utrumnam uideantur euangelistae duo discordasse de
fide an uero aliquam in diuersitate dictorum diuersitatem
signare uoluisse mysterii. habes enim in euangelio secundum
Matthaeum quia Iesus cum uenisset in Bethaniam in F
domum Simonis leprosi, accessit ad eum mulier
habens alabastrum unguenti pretiosi et recum-
bente illo fudit super caput eius. deinde istic Phari-
7, 39 saeus intra se dicit quod, si esset propheta, sciret
peccatricem et unguentum eius uitare deberet,
illic unguento effuso discipuli conqueruntur. utrumque igitur
explicandum est, sed ante quod scriptorum ordine prius est
13 priorem quoque ordinem interpretationis accipiat. uenit ergo
dominus Iesus in domum Simonis leprosi. apparet oeconomia,
quod leprosum non refugit, non uitat inmundum, ut maculas
humani corporis possit abluere. domus autem leprosi erat in 1387 A
Bethania; <Bethania> per interpretationem domus oboeditionis
dicitur. omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci
domus Simonis. nonne tibi uidetur Bethania mundus hic esse,
in quo seruitii oboedientis debemus obsequium, domus autem
Simonis leprosi terra esse, quae mundi portio est? princeps
autem saeculi huius quidam leprosus est Simon. ergo dominus
Iesus Christus ex illis superioribus locis uenit in hunc mun-
dum et descendit in terram. non erat in hoc mundo, sed B
oboediente pietate missus est in hunc mundum. ipse dicit:
sicut me misit in hunc mundum. audiuit ergo mulier ista

5 Matth. 26, 6 sq. 26 Ioh. 6, 57

1 et serere *PL* quaestionis *A* 3 in dictorum (dictorum in γ) diuersitate *EγLT* in diuersitate (diuersitate *s. u. m2, om.* dictorum) *G* 7 ungenti *P* 8 istic *αBC* stic *A* isti (c *s.* i, *eras.; m3* iste) *P* pharisaeus χ publicanus *cet.* 10 ungentum *PL* 11 illi *PL* ungento *P* 13 priorum *A* 14 oechonomia *A* 16 abolere (re *in ras.*) *P* 17 Bethania *add. Engelbrecht;* quae *add. s. u. m3 P, m2* π 19 nonne] ne *A* non *BFGO*π*T* 20 oboedientes *AX* (-tis *corr. V*) 24 in terram . . . oboediente *s. u. m2 A* 26 me misit *A*αχ me misisti *PBLX* misit me *C* ista mulier *C* ista *s. u. m2 A*

uenisse Christum, intrauit in domum Simonis; neque enim sanari potuisset haec mulier, nisi Christus uenisset in terram. et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domum Simonis, quod speciem habeat cuiusdam superioris animae scilicet uel ecclesiae, quae descendit in terram, ut bono odore sibi populum congregaret.

14 Hanc ergo mulierem inducit Matthaeus supra caput Christi C
effundentem unguentum et ideo forte noluit dicere peccatricem;
7, 38 nam peccatrix secundum Lucan supra Christi pedes effudit
unguentum. potest ergo non eadem esse, ne sibi contrarium
euangelistae dixisse uideantur. potest etiam quaestio meriti et
temporis diuersitate dissolui, ut adhuc illa peccatrix sit, iam
ista perfectior. etsi enim personam non mutet ecclesia uel anima,
tamen mutat profectum. itaque si constituas animam fideliter D
adpropinquantem deo, non peccatis turpibus et obscenis, sed
pie seruientem dei uerbo, habentem inmaculatae fiduciam castitatis, aduertis quod ad ipsum Christi ascendit caput; *caput autem Christi deus est* et odorem meritorum spargit
suorum. *Christi enim bonus odor sumus deo*; deum
15 quippe honorat bonum fraglans odorem uita iustorum. si haec
intellegas, uidebis hanc feminam plane beatam, ubicumque E
praedicatum fuerit hoc euangelium, nominari nec eius umquam
exolescere memoriam, eo quod supra caput Christi bonorum
fraglantia morum iustorumque factorum effudit unguentum.

5 II Cor. 2, 14 sq. 7 Matth. 26, 7 17 I Cor. 11, 3 19 II Cor. 2, 15 21 Matth. 26, 13

2 potuisset (s *pr. ex* t) *P* haec et (et *s. u. m2*) *A* 4 habeat (a *alt. s. u.*) *P* 8 ungentum *P* 9 lucan *AP* lucam *cet.* effundit *A* (n *s. u. m2*) *GOπV* 10 ungentum *P* 14 constituas (s *pr. s. u.*) *P* 15 peccastis *P* (s *pr. eras.*) *L* 16 seruantem dī uerba *PL* 17 aduertes *A* ascendat *χ* 18 suorum spargit *X* 20 fraglans *P m1 et* (*corr. ex* flagrans) *T* fragrans (l *s.* r *pr.*) γ flagrans *P m3 cet.* (l *ex* r *m2*) *G* 21 feminam *PL* feminam uidebis (uidete π) *cet.* plane] plene γ ualde *PL* beatam et *P* 23 memoriā (ā *ex* a *graphio*) *P* super *χ* 24 fraglantia *P* fraglantiam *G et F* (l *ex* r *m2*) *T* (*corr. ex* flagr.) flagrantia *ABCL* fragrantiam (l *s.* r *pr.*) γ flagrantiam *cet.* effundit *απ et* (n *exp.*) *V* ungenta *P* unguenta *L et* (a *ex* um) *B* ungentum *F*

qui accedit ad caput nescit extolli, sicut ille frustra inflatus mente carnis suae et non tenens caput. sed qui caput non tenet Christi uel pedes teneat, quia corpus unum copulatum et subministratum crescit in incre-
16 mentum dei. altera est illa, uel persona altera uel profectu, F
quae propinqua nobis est; nondum enim peccatis nostris renuntiauimus. ubi sunt nostrae lacrimae, ubi gemitus, ubi fletus? uenite, adoremus et procidamus ante eum et ploremus ante dominum, qui fecit nos, ut saltim ad pedes Iesu uenire possimus. nondum enim possumus ad caput
17 uenire; peccator ad pedes, iustus ad caput. habet tamen et
quae peccauit unguentum. defer mihi et tu post peccata 1338 A
paenitentiam. quocumque uel in domum indigni, uel in domum Pharisaei audieris iustum uenisse, contende, praeripe hospiti gratiam, praeripe regnum caelorum; a diebus enim Iohannnis Baptistae regnum caelorum cogitur, et cogentes diripiunt illud. ubicumque audieris Christi nomen, adcurre: in cuiuscumque interiorem domum Iesum intrasse cognoueris, et ipse festina. cum reppereris sapientiam, cum reppereris iustitiam in alicuius penetralibus recumbentem, adcurre ad pedes, hoc est uel extremam partem quaere sapientiae. noli fastidire pedes; fimbriam illa tetigit et sanata est. lacrimis confitere delicta, dicat de te quoque iustitia illa caelestis:
18 lacrimis suis rigauit pedes meos et capillis suis
7, 44

1 Coloss. 2, 18 sq. 3 Matth. 28, 9 8 Ps. 94, 6 15 Matth. 11, 12 22 Luc. 8, 44

1 inflammatus *PL* 2 mente (e *alt. in ras.*) *P* 6 est *om. B* 8 eum] dm̄ *P* (*ex* dn̄m) *BLχ* 9 *post* dominum *add. in mg.* ñ, *sed eras. A*, nostrum *PαBCFLV* saltem *C et* (im *m2*) *PG* ad *om. X* 10 inuenire *X* possimus] possemus (e *ex* u *m2*) *P* possumus] possimus *X* ad caput uenire *PL*, *om. cet.* (caput *s. u. m2* π) 11 et peccator *PL* quia peccator χ habet (t *s. u.*) *P* 12 tamen et quae peccauit *om. PL* ungentum *P* defers *A* (t *s.* s *m2*) deffert *FOV* defret π 14 praeripere *Xχ* hospiti *PBL* hospitis *ACχ et* (is *ex* es) π*V* hospites α*FO* 15 praeripere *X* 17 audieris (is *ex* itis) *A* 20 penetrabilibus *AGX et* (bi *eras.*) *T* 24 et *om. PBL*

extersit. et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus, ut
eos lacrimis nos lauemus. bonae lacrimae, quae non solum C
nostrum possunt lauare delictum, sed etiam uerbi caelestis
rigare uestigium, ut gressus in nobis eius exuberent. bonae
lacrimae, in quibus non solum redemtio peccatorum, sed
etiam iustorum refectio est; iusti enim uox est: fuerunt
mihi lacrimae meae panis.
19 Etsi ad caput Christi adcedere non potes, tangat pedibus
suis caput tuum Christus. et fimbria curat eius et pedes curant.
expande capillos, sterne ante eum omnes tui corporis digni-
tates. non mediocres capilli sunt, qui possunt pedes tergere D
Christi. testatur hoc ille, qui quamdiu capillos habuit, uinci
nequiuit. denique et mulierem decaluatam orare non decet.
habeat plane capillos, quibus Christi circumuoluat uestigia,
quibus suae criniculis pulchritudinis et decoris sapientiae pedes
tergeat, ut extremo saltem diuinae rore uirtutis umescant, figat
iustitiae pedibus oscula sua. non mediocris haec meriti est,
20 de qua potest dicere sapientia: ex quo intraui, non cessa- E
7, 45 uit osculari pedes meos, ut aliud nisi sapientiam loqui
nesciat, ut aliud nisi iustitiam diligere nesciat, ut aliud nisi
castitatem libare nesciat, ut aliud nisi pudicitiam osculari
nesciat. osculum enim mutui amoris indicium est, osculum
pignus est caritatis.

6 Ps. 41, 4 9 Luc. 8, 44 12 Iudd. 16, 17 13 I Cor. 11, 5 sq.

1 extersit *APBL* tersit *cet.* 3 possunt nostrum *X* 4 eius in nobis *CX* exuberet *PBLX* 6 refectio est iustorum *ET* est *alt om. PL* 7 panes *AγX et* (-is *corr.*) *T* *post* panis *add.* die et nocte χ 10 omnes *AαBV*χ omnem *FO*π omnis *cet.* tui *s. u. A* dignitatem *L*π *et* (em *in ras.*) *V* dignitatis *FO* 11 tergere pedes χ 14 et habeat *X* circumuoluat (u *tert. s. u.*) *P* 15 suae criniculis pulchritudinis (-is *ex* -es *A*) et decoris *AαBCX*χ pulchros et decoros *PL* 16 tergeat *PαEγT et* (e *alt. eras.*) *AC* tergat *BX* terget (a *s.* e) *G* saltim *BEγLTX* figat αχ figant π (n *exp.*) *cet.* 17 obscula (b *eras.*) *P* 20 dilegere *P* 21 li**bare (ba *eras.*) *A* 23 pignus] signum *C*

21 Beatus qui potest et oleo ungere pedes Christi. denique
7, 46 adhuc Simon non unxerat; sed beatior quae ungit unguento;
multorum enim florum in unum collecta gratia spargit odorum F
uarias suauitates. et fortasse istud unguentum non possit alius
nisi ecclesia sola deferre, quae diuersi spiraminis innumera-
biles habet flores, quae merito speciem accipit peccatricis, quia
22 Christus quoque formam peccatoris accepit. et ideo nemo
7, 47 potest tantum diligere quantum illa quae in pluribus diligit.
nec Petrus ipse, qui dixit: domine, tu nosti quia diligo
te, nec Petrus ipse, qui doluit quia interrogatus est: amas
me? quod enim manifestum erat nolebat quasi incognitum 1389 A
quaeri. ergo nec Petrus ipse, quia ecclesia dilexit in Petro,
7, 47 nec Paulus ipse, quia Paulus quoque eius est portio. et tu
plurimum dilige, ut et tibi remittatur plurimum. multum
peccauit Paulus, qui etiam persecutor fuit, sed multum dilexit,
qui usque ad martyrium perseuerauit. remissa sunt ei peccata
multa, quia et ipse multum dilexit, qui sanguini proprio pro
23 dei nomine non pepercit. uide oeconomiam: in domo Pharisaei B
7, 36 peccatrix glorificatur, in domo legis et prophetae non Phari-
saeus, sed ecclesia iustificatur; Pharisaeus enim non credidit,
7, 39 ista credebat. denique ille dicebat: si esset propheta, sciret
utique quae et qualis esset mulier quae tangit eum.
domus autem legis Iudaea, quae non in lapidibus scribitur,
sed in tabulis cordis. in hac iustificatur ecclesia iam lege
maior; lex enim peccatorum nescit remissionem, lex mysterium C
non habet, quo occulta mundantur et ideo quod in lege minus
est consummatur in euangelio.
7, 41 Duo inquit debitores erant cuidam faeneratori:

9 Ioh. 21, 15   10 Ioh. 21, 17   15 I Cor. 15, 9, I Tim. 1, 13
23 II Cor. 3, 3

2 Simon] moysi *PBL*   set (sed *m3*) *P*   ungit *αC* unxit χ unget *APL* unguet *BX*   ungento *A*   6 accipit *ACG* accepit *cet.*   7 peccatores (-is *m3*) *P*   10 quido | uoluit (uo *eras.*) *P*   12 ecclesiam χ ecclesia di *X*   18 uideo *APαBET et* (uide *corr.*) *G*   21 ille (e *ex* i *m2*) *P*   22 eet (et *eras.*) *P*   24 iam] a *A;* iam *in ras. GV, s. u.* π

unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta.
24 qui sunt isti debitores duo nisi populi duo, unus ex Iudaeis,
alter ex gentibus faeneratori illi thesauri caelestis obnoxii?
unus inquit debebat denarios quingentos, alius quin- D
quaginta. non mediocris est iste denarius, in quo regis imago
formatur, qui tropaeum habet imperatoris expressum. non
materialem faeneratori huic debemus pecuniam, sed meritorum
examina, aera uirtutum, quarum meritum grauitatis pondere,
iustitiae specie, sono confessionis expenditur. uae mihi si non
habuero quod accepi aut quia difficile quisquam est, qui
faeneratori huic integrum debitum possit exsoluere, uae mihi
si non petiero: concede mihi debitum! non enim nos ita E
dominus orare docuisset, ut peteremus nobis dimitti nostra
25 debita, nisi sciret difficile aliquos fore idoneos debitores. sed
quis est populus iste, qui amplius debet, nisi nos, quibus
amplius creditum est? illis credita sunt eloquia dei, nobis
creditur uirginis partus. habes talentum uirginis partum, habes
fidei centesimum fructum. creditus est Emmanuhel nobiscum
deus, credita domini crux mors resurrectio. etsi Christus pro F
omnibus passus est, pro nobis tamen specialiter passus est,
quia pro ecclesia passus est. itaque non est dubium quod plus
debeat qui plus accepit. et secundum homines plus fortasse
offendit qui plus debuerit, sed per misericordiam domini causa
mutatur, ut amplius diligat qui amplius debuit, si tamen gra-

12 Matth. 6, 12 13 Luc. 11, 4 16 Rom. 3, 2 17 Matth. 25, 15 18 Matth. 13, 8; 1, 23 21 Luc. 12, 48 22 Augustinus de gratia Christi 44, 48 (*secundum . . . 242, 1 consequatur*)

1 D *PL* L *LP* 3 faenerator *P* feneratur *L* thensauri (n *eras.*) π 4 D alius L *PL* 5 est *s. u. m2 A* 6 tropeum (*in mg. m2* figurā) *A* thropeum *P* 8 examena *A* exanima *PL* 9 specie *s. u. m2 A* 10 accipiam ut *P* accipiam aut *LX* 12 concedire (re *s. u. m2*) *A* concedi *C et* (i *ex* e) *O* concedere (re *s. u. m2*) π 13 dn̄s *s. u. m3 A* nobis dimitti *AX* dimitti nobis *Pa* dimitte nobis *cet.* 18 est et *X* emmanuhel (h *s. u.*) *a* emmanuel *AEO* emanuel γ 20 passus *pr.*] mortuus χ 22 hominem *X*χ 23 debuerat *ETX Augustini codd. aliquot*

tiam consequatur. gratiam enim et qui reddit habet et qui
habet in eo ipso quod habet soluit; nam et reddendo habetur
26 et habendo redhibetur. et ideo quoniam nihil est quod digne
deo referre possimus — quid enim referamus pro susceptae 1390 A
carnis iniuria, quid pro uerberibus, quid pro cruce obitu sepul-
tura? — uae mihi, si non dilexero! audeo dicere, non reddidit
Petrus et ideo plus dilexit, non reddidit Paulus; reddidit
quidem mortem pro morte, sed alia non reddidit, quia multa
debebat. audi ipsum dicentem quia non reddidit: quis prior
dedit illi, et retribuetur ei? reddamus licet crucem pro
cruce, funus pro funere, numquid reddimus quod ex ipso et
per ipsum et in ipso habemus omnia? reddamus ergo amorem B
pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro pecunia;
plus enim diligit cui donatur amplius.

27 Sed reuertamur ad illam superiorem, cuius consilium adhuc
nec apostoli intellegunt, quod erat absconditum a saeculis in
deo; quis enim cognouit sensum domini? conquerebantur
ergo discipuli quia mulier super caput effudit ungentum et
querebantur dicentes: quare hoc sic perit? potuit enim
uenundari pretio et dari pauperibus. quid utique in C
eorum sermonibus displicuerit non potes deprehendere, nisi
mysterium intellegas; luxuriosi enim hominis uel potius non
hominis est olere unguentum. certe et ipsi qui olent unguere

9 Rom. 11, 35  11 Rom. 11, 36  14 Luc. 7, 42 sq.  16 Coloss. 1, 26  17 Rom. 11, 34; cf. Esai. 40, 13  19 Matth. 26, 8 sq.

1 gratiã (ã *ex* a *graphio*) *P*  reddidit *A*  2 reddendo χ *et m2 V* credendo *V m1 cet.*  3 redhibetur *APαCL* redimetur (m *ex* b *m2*) *B* reddebitur *X* (d *pr. s. u. V*, bi *s. u.* π) redditur χ  4 suscepta *PL*  8 pro mortem *A*  11 *post* funus *add.* cadauer *X*  13 gratiam pro pecunia *X* (pecuniam, m *eras. V*, pecuniã, -a *corr. F*) gratiam (pro sanguinis praetio *s. u. m3*) pecunia *A* gratiam pro sanguine pro praetio pecuniã *PL* gratiam pro sanguinis praetio *C*χ gratiam pro sanguinis pretio pecuniam *αB*  14 plus] amplius *C*  17 dn̄o *ET* dm̄ *X* (dō *m3 V*)  18 supra *AC*  19 enim *om. X*  21 potes *A m2 αG* poteris *C m2* potero *PBL et m1 AC* potest *cet.* (t *alt. exp. E*γ*V*)  23 ungentum *P*  olent] oleo *PαB* solent *E*γ*T* qui oleo se unguere solent *C in mg.*

se, non perfundere solent. quid displicet, quia dictum est:
potuit hoc uenundari pretio et dari pauperibus? certe
et ipse supra dixerat: quidquid uni horum minimorum
fecistis mihi fecistis, sed ipse mortem suam pro paupe-
28 ribus offerebat. non est igitur simplex figura, et ideo respon- D
dit illis dei uerbum: quid molesti estis mulieri? semper
pauperes habetis nobiscum, me autem non semper.
semper ergo tecum pauperem habes et ideo benefac. non
igitur differre pauperem debes, quia tecum semper est, cum
tibi propheta dicat: ne dixeris pauperi: cras dabo. sed ille
de sola misericordia locutus est, hic autem misericordiae fidem
praetulit, quae tunc habet meritum, si fide praecedente con-
fertur; mittens enim hoc unguentum in corpus meum E
ad sepeliendum me fecit. non ergo unguentum dominus,
29 sed caritatem dilexit, fidem suscepit, humilitatem probauit. et
tu si desideras gratiam, caritatem auge; mitte in corpus Iesu
fidem resurrectionis, odorem ecclesiae, conmunis caritatis
unguentum, et ita progrediens pauperi dabis. plus tibi pecunia
illa proderit, si non tamquam adfluentem tribuas, sed tamquam
profuturam Christi nomine largiaris, si ita eam conferas pau- F
peri, ut deferas Christo. non ergo iuxta litteram tantummodo
accipias superfusum capiti unguentum — littera enim
occidit — sed secundum spiritum, quia spiritus uita est.
30 Quod ergo istius mulieris unguentum est? quis hoc audire
potest? qui tales aures habet, ut dicente Iesu uerbum, quod

3 Matth. 25, 40 6 Matth. 26, 10 sq. 10 Prouerb. 3, 28 13 Matth. 26, 12 22 II Cor. 3, 6 25 Luc. 8, 8; 14, 35

1 se] solent *α* quid ergo *ed. Rom.* displicuit *αC* 3 horum] eorum *A* minimorum horum (bonorum *O*) *Xχ* 4 feceritis *X* et mihi *B* 8 pauperes *X* habes (s *s. u. m2*) *A* non *AX et m3 P* num *Cχ* nunc *P m1 αBL* 9 igitur] ergo *X* semper tecum *χ* 11 loquutus *ABFV* 12 confera|tur (a *add. m2*) *P* conferatur *FO et* (atur *in ras.*) *V* conferentem (at *s.* entem) *π* 13 ungentum *P* 16 si *om. χ* 18 unguentum (u *alt. s. u. m2*) *P* pauperibus *χ* 19 adfluentam (e *s.* a) *P* afluentem *A* 22 su*perfusum (i *eras.*) *P* 24 quis hoc audire potest *s. u. m2 A* 25 qui] quis *P* (s *s. u.*) *Bχ* ut (t *ex* d) *A*

accepit a patre, immo quia ipse uerbum est, possit tantam
altitudinem capere mysterii? et discipuli ex parte intellegunt,
etsi non totum intellegunt. unde et quidam putant dixisse
discipulos unguenti pretio emi fidem gentium debuisse, quae 1391 A
sanguinis dominici tantum pretio debebatur, quod uidetur ueri
simile. denique Iohannes euangelista inducit sermonem Iudae
Iscarioth aestimatum trecentis denariis illud unguentum, sicut
habes: potuit enim uenundari trecentis denariis et dari
pauperibus. trecentorum autem aera crucis insigne declarat;
sed dominus non perfunctoriam mysterii praescientiam quaerit,
31 sed consepeliri in se fidem credentium mauult. id tamen de B
ceterorum apostolorum uocibus intellegimus, Iudas autem
condemnatur auaritiae, qui pecuniam dominicae praetulit sepulturae, qui etiamsi de passione sensit, errauit tam cara auctione. uili se uult aestimari Christus, ut ab omnibus ematur,
ne quis pauper deterreatur. gratis inquit accepistis, gratis
date. pecuniam non quaerit diuitiarum altitudo, sed gratiam.
ipse nos pretioso sanguine emit, non uendidit. de quo plenius
diceremus, nisi a nobis ipsis tractatum alibi recordaremur. C
32 ergo secundum dicta domini, in quo sunt thesauri sapientiae absconditi, quos nemo potuit praeuidere, operari me
oportet in sepultura eius, ut caro eius requieuisse, non corrup-

1 Ioh. 1, 1 8 Ioh. 12, 5 11 Rom. 6, 4 16 Matth. 10, 8 18 I Petr. 1, 19, cf. de spiritu sancto III 125 sqq. 20 Coloss. 2, 3 22 Ps. 15, 10

1 accipit *A* accepi χ qui *Maurini* 2 mysterio (i *s.* o *m2*) *A* et discipuli *s. u. m2 A* 3 tantum *PL* 4 enim (*s. m2* emi) *A* 6 ue**ri (i *ex* e *m2*) *A* iohannis (-es *m2*) *P* sermone *C*χ 7 scharioth *AB*π scariotis *C* scarioth *cet.* CCC *PL* trecentos (denarios) *X* 8 habes] legitur *PL* CCC *PL* 9 trecenta *ed. Rom.* declarant *V* (n *s. u.*) *BC*χ 10 perfunctoriam (m *s. u. m2*) *A* perfunctoria *P* (a *ex* â) *FO* praescientia *P* (c *ex* t *m2*) *B* praesentiam *TX* (*V in mg.* praescientiam, *eras.*) 11 sed *s. u. m2 A* maluit *A* uult *C* 14 etiam se (i *s.* e *alt. m2*) *A* actione *PL*χ 15 uile *A*α uilis *G* 16 inquit *om. X* 17 pecuniam enim *X* 18 pretio sanguinis *P* (is *ex* es) *BL* sanguine (*ante* s *ras.*) *A* redemit *PL* 22 sepulturam γ (-a *corr.*) *BCETX*

tionem uidisse credatur et mors corporis eius ita domum
nostram odore sui conpleat, ut credamus quia in manus patris
conmendauit spiritum suum et a morte sequestrata diuinitas
33 corporalium non subiit consortium passionum. intellege quem- D
admodum corpus fili unguentum oleat. corpus illud est quod
exutum est, non quod amissum est. corpus eius traditiones
sunt scripturarum, corpus eius ecclesia est. corporis eius odor
sumus, et ideo decet ut mortem corporis eius ornemus, etsi
nostros illa non requirat ornatus, sed requirunt pauperes.
ornabo corpus eius, si fiam sermonum eius praedicator et
possim gentibus crucis aperire mysterium. ornauit ille qui
dixit quia praedicamus Christus crucifixum, Iudaeis E
quidem scandalum, gentibus stultitiam, ipsis uero
uocatis, Iudaeis atque Graecis, Christum dei uirtutem
et dei sapientiam. ornatur crux, cum id quod per inperitiam stultum putatur per euangelium sapientius aestimatur,
ut possimus docere quemadmodum uirtus aduersaria per crucem
domini destruatur. misi in domini corpus unguentum, spirare
incipit quod mortuum putabatur.
34 Ideo unusquisque adoriatur emere labore suo nisuque uir- F
tutum alabastrum unguenti, non uile aliquod atque conmune,
sed pretiosum unguentum alabastri et unguentum pisticum. si
enim quis fidei congreget flores et praedicet Iesum Christum
crucifixum, in omnem ecclesiam, quae Christi corpus est mundo
mortua, requiescens deo fidei suae transfundit unguentum.

2 Luc. 23, 46 7 et 24 Ephes. 1, 23 7 II Cor. 2, 15 12 I Cor. 1, 23 sq. 23 Gal. 6, 14

2 compleatur (*om.* ut; *m2* compleat ut) *A* ut] et *PL*, ut *in ras. V, om. FO* manu *PBFGLOπ* 5 fili *AaX* filii *FO corr. cet.* 7 eius *s. u. P* 9 nostros (s *alt. s. u.*) *A* 11 aperire mysterium crucis *X* 13 gentibus *PaC* gentibus autem *A* (autem *s. u. m3*) *cet.* ipsiu̇s *A* 16 estimatur (a *in ras.*) *P* aestimetur *X* 18 distrahatur (*in mg. m3* al. distruatur) *A* distruatur *X* 19 putatur *P* 20 nisi qui *P* (que *corr. m3*) *L* 21 unguenti ... sed *add. m2 A* neque (at *s.* ne) *A* 22 praetiosum unguentum (u *tert. s. u.*) *P* 23 congeret *A* 24 omni ecclesia *PBLπ* 25 transfudit *APL* transfundit (n *s. u. m3*) *O*

olere incipit tota domus domini passionem, olere incipit mortem,
olere incipit resurrectionem, ut possit unusquisque ex hoc
sacrae plebis numero dicere: mihi autem absit gloriari
nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. spirat odor,
olet unguentum in corpore, si quis possit — atque utinam 1392 A
ego possim — confidenter loqui: mihi autem mundus cru-
cifixus est. non amanti diuitias, non amanti honores saeculi,
non amanti quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, non amanti
quae uidentur, sed quae non uidentur, non cupido uitae, sed
ei qui festinat dissolui et cum Christo esse crucifixus est
mundus. hoc est enim crucem tollere et sequi Christum, ut
et nos conmoriamur et consepeliamur cum eo, ut unguentum,
quod ista mulier in sepulturam eius misit, olere possimus.
non mediocre istud unguentum est, quo Christi longe lateque B
diffunditur nomen. unde etiam prophetice dictum est: unguen-
tum exinanitum nomen est tuum, ideo exinanitum, ut
35 maiore fides odore fraglaret. ex hac ergo muliere intellegimus
illud apostolicum quid sit: superabundauit peccatum, ut
lsuperabundaret gratia. nam si in ista muliere non super
abundasset peccatum, non superabundasset gratia; agnouit
enim peccatum et detulit gratiam. et ideo lex necessaria; per C
egem enim peccatum agnoui. si lex non fuisset, peccatum
lateret. agnoscendo peccatum ueniam peto. per legem ergo
genera peccatorum, praeuaricationis quoque crimen agnosco,
curro ad paenitentiam, gratiam consequor. lex ergo auctor est
boni, quae mittit ad gratiam.

3 Galat. 6, 14 6 Galat. 6, 14 9 II Cor. 4, 18 10 Philipp. 1, 23 11 Luc. 9, 23 12 Rom. 6, 4, Coloss. 2, 12 13 Matth. 26, 12 15 Cant. 1, 3 18 Rom. 5, 20 22 Rom. 3, 20; 7, 7

1 domini *om.* *X* 3 autem *om.* *PL* 4 crucem *AL et* (m *exp.*) *P*, (m *eras.*) *B* nostri *om.* *BGX*, ñ *s. u. m2 A* 5 in *s. u. m3 P*, *om.* *L* 7 est *om.* *a* honores (s *s. u. m3*) *P* 12 sepeliamur *X* 16 est *om.* *PBL* exinanitum est *ET* 17 fraglaret *PET* flagraret *cet.* 18 quidixit (sit *s.* ịxịṭ *m3*) *P* superabundabit *A* 19 non superabundaret *X* 22 agnouit *P* (t *exp.*) *BL* 23 ergo] enim χ 25 penitentiam (i *pr. s. u. m2*) *A*

36 Mater et fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiunt
8, 21 et faciunt. moralis magister, qui de se ceteris praebet exem- D
plum, atque ipse praeceptor, ipse etiam suorum exsecutor est
praeceptorum. praescripturus enim ceteris quoniam qui non
reliquerit patrem et matrem suam non est filio dei dignus,
sententiae huic primus ipse se subicit, non quo maternae
refutet pietatis obsequia — ipsius enim praeceptum est: qui
non honorauerit patrem et matrem morte morietur —
sed quia paternis se mysteriis amplius quam maternis affec-
tibus debere cognoscat. neque tamen iniuriose refutantur parentes, E
sed religiosiores copulae mentium docentur esse quam corpo-
37 rum. ergo non debuerant foris stare qui Christum uidere
quaerebant; prope est enim uerbum in corde tuo et in
ore tuo. intus igitur uerbum, intus est lumen. unde et ille
ait: accedite ad eum et inluminamini. si enim foris
stantes nec ipsi agnoscuntur parentes et propter nostrum for-
tasse non agnoscuntur exemplum, quemadmodum nos agnoscimur, F
38 si foris stemus? nec putet aliqui offendiculum esse pietatis,
ubi mandatum legis inpletur; si enim relinquet homo patrem
et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una,
recte sacramentum hoc in Christo seruatur et in ecclesia. et
ideo parentes corpori proprio non oportuit anteferri. ergo hic
non, ut quidam haeretici tendiculas aucupantur, mater negatur,

4 Matth. 10, 37, Luc. 14, 26 7 Exod. 20, 12, Deut. 27, 16; cf. Exod. 21, 15 13 Deut. 30, 14, Rom. 10, 8 15 Ps. 33, 6 20 Ephes. 5, 31 sq.; cf. Gen. 2, 24 23 cf. Cic. pro Caec. 65

3 exsequutor *FOV* 5 et] aut *C*χ suam *om. B* 6 se *s. u. m3 A, om. aX* subiecit *a*χ subiacet *X* 8 et] aut *X*χ mortem *P* (m *alt. eras*) *a* morietur *Aa* moriatur *cet.* 11 religiosioris *A* 13 in ore tuo et in corde tuo χ in *alt. om. B* 14 illạe *P* 15 eum *aG*γ dm̄ *AC* dnm̄ *cet.* 16 adstantes *PBL* 17 cognoscuntur *ET* agnoscemur *G* (e *ex* i) γ*X*, *recte puto* 18 aliqui *AL et* (-is *corr. m1*) *P*, (*m2*) π aliquis *cet.* 19 relinquet χ *et* (et *ex* it *m2 G*) reliquit *BL* relinquit *V* (n *s. u.*) *cet.* 20 et *pr.*] aut χ **una (et *ut uidetur eras.*) *A* 21 in *alt. om. CL* 22 oportuit (o *pr. s. u. m2*) *G* potuit *PBCL* anteferre *PBCL* 23 augurantur (aucup *s.* augur *m2*) *A*

quae etiam de cruce agnoscitur, sed necessitudini corporali
praescriptorum caelestium forma praefertur. illud quoque intel-
legere non abhorret, quia per figuram parentum demonstrat
Iudaeis, ex quibus est Christus secundum carnem, ecclesiam 1393 A
39 quae credidit praeferendam. itaque qui se intellegeret propter
diuinum in terras uenisse mysterium ecclesiaeque conuentum,
8, 19–22 relictis nauem ascendit parentibus. neque enim quisquam
poterat hunc mundum enauigare sine Christo, quando eos
quoque quibus dominus adest temtationum saecularium saepe
procella perturbat. et oeconomia seruatur in apostolis, ut
aduertas sine temtatione neminem posse ex hoc uitae curriculo B
demigrare, quia exercitium fidei temtatio est.
40 Subiecti igitur sumus nequitiae spiritalis procellis, sed quasi
peruigiles nautae gubernatorem excitemus. uerum et ipsi peri-
clitari solent. quem igitur gubernatorem requiram? illum utique
41 qui non seruiat, sed imperet uentis, de quo scriptum est: at
8, 25 ille surgens increpauit uentum. quid est surgens? C
8, 24 quiescebat enim, sed quiescebat corporis somno, cum inten-
deret diuinitatis mysterio; ubi enim sapientia, ubi uerbum,
42 nihil sine uerbo fit, nihil sine prudentia. supra habes quia
pernoctabat in oratione: quomodo hic in tempestate dormiret?
sed exprimitur securitas potestatis, quod omnibus timentibus
solus intrepidus quiescebat. non est ergo consors naturae qui
non est consors periculi. etsi corpus dormit, operatur diuinitas,
operatur fides. denique dicit: modicae fidei quare dubi- D
tastis? et bene arguuntur qui praesente Christo timebant, cum
43 utique qui ei adhaereat perire non possit. ergo confirmauit fidem,

1 Ioh. 19, 26  3 Rom. 9, 5  13 Ephes. 6, 12  20 Luc. 6, 12  25 Matth. 8, 26

1 cognoscitur *PEγLT* 2 perscribtorum *A* praeceptorum *L* 3 aborret *AC* demostrat *A* 4 iudeis (i *alt. ex* o) *P* iudeos *B* 5 se] saæ (*scriptura incerta; s.* aæ *scriptum est* e, *sed eras.*) *A* 7 parentibus ascendit nauem *α* nauim *Cγ* nauem (i *s.* e *m2*) π; nauem *exp. A* parentibus (n *s. u.*) *A* quisque *A* 10 oeconomiae *P* 13 procellae *PBL* 14 peruigilis *A* 15 requiramus *C* 16 ad *AP* et γ 17 imperauit uento *C* 23 intrepidibus (ib *eras.*) *P* 25 ait *PL* modicae (a *s. u*). *A* 27 adhaeret *PL*

refudit tranquillitatem, uentum cessare praecepit, non aquilonem non Africum, sed illum utique uentum, cui dictum est ab angelo Michael in epistula Iudae: imperet tibi dominus. unde etiam sanctus Matthaeus imperauit inquit uento et mari. atque utinam in nobis flatus eius asperos cohibere E
dignetur, ut fluctuanti uitae refusa tranquillitas naufragii metum demat! etsi iam non dormiat sui corporis somno, caueamus
44 tamen ne nostri corporis somno nobis dormiat et quiescat. et quoniam quae loco superiore praestrinximus delibasse satis est, nunc quia in libro secundum Matthaeum duos homines in regione Gerasenorum daemoniis adflatos Christo occurrisse
8, 27 cognouimus, hic autem sanctus Lucas unum inducit eundem- F
que nudum — nudus enim est quicumque tegumentum naturae suae et uirtutis amisit — qua ratione de numero euangelistae dissonare uideantur non otiose praetereundum, sed requirendum arbitror. et quidem licet discordet numerus, tamen concordat mysterium; uir enim iste qui habebat daemonium populi figura 1394 A
gentilis est, opertus uitiis, nudus errori, patens crimini. duo illi quoque similiter figuram populi gentilis accipiunt, quoniam, cum tres filios Noe generauerit, Sem Cham Iaphet, Sem tantummodo familia in possessionem adscita est dei. ex duobus illis diuersarum nationum populi pullularunt, quorum alter maledictus, quod nudatum patrem non texerat, benedictus alter,

3 epist. Iudae 9 4 Matth. 8, 26 10 Matth. 8, 28 20 Gen. 9, 18 23 Gen. 9. 22 sqq.

3 micahel *P* 5 maria (a *alt. eras.*) *P* choibere *A* 7 demet (a *s.* e *alt.*) *α* demutet *X* 8 ne *post* somno *transponunt X* nostro *χ* in nostri *α* non *X* in nobis *χ* 9 superiore (-ri *m2*) *P* superiori *αOπχ* praestrinximus *APB* perstrinximus *cet.* 13 nudis (v *s.* i *m3*) enim *P* tegumentum *PEγLT et* (u *pr. ex* i *m2*) *B* tegimentum *αG* indumentum (*in mg. m3* al. integimentum) *A* integumentum (u *pr. ex* i) *O* integimentum *C et* (i *ex* u) *F*, (i *ex* e) *V* integementum (v *s.* e *alt. m2*) *π* 15 relinquendum *X* (*del. et s. m2* requirendum *V*) 18 *ante* errori *add.* gratia *A* 20 iaphet *FO et* (phet *in ras. m3*) *V* iafeth *cet.* (et iafeth *PαCL*) 21 possessione *APBL* et ex *A* et *PB* 23 alter benedictus *PL*

quod auersus licet, ne confusionem nudati parentis hauriret,
duce tamen patrem pietate texisset et fraterni maledictum B
seminis eluisset.
45 Qui multis inquit temporibus agebatur, utpote qui a
8, 27 diluuio usque ad aduentum domini uexabatur, furore dementi
rumpens uincla naturae. nec inmerito etiam sanctus Matthaeus
in monumentis illos habitasse signauit, siquidem talium animae
in quibusdam uideantur habitare tumulis sepulchrorum. quid
enim aliud sunt corpora perfidorum nisi quaedam defunctorum C
sepulchra, in quibus dei uerba non habitent? agebatur ergo
in loca deserta spiritalium scilicet infecunda uirtutum pro-
46 fugus a lege, discretus a prophetis, remotus a gratia. non enim
8, 30—33 uno daemonio, sed totius legionis laborabat incursu; quae cum
dominum uidisset cognouissetque praescia dominici aduentus
tempore in abyssos se esse trudendam, coepit orare ut introe-
undi in porcos acciperet facultatem. et primum clementiam D
domini debemus aduertere, quod nullum prius ipse condemnat,
sed unusquisque sibi auctor est poenae. non mittuntur in
porcos daemones, sed ipsi petunt, quia caelestis luminis clari-
tatem sustinere non poterant, ut qui oculos dolent radium
solis ferre non possunt, sed tenebrosa eligunt et splendentia
derelinquunt. fugiant ergo daemones splendorem lucis aeternae

6 Matth. 8, 28 10 Matth. 12, 43

1 licet auersus *PL* aduersus π *et* (d *eras.*) *AV* ne *om.* *X* nuditate *PBL* patris *X* 3 seminis (s *alt. s. u. m2*) ṣiluisset (e *s.* ṣi *m2*) *A* semini siluisset *αL* seminis luisset *X* 4 agebatur (*s. m3* agitabatur) *P* utpute χ 5 delubio *A et* (*m3* diluuio) *P* uexebatur *A* 6 uincla (*in mg.* uincula) *V* uincula *L*χ 7 habitare *L* signauit *A* (*qui haec add. expuncta:* si quidem talium animae in monumentis illos habitasse signauit) *αC*χ significauit *cet.* 8 habitare uideantur (uidentur *EγT*) χ uideạntur π 10 habitant *PL* 11 infecunda] et fecunda *V* (et *in ras.*) *FO* et infecunda *C et* (in *s. u. m2*) π 12 desertus *A* non] nondum *X* 13 qui (quae *m2*) *A* 14 cognouissetque *AαC*χ *et m3 P* cognossetque *P m1* cognoscetque *BLX* presentia (sentia *in ras.;* praescia *m2*) *A* praescii *PBL* 15 abysso *PBL* rogare *EγT* 16 acciperent *X* 20 posterant (s *eras.*) *P* 21 ut spl. derelinquant *X*

et ante tempus debita sibi tormenta formident non praediui-
nantes quae futura sint, sed quae prophetata sunt recordantes; E
dixit enim Zaccharias: et erit in illa die, disperdet
dominus nomina idolorum de terra, et non erit ulte-
rius memoria eorum. et spiritum inmundum exuram
de terra. docemur ergo eo quod non semper manebunt nec
malitia eorum possit esse perpetua. nunc igitur illam metuentes
poenam aiunt: uenisti perdere nos. sed quia adhuc esse
desiderant, iam ab hominibus recedentes, propter quos poenam
sciunt sibi esse subeundam, petunt mitti in porcos. F

47 Qui sunt isti porci nisi forte illi de quibus dictum est:
nolite dare sanctum canibus neque miseritis marga-
ritas porcis, ne forte conculcent eas pedibus suis? illi
scilicet, qui inmundorum usu animalium uocis et rationis
expertes lutulentis uitae suae actibus naturalium coinquina- 1395 A
uerint ornamenta uirtutum, qui inpetu feruntur in praeceps,
quoniam nullius meriti contemplatione reuocantur, sed tamquam
de superioribus ad inferiora per inprobitatis procliue detrusi
suffocantur in aquis inter fluitantia mundi istius strangulatorum
in modum intercluso pereuntes spiritus conmeatu; neque enim
in his qui fluuido aestu uoluptatum huc atque illuc feruntur
48 incerti ullius spiritus potest esse uitale conmercium. uidemus B
igitur quia homo ipse sibi est auctor aerumnae. nam nisi quis
porci more uixisset, numquam accepisset in eum diabolus

1 Matth. 8, 29 3 Zach. 13, 2 8 Matth. 8, 29 12 Matth. 7, 6

2 futura sunt *X* quae *s. u. m3 P*, *om. L* 3 in *s. u. P*, *om. BLX* 6 ergo eo *AαBχ et* (eo *exp.*) π eo *PL* ergo *CFOV* ne *BL* 8 poenam *s. u. m3 A* 9 omnibus (*m2* hominibus) *A* 11 sunt illi *ET* 12 sanctum dare *CO* nec *EG* margaritas uestras ante porcos χ 13 illis (s *eras.*) *P* 15 expertes ẹṭ *A* coinquinauerant (a *alt. incertum*, *s.* u *m2*) *A* coinquinauerint *F* (int *in ras.*) *G* (int *s. u. m2*) coinquinauerunt *ET* 18 ad inferiora *s. u. m3 A* inprobitatis (o *s. u.*; -es *m2*) *P* 19 fluctuantia *BETX* fluentia *C* strangylatorum *A* 20 pereuntes *FπVχ* pereuntis *AO* pereunt *cet.* 21 flubido *A* fluido *αCGLO* 22 illius *A* (ullius *m2*) *αCLX* uideamus (a *eras.*) *P* 23 auctor est *X* 24 accepisset (e *pr. ex* i *m2*) *P*

potestatem aut, si accepisset, non ut perderet, sed probaret.
aut fortasse, quia post domini aduentum bonos iam deprauare
non poterat, non omnium hominum, sed leuium iam quaerit
interitum, ut latro non armatis insidiatur, sed inermibus, et
iniuriis lacessit infirmum, qui se intellegit uel a forti contemni
49 uel a potente damnari. sed dicit aliqui: cur hoc a deo permit- C
titur diabolo? at ego dico, ut boni probentur, inprobi puni-
antur; haec enim poena peccati est. denique lege quia inmittit
dominus febrem et tremorem et malos spiritus et caecitatem
et omnia flagella iuxta merita peccatorum. sed redeamus ad
lectionem.

50 Uiderunt inquit hoc magistri gregum et fugerunt.
8, 34 neque enim aliquam uel philosophiae professores uel principes D
synagogae pereuntibus populis possunt ferre medicinam. solus
est Christus, qui aufert peccata populorum, si tamen medendi
patientiam non recusent. ceterum curare non dignatur inuitos
et cito infirmes deserit, quibus oneri uideat esse praesentiam
8, 37 suam, sicut Gerasenorum populis, qui exeuntes de ciuitate, in
qua species synagogae uidetur exsistere, rogabant ut discederet, E
51 quia timore magno tenebantur. infirma enim mens non
8, 37 capit dei uerbum nec potest pondus sustinere sapientiae;
52 fatiscit et soluitur. et ideo diutius molestus non fuit, sed
8, 37 ascendit et regressus est. ascendit utique ab inferioribus ad supe-
riora, a synagoga scilicet ad ecclesiam et regressus per stagnum

9 Deut. 28, 59, Ps. 31, 10 18 Matth. 8, 34 23 I Cor. 2, 14

1 sed *Aαχ* sed ut *cet.* 5 forti *P* (-te *m2*) *BL* contemni *ABχ* conteri *PL* contempni *cet.* 6 aliqui (s *s. u. add.*) *m1 P*, *m2 π* aliquid *F* (d *in ras.*) *O* aliquis *V* (s *in ras.*) *cet.* 8 peccantis *A* 9 et tremorem (et tr *in ras.*) *P* 13 aliquam (*om.* uel) *χ* principes (e *in ras.*) *V* principis *BF et* (-es *corr.*) *O* principi *A* principe *C* 16 dignabantur *A* 17 infirmes (o *s.* e) *P* infirmis *L* infirmos *cet.* uidet *Pχ* 18 gerassenorum *Pγ et* (s *pr. s. u.*, *eras.*) *T* exeuntes (es *s. u. m3*) *A* in quos *A* 19 discederent (nt *eras. et s.* t *m3*) *P* discedere *L* 21 capit *** (dni *eras.*) dei *A* 22 fatiscit *m1 PB* fatescit *P m3 B m2 ELTX* (-iscit *corr. EOπ*) 24 et reuersus *EγT*

est ut hic ait aut sicut Matthaeus per fretum; inter nos enim
et illos fretum magnum est. itaque nemo de ecclesia ad syna- F
gogam sine periculo transit salutis, sed et ille qui de synagoga
ad ecclesiam transire desiderat crucem suam tollat, ut discri-
53 men euadat. cur autem non recipitur liberatus, sed domum
8, 39 redire censetur nisi ut et iactantiae causa uitetur et infide-
libus sit exemplum quam domus illa naturale sit diuersorium?
et ideo qui remedium sanitatis fuerat consecutus a tumulis
et sepulchris in illam spiritalem domum redire praecipitur,
ut fiat dei templum, in quo erat mentis sepulchrum.

54 Et ecce uenit uir, cui nomen Iairus, et ipse princeps 1396 A
8, 41 sq. synagogae erat, et cecidit ante pedes Iesu rogans
eum ut intraret domum suam, quia filia unica erat illi
fere annorum duodecim et haec moriebatur. reliquerat
in Gerasenis synagogam Christus, ut diximus, et quem sui
non receperant excepimus quem exspectabamus. nec nobis igitur
a quibus exspectabatur diu defuit nec ad illos, si rogetur,
redire fastidit. uir enim iste princeps synagogae, cui filia erat B
unica, pro synagogae pereuntis remedio precabatur, quae
urguebatur in mortem, quia deserebatur a Christo. quem pu-
tamus synagogae principem esse nisi legem, cuius contempla-
tione dominus synagogam non penitus dereliquit, medicinam

1 Matth. 9, 1 4 Luc. 9, 23 8 Matth. 8, 28 15 Ioh. 1, 11

1 nos et illos enim *ET* 3 transit sine periculo transit *X* (*alt.* transit *del.* *Oπ*) 4 discrimine | uadat (*corr. m2*) *P* discrimene uadat *L* sine discrimine uadat *X* 6 redire censeretur *X* (censetur *m2 OπV*) quur (*exp.*, u *alt. s. u.*) nisi *A* 7 exemplum *A* (m *del.*) *PBL* exemplo *cet.* quam *G* quoniam *B* cum *X* quamquam *cet.* deuersorium (e *pr. eras.*, i *s. ras.*) *A* diuorsorium *P* diuersorium *cet.* 8 qui *α* quia *AV* (*uterque* a *exp.*) *cet.* ab humiles (*corr.* a tumulis) *A* 9 in] et in *X* (et *eras. V*, *exp.* π) 11 uenit *om.* χ zairus χ et *om.* χ (*s. u. m2 E*) 13 in domum *αX* ille (i *s.* e) *P* 14 XII *PGL* et reliquerat *X* (et *exp. V*) quamquam *s.* reliquerat *m3 A* 15 gerassenis *PL*χ 16 quem non exspectabamus *A* nec a nobis *A* 17 quibus non exspectabatur *A* rogaretur *AX* 18 fastidit redire *ET* 20 in mortem] et morte *A* deserebatur (*in mg.* de . . batur) *V* desiderabatur *L* putabamus *P* (ba *eras.*) *BL* 22 sed medicinam *PBL*

salutis credentibus reseruauit? ad hanc ergo principis filiam
dum properat dei uerbum, ut saluos faceret filios Israhel
sancta ecclesia ex gentibus congregata, quae inferiorum lapsu
criminum deperibat, paratam aliis fide praeripuit sanitatem. C
55 moraliter hunc locum satis putauimus exprimendum et ideo
non illa quae dicta sunt retractamus, sed mystica breui uolu-
mus sermone praestringere. an non ita factum est, ut dei
uerbum cum uenisset ad Iudaeos, adsisceretur a gentibus et
prius ab illis qui in lege non crediderant in gratia crederetur?
56 nam sicut illa quae in medicis erogauerat omnem substantiam D
8, 43 suam, ita etiam congregatio gentium amiserat omnia dona
naturae et patrimonium uitale prodegerat, sancta, uerecunda,
religiosa, fide promtior, pudore cunctatior; hoc est enim pudoris
et fidei agnoscere infirmitatem, non desperare ueniam. uere-
cunda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit,
sapiens sanatam se esse cognouit. sic sancta plebs gentium,
quae deo credidit, peccatum erubuit ut desereret, fidem detulit
ut crederet, deuotionem exhibuit ut rogaret, sapientiam induit E
ut sanitatem suam et ipsa sentiret, fiduciam sumsit ut fate-
57 retur quod praeripuisset alienum.
8, 44 Cur autem retro tangitur Christus? an quia scriptum est:
8, 42 sq. post dominum deum tuum ambulabis? quid etiam sibi
uult quod et principis filia annorum XII moriebatur et mulier
ista fluxu sanguinis ab annis XII laborabat nisi ut intellegatur F

7 Act. 13, 46 9 Ephes. 2, 12 sq. 22 Deut. 13. 4.

2 dei *s. u. m2 A* 3 ex] de *PL* 4 parata *P* (-ā *m2*) *L* fidem *αF et* (m *exp.*) *A*. (m *eras.*) *OV* praecepit *X* (*in mg. m2* praeripit, i *pr. ex* e *F;* ripuit *s.* cepit *m2* π; *s.* preripit *m2 V*) scitatem *P* (*s. m3* ł sanitatem) *L* sanitatem (*s. m2* salutarem) π 5 experemendam (*corr. m3*) *P* 6 quo (ae *m2 s.* o) *A* retractamus *αBL* retractauimus (ui *eras.*) *P* recantamus *A* (*primitus scriptum fuisse uidetur* retractamus) *C* recensemus *cet.* uoluimus *A* uolumus (m *ex* im) *α* 7 praestringere *ABCX* perstringere *cet.* 8 a] ad *V et* (d *eras.*) *O*π, de (*in ras.*) *F* 9 legem *E* (m *eras.*) *T* gratiā *AαCGγ* 15 ergo] enim *L* tetigit (*s.* it *est ras.*) *P* 17 adsereret *PαBL* 18 crediderit *X* (crederet *m2 FV*) 23 filiam *A* 24 fluxu sanguinis *post* XII *transponunt X*

quia quamdiu synagoga uiguit laborauit ecclesia? defectus
illius huius est uirtus, quia illorum delicto salus gentibus,
et consummatio illius huius exordium, non naturae exordium,
sed salutis, quia caecitas ex parte Israhel contigit, donec
plenitudo gentium intraret. non igitur tempore, sed specie
sanitatis antiquior synagoga quam ecclesia, quia quamdiu illa
credebat ista non credidit et per uarias corporis atque animae
passiones inmedicabili remedio aegra languebat. audiuit aegro-
tare populum Iudaeorum, sperare coepit salutis suae reme- 1397 A
dium, tempus uenisse cognouit, quo medicus adesset e caelo,
surrexit ut occurreret uerbo, uidit quia conprimebatur a turbis;
8, 42 non enim credunt qui conprimunt, credunt qui tangunt. fide
tangitur Christus, fide Christus uidetur, non corpore tangitur,
non oculis conprehenditur; neque enim uidet qui uidens non
uidet neque audit qui ea quae audit non intellegit neque tangit
qui non fideliter tangit. denique ut fidem tangentis exprimeret, B
58 ait: tetigit me aliquis; nam ego cognoui de me uir-
8, 46 tutem exisse. quod est euidentis indicii quia non intra possi-
bilitatem condicionis humanae atque intra corporis claustrum
inclusa sapientia, diuinitas coartata est, non capitur angustiis
corporalibus, non tenetur, sed ultra fines nostrae mediocritatis
uirtus exundat aeterna. non enim humana ope plebs gentium C
liberatur, sed dei munus est congregatio nationum, quae etiam

2 Rom. 11, 11 4 Rom. 11, 25

2 huius uirtus est χ delictū *A* delicto (ū *s.* o) *E* 6 antiquior (i *alt. s. u.*) *A* quam *s. u. m2 A* quamdiu] quam *X* (*m2* quamdiu *O*π) audiuit (t *s. u.*) *A* 9 suae *om. X* 11 surrexit (i *s. u.*) *A* 13 corporis *P* (e *m3 s.* is) *L* 14 non uidit *E* (-et *m2*) *TX* 15 audiuit *X* (audit *m2 F*) qui] quia *E* (a *exp.*) γ*T* 16 qui fideliter non *A* 17 nam et ego *X* de me uirtutem *A* uirtutem de me *cet.* 18 quid *X* (o *s.* i *m2* π) euidentitis (ti *pr. eras.*, tis *in ras.*) *P* euidentius *A* (u *exp.*) *C* indicij (in *add. m3*, j *ex* t *m3*) *P* indicit *L* indiciū *C* 20 inclaustra *X* (-trata *m2 V*, inclusa *m2* π) sapientiae χ diuinitatis *B* cohartata *P* 22 ope *A*

breui fide misericordiam inclinat aeternam. nunc si considere-
mus quanta sit fides nostra et intellegamus quantus sit dei
filius, uidemus quia conparatione eius fimbriam tantummodo
tangimus, superiorem uero uestimenti eius partem nequimus ad-
tingere. si igitur et nos curari uolumus, fide tangamus fimbriam
59 Christi. non latet eum quicumque fimbriam tetigerit, qui teti- D
gerit auersum; neque enim deus indiget oculis ut uideat
neque corporaliter sentit, sed in se habet cognitionem omnium.
beatus ergo qui uel extremam partem uerbi contigerit; nam
totum quis potest conprehendere?
Uerum ut ad illam quae adhuc aegra est reuertamur, ne
per nos magis quam per suam moram mortua esse credatur,
8, 49 uenerunt inquit serui dicentes principi: noli uexare E
60 illum; filia tua mortua est. et primum illud consideremus
8, 43 quod suscitaturus mortuam ad faciendam fidem aemorrousam
ante curauit. et ut scias exempli gratia stetisse sanguinis
fluxum, dum illa petitur, ista curatur. sic et resurrectio tempo-
ralis in domini passione celebratur, ut et perpetua illa credatur.
sic et Mariae paritura sterilis indicatur, ut conceptura uirgo

19 Luc. 1, 36

1 nunc (m *m2 s.* nc) *A* nam *Xχ* 4 superiora u. u. eius *PBCL* nequiuimus *X* 6 qui tetigerit auersum (sum *s. u.*, *cetera in ras.*) *P* 7 adauersum *A* 9 contegerit *A* 12 nos magis quam per suam moram *BC et m1 AP*; nostram moram dum diu xpi moramur ingressum *m3 A* (tram . . . ingressum *s. u. et uerbis* magis . . . moram *exp.*); ł nram moră dum diu xpi moratu ingressus *s. u. m3 P*; nostram moram dum diu xpi moratur ingressum *et deinde post uerba* mortua esse credatur *haec* ne per nos magis quam per suam moram mortua esse credatur *α*; ne per nostram moram dum diu xpi moramur ingressum (ingressu *GX*) *cet. si uerba* dum diu Christi moramur ingressum *genuina sunt, post* magis *ea inserenda esse adparet* 13 ueneruntque *E* (que *eras.*) *T* inquit] ergo *X* 15 hemorrusam (h *s. u. et* r *pr. exp. m2*) *A* memoreusam (m *pr. exp. et* s *s. u. m3*) *P* emorusam (*deinde ras. 7 litt.*) *α* emmorusam *B* (*ceteros omitto*) 16 et *om. X* 17 ad illa (ad *exp.*) *A* ad illam *Gγ* ad illum *E* (-am *m2*) *T* patitur *L* temporalis (tem *in ras.*) *P* 18 et *A*, *om. χ*, *s. u. m. rec. π* illa *s. u. P* 19 et mariae *A* maria *PX* (mariae *m2 FπV*), *om. EγT*

credatur. denique audiuit parituram Elisabet nec de sua gene- F
61 ratione dubitauit. uenerunt inquit serui dicentes principi:
noli uexare illum. adhuc et hi increduli ad resurrectionem,
quam Iesus in lege praedixit, in euangelio conpleuit. itaque
cum uenisset in domum, paucos futurae resurrectionis arbitros
adsciuit; non enim a multis continuo est credita resurrectio.
62 denique dicente domino: non est mortua puella, sed 1398 A
8, 52 sq. dormit deridebant inquit eum. quicumque enim non credit
inridet. fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos, ubi
resurrectionis fides est, non mortis species, sed quietis est.
nec illud abhorret Matthaei, quod ait tubicines fuisse in domo
principis et turbam tumultuantem, uel quia more ueteri tubi-
cines ad incendendos excitandosque luctus ferebantur adhiberi B
uel quia per legis et litterae cantilenam exsultationem synagoga
63 non poterat capere spiritalem. tenens ergo manum puellae
8, 54–56 Iesus sanauit eam et iussit dari ei manducare. quod est testi-
monium uitae, ut non phantasma, sed ueritas crederetur.
beatus ille cui manum sapientia tenet. utinam meos quoque
teneat actus, teneat manum iustitia, teneat dei uerbum, inducat
in penetralia sua, spiritum auertat erroris, conuertat salutis, C
dari mihi iubeat manducare! panis enim caelestis est dei

4 Ps. 15, 10 6 Act. 17, 32 11 Matth. 9, 23 17 Matth. 14, 26; cf. Luc. 24, 37 sqq. 20 Cant. 1, 4 21 Ioh. 6, 51

1 denique quae *PL* elisabeth maria *OVχ* 3 hii *P* (i *alt. eras.*) *L* 6 a *om. X* 8 et deridebant *X* credet *A* credunt inrident (n *tert. s. u. m2 E*, inridet *T*) *ETX* 10 mortis est, *om. deinde* est *PL* 11 aborret *A* tubicinis *A et* (-es *m2*) π tibicines *BL et* (i *pr. m2 ex* u) *F* 12 principeṣ (i *s.* ẹ) *P* uel quia *exp. m3 et post* more *s. u add.* enim *A*, more enim (*om.* uel quia) *EγT* ueteriṣ *A* tubicines (b *ex* u) *P* tibicines *BL et* (i *pr. ex* u *m2*) *F* 13 incendendos (n *alt. in ras.*) *P*, *om. EγT* uel (*s. u. m3*) excitandosque (que *exp. m3*) *A* excitandos *EγT* uidebantur *PL* 15 capịre (e *s.* ị) *P* manum ihs (ihs manum, manum *s. u. m2* π) puellae *X* 16 tihs (t *eras.*) *P* & ihs *L* ei dari *PCL* dare *FOπχ* 17 fantasma *P* 18 meos (o *ẹx* ā) *P* quoque *in mg*, *om.* teneat *P* 19 actos *PL* 20 conferat (*in mg. m3* al. conuertat) *A* 21 dī uerbum est *ELT*

uerbum. inde et illa sapientia, quae diuini corporis et sangui-
nis sacrosancta altaria repleuit alimentis, uenite inquit edite
64 panes meos et bibite uinum, quod miscui uobis. quae
tamen tantae diuersitatis est causa? supra publice uiduae filius
suscitatur, hic remouentur plures arbitri. sed puto quod in
eo quoque pietas ibi domini declaretur, quia uidua mater
unici non patiebatur moras, et ideo ne amplius adficeretur D
maturitas additur. est etiam forma sapientiae in uiduae filio
cito ecclesiam credituram, in archisynagogae filia credituros
quidem Iudaeos, sed ex pluribus pauciores.

65 Et quicumque non receperit uos, exeuntes de
9, 5 ciuitate illa etiam puluerem de pedibus uestris excu-
tite in testimonium supra illos. qualis debeat esse qui
9, 3 euangelizat regnum dei praeceptis euangelicis designatur, ut
sine uirga, sine pera, sine calciamento, sine pane, sine pecunia, E
hoc est subsidii saecularis amminicula non requirens fideique
tutus putet sibi quo minus ea requirat magis posse subpetere.
quae possunt qui uolunt ad eum deriuare tractatum, ut spiri-
talem tantummodo locus iste formare uideatur adfectum, qui
uelut indumentum quoddam uideatur corporis exuisse non
solum potestate reiecta contemtisque diuitiis, sed etiam carnis

2 Prouerb. 9, 5  5 Luc. 7, 12  14 Matth. 10, 9 sq., Marc. 6, 8 sq.

1 ideo *A* (*m3 ex* inde) *ET* mihi (det *pro* et) *G*  2 sacrosancto *A*  et edite *X*  3 uiuite *A*  4 tanta χ  est *om.* α  5 arbitriș *A*  6 ibi] ihu *X*  6 declaretur] declaratur *PL*  7 mora sed *P* (-rā *m2*) *L*  8 forma (r *s. u.*) *A* .  9 archisynagogae *AαCEγT* archisynagogi *PBL et* (gi *ex* ge) π archisynagoge *cet.*  10 paucos ex pluribus *PL* ex pluribus (*om.* pauciores) *EγT*  11 receperit] receperint α *et* (int *m2 ex* it) *B*  13 debeat (a *s. u.*) *P*  14 euangelizare *APαB*  15 sine pane *om.* χ  16 sine subsidiis saecularibus α  amminicula *A* adminicula *cet.*  fideique totus (totos *FO et m1* π, tutus *m2* π *et m2 EγT*, tota, a *ex* os *V*) putet sibi quo minus ea requirat (requirant *B*) magis posse subpetere *A et* (*in quibus* suppetere) *αBCXγ* et fidei deditus sit et quanto minus adpetit (adpetat *L*) temporalia tanto (tanto *om. L*) magis speret ea sibi posse suppeterc *PL*  18 quae possunt *om. PL*, *s. u. m2 G*  diriuare *A*  20 uclut] uel *PL*

66 ipsius inlecebris abdicatis. quibus primo omnium datur pacis F
9, 4 atque constantiae generale mandatum, ut pacem ferant, constantiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiant, alienum a praedicatore regni caelestis adstruens cursitare per domos et inuiolabilis hospitii iura mutare. sed ut hospitii gratia deferenda censetur, ita etiam si non recipiantur, excutiendum puluerem, egrediendum de ciuitate mandatur. quo 1399 A
non mediocris boni remuneratio docetur hospitii, ut non solum pacem tribuamus hospitibus, uerum etiam si qua eos terrenae obumbrant delicta leuitatis, receptis apostolicae praedicationis uestigiis auferantur. nec otiose secundum Matthaeum domus quam ingrediantur apostoli legenda decernitur, ut mutandi hospitii necessitudinisque uiolandae causa non suppetat. non tamen eadem cautio receptori mandatur hospitii, ne dum hospes B
eligitur, hospitalitas ipsa minuatur.

67 Sed haec ut secundum litteram de hospitii religione uenerabilis est forma praecepti, ita etiam de mysterio sententia caelestis adridet. etenim cum domus eligitur, dignus hospes inquiritur. uideamus ne forte ecclesia praeferenda designetur et Christus. quae enim dignior domus apostolicae praedicationis ingressu quam sancta ecclesia? aut quis praeferendus magis omnibus uidetur esse quam Christus, qui pedes C
suis lauare consueuit hospitibus et quoscumque sua receperit domo pollutis non patiatur habitare uestigiis, sed maculosos

3 Matth. 10, 11 sq. 8 Matth. 10, 13 11 Matth. 10, 11
23 Ioh. 13, 5

1 primum (um *s. u. m3*) *A* 4 praedicatorem *A* adserens *C*
5 et *s. u. m3 A*, ut *α* 6 *post* deferenda *add.* iura *FO et* (*in quo* censentur, n *alt. s. u. m2*) *V*, iure π 7 *post* puluerem *add.* et *PLχ*
8 **boni (bo *eras.*) *A* hospiti *P* 10 obumbra**nt *A*, obumbrarant *αFV*
praeceptis *X* (prae *exp.* π) 11 domus (*s. m3* prius) *A* 12 qua *χ*
(quā *m2 E*) eligenda (domus *s. u. add. m3*) *A* 13 non *alt.*] nos *A*
(n *s.* s) *C*, non (s *s. alt.* n) *α* 17 ita] haec *PB* sententia *αXχ*,
sententiae *cet.* 19 *post* uideamus *add.* igitur *X* 21 praeferendum *P*
(s *s.* m *m2*) *L* 23 consueuit lauare *C* et (u *s.* e *m3*) *A* 24 patitur *X* maculosus *P* (o *s.* u *alt. m2, sed eras.*) *BL et* (-os *corr.*) π*V*
maculoso *A*

licet uitae prioris in reliquum tamen dignetur mundare pro-
cessus? hic est igitur solus quem nemo deserere debet, nemo
mutare, cui bene dicitur: domine, ad quem ibimus? uerba
uitae aeternae habes, et nos credimus. uides exsecutorem
caelestium praeceptorum, qui quoniam non mutauit hospitium,
68 caelestis consortium consecrationis emeruit. fides igitur inprimis D
ecclesiae quaerenda mandatur, in qua si Christus, habitaturus
sit, haut dubie sit legenda. sin uero populus perfidus aut
praeceptor haereticus deformet habitaculum, uitanda haereti-
corum conmunio, fugienda synagoga censetur. excutiendus
pedum puluis, ne fatiscentibus perfidiae sterilis siccitatibus
tamquam humi arido harenosoque mentis tuae uestigium
polluatur. nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis sus- E
cipere in se debet euangelii praedicator et tamquam propriis
inania gesta pulueri conparanda adleuare atque abolere uesti-
giis iuxta quod scriptum est: quis infirmatur et non ego
infirmor? ita si qua est ecclesia, quae fidem respuat nec
apostolicae praedicationis fundamenta possideat, ne quam labem
perfidiae possit aspergere, deserenda est. quod apostolus quo-
que euidenter adseruit dicens: haereticum hominem post
unam correptionem deuita. F
69 Ait autem ad eos: date illis uos manducare. at illi
9, 13 dixerunt: non sunt nobis plus quam quinque panes.
quae ratio est quod cum in posterioribus Iohannis passio
9, 9 describatur, hic iam mortuus uerbis Herodis ostenditur? ne

3 Ioh. 6, 69 sq. 16 II Cor. 11, 29 20 Tit. 3, 10

1 dignetur (a *s.* e *m2*) π dignatur (e *s.* a *m2*) *F* 4 crededimus *X* 5 qui quando *X* 6 habitationis *Gratianus* inprimis in) *s. u. m2*) *A* 7 si *s. u. A* habitaturus *A* (tor *s.* turus *m2*) *PBL* habitator *a* (tor *ex* turus) *cet.* 8 haut (h *s. u. m3*) *P* sint *T et* (n *exp.*) *AE* elegenda *P* (e *pr. eras.*) π 11 sterilis (i *pr. ex* e *m3*) *P* 12 humi (o *s.* i *m2*) *PF*π*V* tuae *om. X* uestigium pedum *X* (pedum *del. m2 F*) 13 sicut (*exp. m3*) *A* 16 non ego *A et* (non *s. u.*) *a*, ego non *cet.* 18 possedeat *P* (*corr. m2*) *L* 19 quod (od *in ras*) *V* quos *FO*π 21 corruptionem *X* (e *s.* u *m2* π) 22 uos *om. X* ad *A* 24 iohannes *A* passio (o *s. u.*) *A*

forte illa, quia post legis defectum euangelicus cibus incipit
ieiuna pascere corda populorum? denique posteaquam illa quae
ecclesiae typum accepit a fluxu curata est sanguinis, postea-
quam apostoli ad euangelizandum regnum dei sunt destinati,
gratiae caelestis inpertitur alimentum. sed quibus inpertiatur
aduerte. non otiosis, non in ciuitate quasi in synagoga uel 1400 A
saeculari dignitate residentibus, sed inter deserta quaerentibus
Christum; qui enim non fastidiunt ipsi excipiuntur a Christo
9, 11 et cum ipsis loquitur dei uerbum non de saecularibus, sed
de regno caelorum. et si qui corporalis gerunt ulcera passi-
70 onis, his medicinam suam libenter indulget. consequens igitur
erat ut quos a uulnerum dolore sanauerat eos alimoniis spiri-
talibus a ieiunio liberaret. itaque nemo cibum accipit Christi, B
nisi fuerit ante sanatus, et illi qui uocantur ad cenam prius
uocando sanantur. si claudus fuit, gradiendi facultatem ut
ueniret accepit, si lumine priuatus oculorum, domum utique
domini nisi refusa luce intrare non potuit.

71 Ubique igitur mysterii ordo seruatur, ut prius per remis-
sionem peccatorum uulneribus medicina tribuatur, postea
alimonia mensae caelestis exuberet, quamquam nondum uali-
dioribus haec turba reficiatur alimentis neque Christi corpore C
et sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascantur. lacte inquit
uos potaui, non esca; nondum enim poteratis. sed
nec adhuc quidem potestis. in modum lactis quinque sunt

2 Luc. 8, 43 7 Cant. 3, 6 14 Luc. 14, 21 20 Hebr. 5, 12 sqq. 22 I Cor. 3, 2 24 Luc. 22, 19 sq.

1 incepit *A* 2 pascere (a *ex* o) *A* 5 alimentum ... inpertiatur *in mg. inf. P* 7 resedentibus *A* 8 fastidiunt (i *alt. s. u.*) *P* 10 caelorum *A*, *om. cet.* corporalis (i *in ras.*) *A* corporales *LO et* (-is *m3*) *P*, (*m2*) *Fπχ* passionis (is *ex* um) *A et* (is *ex* es *m3*) *P* 12 a *om. APBCL* 15 uocandi *X* clodus *X* 16 lumine erat *A* (erat *s. u. m3*) *Gγ* 17 potuerit *X* 18 repromissionem χ (pro *exp. E*, *eras. T*) 19 postea] post *X* 22 et *s. u. m2 A* pascantur (c *eras.*) *A* 23 *uerba* sed nec *usque ad* genui te (*p. 279, 17*) *desunt in A. interciderunt quaterniones duo*

panes, esca autem solidior corpus est Christi, potus uehe-
mentior sanguis est domini. non statim a primo epulamur
omnia neque potamus omnia. ‘hoc primum’ inquit ‘bibe’. est
ergo primum, est etiam secundum quod bibas. est et primum
quod manduces, est etiam secundum, est tertium. primo
quinque panes sunt, secundo septem, tertium ipsum corpus
72 est Christi. nequaquam igitur talem dominum deseramus,
qui pro uniuscuiusque uiribus inpertire nobis alimenta dignatur,
ne aut infirmum ualidior cibus opprimat aut ualidum exilia
alimenta non satient; *qui enim infirmus est holera man-
ducet*. et ille qui iam uidetur laqueos infirmitatis euadere de
quinque istis manducet panibus et duobus piscibus. certe E
si petere cibum ueretur, ipse relictis suis omnibus festinet
ad dei uerbum. dum audire incipit, incipit esurire. inci-
piunt apostoli esurientem uidere. etsi illi adhuc non intel-
legunt quid esuriat, intellegit Christus. scit quod non saecu-
larem cibum esuriat, sed cibum Christi dicat. *dimittere
eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia*: bonus dominus
73 studia exigit, uires ministrat. utinam, domine Iesu, uelis mecum
istos ieiunos non dimittere, sed inpertitis a te epulis reficias F
eos, ut possint tuis alimoniis fortiores infirmitatem ieiunii
non timere. dicas utinam etiam de nobis: *nolo eos ieiunos
dimittere*! et causam mihi dicito quare nolis ieiunos dimit-
tere: immo iam dixisti quia si quem dimittis ieiunum, deficit

1 Hebr. 5, 12 6 Matth. 15, 34 10 Rom. 14, 2 17 Matth. 15, 32

1 solidior *Gγ* solidior* *ET* solidiorum *PαBCLX* (um *eras. BV*, *exp.* π) potus uero *PBCL* 3 neque potamus omnia *in mg. inf. m3 P*, *om. L* 4 quod bibas ... secundum *om. Gγ* est *ante* et *om. PBL*, et *om. C* 5 est etiam tertium *ET* primum ... secundum *C* 6 tertium (-o *m2*) *P* 10 holera *αBX* (h *s. u. V*) olera *cet.* 13 *post* cibum *add.* ualidiorem χ uidetur *X* 15 adhuc illi *X* 16 quod *P* (i *s.* o) *L* esuriant *CXχ* intellexit *BCL* 17 esuriat *B* esuriant *cet.* cibum xpi *αCXχ* xps *PLB*, *fort.* Christum 20 a *αXχ*, abs *cet.* 23 et *om. X* nolis *αC* noles *X* (-is *m2* π*V*) non uoles *PL* non uis eos χ 24 dimittes *α* dimittit *C* dimiseris χ

in uia, hoc est deficit uel in istius cursu uitae uel antequam ad caput perueniat uiae, antequam perueniat ad patrem et intellegat quod ex patre Christus est, intellegat quod Christus e caelo et intellegat, quod Christus qui descendit ipse est qui ascendit, ne forte cum acceperit quod natus ex uirgine est, incipiat non dei uirtutem, sed hominis aestimare.

74 Ergo ne deficiant, inquit: date illis uos manducare. at 1401 A
9, 13 illi dixerunt: non sunt nobis plus quam quinque panes
et duo pisces, nisi nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. nondum intellexerant apostoli cibum populi credentis non esse uenalem. nouerat Christus, nouerat ipse nos potius esse redimendos, suas uero epulas gratuitas. nondum ergo habebant discipuli cibum, qui redimere nos posset.
habebant tamen iam cibum, qui satiare nos posset, habebant B
cibum, qui confirmare nos posset; panis enim confirmat cor hominis. miseretur ergo dominus, ne quis deficiat in uia. si quis ergo defecerit, non per dominum Iesum, sed per se deficit, nec habes quod adscribas domino, qui uincit cum iudicatur. quid enim dicas ei qui in te contulit omnia firmamenta uirtutis? nonne te ipse genuit, nonne ipse te pauit? cibus eius uirtus est, cibus eius fortitudo est. sed si tu neglegentia tua uirtutem quam acceperas perdidisti, non alimentorum caelestium, sed tuae mentis tibi praesidia defuerunt. denique

4 Ephes. 4, 10; cf. Ioh. 3, 13 15 Ps. 103, 15 18 Rom. 3, 4, Ps. 50, 6

1 defecit *Pα* (i *s.* e *alt.*) 3 quod ex patre Christus est intellegat *om.* *ET* est et intellegat *Gγ* intellegat quod Christus e caelo et intellegat quod Christus *om.* *PBL* e caelo et intellegat quod Christus *om.* *X*, *s. u. add.* (*om.* et) *C* Christus *om.* *ET* qui ascendit] et qui ascendit *αFET*, *om.* *VOπ* 5 *post* ascendit *add.* cum ipso (ipse *B*) est *PBL* 10 duos (s *eras.*) *PBCV* 11 intellexerant (a *in ras.*) *L* intellexerunt *X* 13 gratuitas donat *χ* 20 te] se *PBL* 21 ipse te genuit *αX*; *post* te ipse genuit *add.* nonne ipse te genuit *L* te ipse pauit *χ* 22 si tua *π* *et* (a *eras.*) *PL*

dominus sicut super iustos et iniustos pluit, ita etiam iniustos
75 pascit et iustos. nonne in escae uirtute, cum iam deficeret in
uia, sanctus Helias XL ambulauit diebus, et illam escam
angelus dedit? si autem te pauerit Iesus et acceptam escam
seruaueris, ambulabis non XL diebus et XL noctibus, sed — D
audeo dicere scripturae fretus exemplis — XL annis egrediens
ab Aegyptiis finibus, donec peruenias in terram multam, in
terram fluentem mel et lac, quam iurauit dominus daturum
se patribus nostris. huius terrae tibi uirtus requirenda est,
quam possidet mitis. non istam terram dico quae arida est,
sed illam quae Christi confirmatur alimentis, quae sub imperio
constituta regis aeterni sanctorum incolatibus frequentatur.

76 Diuidit ergo escas dominus Iesus. et ille quidem uult dare E
9, 16 omnibus, negat nemini; dispensator enim est omnium. sed cum
ille panes frangat et det discipulis, si tu manus non extendas
tuas, ut accipias tibi escas, deficies in uia nec poteris in eum
9, 12 culpam tuam referre, qui miseretur et diuidit, sed his diuidit
qui cum eo etiam in deserto permanent, qui et primo et
secundo die et tertio non recedunt. sic enim habes alibi: misereor huius turbae, quia triduum est iam quod perse- F
uerant mecum. quanta dignatio, quanta in eo hominibus
inspiratur humanitas! non uult ieiunos dimittere, non uult, ne
deficiant in uia.

1 Matth. 5, 45 2 Reg. III 19, 6 sqq. 7 Exod. 3, 8; 13, 5 10 Matth. 12, 43 19 Matth. 15, 32

1 sicut *om.* *X* iniustos *alt.*] iustos *X* 2 iustos] iniustos *P* (in *eras.*) *X* defecerit *αX* 3 *sqq.* quadraginta *αBCEGTX* ambulabit (a *s.* i) *G* ambulabat *EγT* illam (am *in ras.*) *πV* illi *FO* 6 annis] annis et *PBL* et egredieris *Maurini* 7 aegyptiis (is *eras.*) *O* aegypti *Cγ* finibus] sinu *EγT* in] ad *X* 8 mel et lac *PαC* lac et mel *cet.* 9 uirtus tibi *PL* 11 illam quae] illā quae *P* 14 est enim *ETX* 15 illum (ille *m2 V*) panem *X* 16 tibi *om.* *PL* escam *X* deficis *PL* 18 et *pr.* *om.* *P* 20 iam *om.* *PL* quod (d *s. u.*) *P* 21 in] ab *PL* 22 inspirantur (in *in mg. m2*) *α* speratur *X*

77 Noli ergo deficere a disciplina dei neque fatigeris, cum ab
eo increparis. non fatigeris nunc, ne postea fatigeris. quid enim
respondebis ei aut quomodo te excusabis, si escae uirtutem
quam ministrat amiseris? non potes dicere quia escam non
dedit, quia dat omnibus. non potes dicere quia noluit te bonum
facere, ante quem posuit bonum et malum, *ut non ex neces-* 1402 A
*sitate bonum tuum esset, sed uoluntarium.* multum
enim refert inter eum qui necessitate inuitus aliquid agit et
inter eum qui ex uoluntate quod bonum est eligit; *si enim
inuitus hoc ago, dispensatio mihi credita est; si
uolens, mercedem habeo.* consideremus ergo quia stabimus
ante tribunal Christi et, si opus nostrum arserit, non habebimus quod excusare possimus. dicet etenim quod iam per
prophetam locutus est: *populus meus, quid feci tibi aut* B
*in quo molestus tibi fui? responde mihi.* dicet ei qui in
uia defecerit: qua ratione defecisti in uia? nonne panes feci,
nonne benedixi, nonne iussi dari? sed cur tu accipere noluisti?
78 quanti etiam praesentium deficient in uia et post hos sermones,
qui licet nostri sunt, tamen quia nemo dicit dominum Iesum
nisi in spiritu sancto, panes aestimandi sunt, quanti inquam
deficient et in uias gentium transuersis iteneribus fornicantes C
abibunt! atque utinam unus et non plurimi! sed non Iesus
auctor defectus, etiamsi quis defecerit; omnibus enim distri-

4 Ps. 135, 25 6 Gen. 2, 9 et 17; Philem. 14 9 I Cor. 9, 17
12 I Cor. 3, 15 14 Mich. 6, 3 19 I Cor. 12, 3

1 dni *Bχ* 5 qui dat *α* 6 antequam *PαLX* (*corr. m2 PπV*) 7 bonum
tibi esset *L* 8 ex necessitate *Xχ* 9 elegit *P* (*corr. m3*) *GLX*
11 consideramus *X* 12 habemus *PL* 13 excusaremus (excusemus *V*)
*om.* possimus *X* dicit *PαL* enim *αLO* etenim (et *s. u.*) *F*
14 populе *C* 15 tibi fui *αXχ*, fui tibi *cet.* dicit *αCL* ei] et
ei *χ* quia (a *eras.*) in (*s. u.*) *P* 16 feci] fregi (r *s. u.*) *P* 18 deficient *CXχ* (ent *ex* ant *T*) deficiant *α* deficiunt *B*, *om. cet.* pos *C*
21 uias (-is *m2*) *P* uia *αX* transuersariis *BFOχ* iteneribus *P m1*
*V m1* itineribus *P m3 cet.* 22 abebunt *P* (*corr. m3*) habebunt *LX*
(abeunt *m2 π*) 23 defunctus *PL*

buit qui sequuntur, siue quinque milia siue quattuor milia sint.

79 Non otiosus numerus, non otiosus ordo, non otiosae reliquiae
9,16sq. manducantium. cur enim plures, id est quinque milia quinque panibus, hoc est numero minore satiantur, pauciores uero, qui sunt quattuor milia, septem panibus, hoc est numerò redundantiore pascuntur? D si enim facti tantum sequamur miraculum, uidetur esse diuinius quod de minore modo pluribus abundauit. cur ergo quod minus est ei quod est amplius, quasi praestaret, adiectum est? prius enim quinque milia quinque panibus, postea etiam quattuor milia septem panibus satiata legimus.
80 quaeramus ergo mysterium, quod miraculum praestet. itaque uidentur illa quinque milia quasi quinque corporis sensus adhuc corporalibus proxima alimenta accepisse de Christo, quattuor E uero milia, etsi adhuc in corpore sint et in hoc mundo, qui ex quattuor constat elementis, non otiose tamen feruntur mysticae accepisse escam quietis; iam enim aequantur mundo supra mundum futuri. nam etsi in hoc mundo sunt, intra mundum tamen non sunt, quibus mysticae quietis inpertitur alimentum; sex enim diebus mundus est factus, septimo requietum est die, et dominus sanctificauit eum. ultra mundum ergo quies, ultra mundum etiam fructus quietis. denique beati F

4 Matth. 14, 17 sqq., Marc. 6, 38 sqq., Ioh. 6, 9 sqq. 5 et 11 Matth. 15, 38. 34 20 Gen. 2, 2 sq., Exod. 20, 10 22 Matth. 5, 9

1 sequitur *P* (vn *s.* i) *BLX* (n *s.* i *V*) secuntur χ $\overline{\text{V}}$ *PL*, $\overline{\text{V}}$ milia *T*π $\overline{\text{IIII}}$ *PL*, IIII milia γπ*T* 2 sint *P* (int *in ras.*) sunt *C* 4 V (*om.* milia) *PL*, $\overline{\text{V}}$ milia *EL*π*T* $\overline{\text{V}}$ γ*T* 5 minori χ 6 IIII *L*π*T* VII *E*γ*LT* redundantiore α*BCX*χ maiore *PL* 9 est *ante* ei *om.* *C* ei] eo *X* 10 $\overline{\text{V}}$ (*om.* milia) *P* V milia *E*γ*LT* quinque panibus ... 13 quinque milia *om.* *PL* V γ*T* 11 etiam] uero *ET* IIII γπ*T* VII γ 12 miraculum α*CX*, miraculo *cet.* praestitit *C* 13 uidetur *X* V γπ*T* V γπ*T* 14 elimenta *LX* (a *s.* e *pr. m2* π) milia uero *X* 16 IIII *P*γ*L*π referuntur *P* 17 accepisse (e *pr. ex* i *m2*) *P* 20 VI (*ex* VII) *P*, septem α*BC* factus est χ quietum *PL* 21 ergo *om.* *L* 22 intra *PBL*

pacifici; ipsi enim filii dei uocabuntur. nam cum deus supra mundum sit, nemo utique potest deum uidere, nisi mundum prius spiritali transcendat optutu. septima itaque benedictio pacatorum; septem etiam illis quattuor milibus fragmentorum sportae supersunt. non mediocris hic panis est sabbatorum, panis sanctificatus, panis quietis. et fortasse si primum quinque panes sensibiliter manducaueris, audebo et dicam: post quinque panes et septem tertio in terra non 1403 A manducabis panem, sed supra terram manducabis octo panes, sicut qui sunt in caelestibus; sicut enim septem panes panes quietis, ita octo panes panes sunt resurrectionis. ergo isti qui septem aluntur panibus triduo perstiterunt et fortasse integram resurrectionis futurae fidem et constantiam consecuti. denique sanctorum uox est: tribus diebus ambulabimus, ut epulemur domino deo nostro. sed illa suo loco.

81 De quinque uero panibus sanctus Iohannes docuit me quod B nesciebam, quod non docuerat sanctus Matthaeus, non docuerat sanctus Lucas — singulis enim diuersa inpertita est gratia — docuit inquam me quinque istos panes hordiacios fuisse. et ideo non inepte diximus escam istam esse habilem corporalibus. cur enim primo hordiacios? quia primo lacte, deinde esca nutriendus est qui accedit ad fidem; nondum enim poteramus et fortasse plerique nec adhuc possumus. nam cum C sint inter nos contentiones et dissensiones, nonne carnales

4 Matth. 15, 37 12 Matth. 15, 32 et 34 14 Exod. 5, 3 15 cf. lib. X ss. 150 sq. 16 Ioh. 6, 9 21—23 I Cor. 3, 2 Hebr. 5, 12 24 I Cor. 3, 3

3 optutus (s *eras.*) *P* *uerba inde a* pacatorum *usque ad* numeri recumbit *p. 269, 9 om. PL, sed exhibent ea p. 271, 26 post* fragmenta *omisso tamen uerbo* pacatorum 4 VII *P* IIII *PγLπ* 7 V *PγL* manducaberis *P* (v *s.* b *m3*) *L* 8 V *PγL* VII *PLT* tertio iam *χ* 9 VIII *P*, VII *L* 10 VII *PγLT* *alt.* panes *om. BCX* 11 VIII *PL* *alt.* panes *om. BX* 12 VII *PLT* persteterunt *Xχ B m1* 14 ambulauimus *P* (*corr. m2*) *LXB m1 C* 15 sed illa suo loco *om. PL* 16 uero] ergo *PL* 19 *et* 21 hordiacios *LX et m1 PB* hordeacios *α et m3 P, m2 B* ordiacios *G* ordeacios *CEγT* 20 istam escam *X* 21 lacte dī deinde *P*

sumus et secundum hominem ambulamus? suis quaeque apta
sunt alimenta uirtutibus et ideo prius hordeum, deinde triti-
cum nobis ad alimoniam datur, fortiori uero sicut Heliae de
interioribus frumenti panis farinacius ministratur. quem autem
82 non queunt contaminare, sed pascere peccatores? nec solum
panis et numeri, sed etiam accubitionis est differentia; illi
enim supra faenum discumbunt, isti supra terram recumbunt, D
supra faenum quinque milia, supra terram quattuor milia. plus
est terram premere quam supra faenum iacere; illi enim adhuc
quibus sensus sunt corporales mollioribus delectantur et ideo
supra faenum recumbunt — omnis enim caro faenum —
isti uero supra terram, quae triticum et uinum gignit et oliuam,
cibum gratiae. consequuntur. illi discumbunt, isti recumbunt;
9, 16 maior enim est quaedam requies recumbentis. ibi duo pisces,
hic sine numero, unde plerique septiformis spiritus gratiam E
in panibus definitam, in piscibus quoque duplicis testamenti
83 figuram intellegendam putarunt. non piget ergo aestimare
quod quattuor milia ex quattuor mundi collecta partibus, in
quibus ecclesia figuratur, maioris gratiae cibum sumant iuxta
9, 13 quod scriptum est: quia uenient ab oriente et occidente
et a septemtrione et austro et recumbent cum
Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. unde F
9, 16 hic gratiae patri aguntur a Christo; non enim frustra illic

3 Reg. III 17, 12 6 Matth. 15, 12, Marc. 6, 39, Ioh. 6, 10
7 Matth. 15, 35 11 Esai. 40, 6 12 Deut. 8, 8 14 Matth. 14,
17 (cf. 15, 34), Marc. 6, 38, Ioh. 6, 9 20 Matth. 8, 11 23 Matth.
14, 19 (cf. 15, 36, Ioh. 6, 11) Marc. 6, 41

1 aptata *PL* 2 ideo] inde *PL* ordeum χ 3 alimonia
(*om.* ad) α*X* fortiori α*BC*χ fortior *cet.* 4 autem *exp. m2 P*π
5 contaminare *om. P* (sed *mut. in* de *m3*) *L* 6 deferentia (if *s.* e
*pr. m3*) *P* 7 super terram *X* 8 $\overline{\text{V}}$ *PL*, V milia *E*γ*T* $\overline{\text{IIII}}$ *PL*
IIII milia *E*γπ*T* 9 quibus adhuc *X* 13 consecuntur *O*χ 16 du-
plices *P* (-is *m3*) *L* 18 $\overline{\text{IIII}}$ *PL*, IIII milia γ*T* IIII *P*γ*LT*
partibus collecta *B* 21 a *om. X* et ab austro *PL*

benedictio tantum, hic etiam actio gratiarum est. pro ecclesia quippe sua dominus gratias patri agere consueuit, quia quae abscondit sapientibus ea paruulis reuelauit. benedictio igitur super nos, qui inferiores sumus, gratiarum actio super eos qui de infirmitatibus corporum suorum sacratis passionibus triumpharunt. iam illud in superioribus praelibauimus, quia cum quinquageni discumbere iubentur, licet sacrato numero definito tamen uidetur hic fundatioris ecclesiae populus, qui sine definitione numeri recumbit.

84 Mysticum quoque est quod et manducans populus satiatur 1404 A
9, 16 et apostoli ministrant; nam et in satietate repulsae in perpe-
tuum famis indicium designatur, quia non esuriet qui acceperit
cibum Christi, et in apostolorum ministerio futura diuisio
dominici corporis sanguinisque praemittitur. iam illud diuinum,
quemadmodum quinque panes quinque milibus populis redun-
dauerint; non enim exiguo, sed multiplicato cibo populum
85 liquet esse satiatum. uideres inconprehensibili quodam rigatu B
inter diuidentium manus quas non fregerint fructificare parti-
culas et intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta
subripere. qui haec legit quemadmodum iuges aquarum mire-
tur meatus et liquidis fontibus stupeat continuos fluere successus,
quando etiam panis exundat et naturae solidioris rigatus exu-
berat? haec igitur facta sunt ut illa quoque quae non cernimus
cerneremus. his euidenter illorum quoque designauit auctorem C
et totius naturae creatorem materialis exsistere, quae non ut
philosophi uolunt repperta, sed facta gignendis omnibus rebus
86 successus defluos subministrat. hoc quidem mirum quidquid
de fluminibus haurias signo dispendii non notari, quidquid de

2 Matth. 11, 25 7 Marc. 6, 40 11 Matth. 14, 19 (15, 36) Marc. 6, 42 12 Ioh. 6, 35

1 actio (acceptio *L*) gratiarum est *αPBL* gratiarum est actio *Xχ* 2 patri gratias *χ* 3 abscondit a *BXχ* 6 praelibabimus (v *s.* b *alt. m3*) *P* 7 iuberentur *CX* difinito *X* 15 populi *χ* 18 diuidentium (di *s. u.*) *P* 20 subripere *αCX* subpetere *L* subrepere *cet.* 22 exuberet *X* 24 se designauit *CXχ* 25 creatorem naturae *P* 28 non naturae *X*

fontibus auferas usurario quodam reparari meatu. sed et
fluminibus si nihil decedere, nihil tamen uidetur accedere et
fontibus ut cumulata fluenta cernuntur ita, dum minuuntur
fluenta, produntur. at uero hic panis, quem frangit Iesus, D
mystice quidem dei uerbum est et sermo de Christo, qui dum
diuiditur augetur; de paucis enim sermonibus omnibus populis
redundantem alimoniam ministrauit. dedit sermones nobis
uelut panes, qui in nostro dum libantur ore geminantur. uisi-
biliter quoque panis iste incredibili ratione, dum frangitur,
dum diuiditur, dum editur, sine ulla dispendii conprehensione E
87 cumulatur. nec dubites uel quod in manibus ministrantium
uel in ore edentium cibus crescat, quando ubique nostri operis
testimonium ad firmamentum credulitatis adsciscitur. sic in
nuptiis ex fontibus uina ministris operantibus colorantur et
ipsi qui inpleuerant hydrias aqua uinum quod non detulerant
hauriebant. conprehende, si potes, tanta rerum miracula. hic
edentibus populis crescunt suis fragmenta dispendiis et de
quinque panibus maiores reliquiae quam summa est colliguntur, F
illic in alienam speciem uertuntur elementa nec suos patitur
natura defectus nec suos agnoscit ortus, usus tamen proprios
recognoscit. quin etiam melior est mutati uini natura quam
nati, quia in arbitrio creatoris est et quos usus uelit adsi-
gnare naturis et quas naturas inpertire gignendis. uide quantis
operibus opus adstruat. dum aquam minister infundit, odor
transfusus inebriat, color mutatus informat, fidem quoque
88 sapor haustus adcumulat. conferant gentiles, si placet, cum
Christi beneficiis deorum suorum non facta, sed ficta. ferunt 1405 A
certe eorum fabulae fuisse regem quendam, qui quidquid tan-
gebat aurum fiebat. sed etiam conuiuia ipsa feralia; nam et

13 Ioh. 2, 6 sqq. 21 Ioh. 2, 10 28 Ouid. Met. XI 102 sqq.

1 meatum *P* (m *alt. exp.*) *L* 2 decederet *CX* decederent *G* ui-deatur *PL* 12 cibus *om. PBL; cf. 271, 8* 15 ipsi *s. u. P, eras. C* 20 cognoscit *X* usus *P* (s *alt. eras*) proprio *PL* 21 meliores|t (t *add. m2*) *P* meliores *L* 22 quos (s *s. u.*) *P* 26 gentes *X*

ipsa mantelia digitis adprehensa riguerunt et cibus in ore
crepitabat ferens non alimenta, sed uulnera et in gutture
potus haerebat nec penetrare facilis nec redire. digna beneficia
uotis, digna tanto munera precatore, digna liberalitas confe-
rente! talia sunt idolorum beneficia, ut cum uidentur prodesse,
plus noceant. at uero Christi munera parua uidentur et B
maxima sunt, denique non uni conlata, sed populis; nam et
cibus edentium in ore crescebat et uidebatur esse corporalis
alimoniae, sed sumebatur salutis aeternae.
89 Cur autem quinque milibus hominum plus redundat, quat-
tuor milibus minus? quia quattuor milia ista triduo cum
Christo fuerunt et ideo amplius caelestis pabuli receperunt.
90 nec otiose quae turbae supersunt a discipulis colliguntur, quia
ea quae diuina sunt aput electos facilius possis quam aput C
populos repperire. utinam mihi contingat audire: collige quae
supersunt! si audiero et fecero, habebo multa quae turbae,
habebo multa quae pueri et mulieres edere nequiuerunt. beatus
91 ille qui potest colligere quae etiam doctis supersunt. uideamus
quomodo colligat. dixit lex: non moechaberis. fregit hunc
panem Christus, diuisit hoc uerbum, non aliunde adiciens, sed
de suo partiens. qui uiderit inquit ad concupiscendum D
mulierem iam moechatus est eam. habes fragmentum de
suo. addidit: si oculus tuus dexter scandalizat te, erue
eum. habes aliud: et si dextera tua scandalizat te,
abscide eam et: qui dimissam a uiro ducit moechatur.
uides ex uno quam multa fragmenta. Moyses dicit quod Abraham
duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera. Paulus
dixit: haec sunt duo testamenta. diuisit hoc uerbum et

2 Ouid. Met. XI 121 sqq. 12 Matth. 15, 32 18 Exod. 20, 13 21 Matth. 5, 28 23 Matth. 5, 29 24 Matth. 5, 30 25 Matth. 5, 32 26 Galat. 4, 22 Gen. 21, 2 et 9 28 Galat. 4, 24

1 mantilia *P et* (i *pr. ex* e) *BV* 6 et] sed *α* 10 V *γT* milibus] milia *hic et v. 11 X* IIII *P* IIII milibus *LT* 11 IIII *P* IIII milia *γLπT* ista (i *s. u.*) *P* 15 colligere *X* 16 turbae ... quae *om. PBL* 18 uidemus *γ* 22 eam *s. u. P* 26 Moyses dicit] intellegere *PL, corruptum ex* in lege est

inuenit mysterium. beatus ergo qui colligit quae diuidit Chri-
92 stus. qua ratione autem cofinos duodecim Christus inpleuit E
9, 17 nisi ut illud populi Iudaici solueret quia manus eius in
cofino seruierunt, hoc est populus qui ante lutum in cofinis
colligebat hic iam per crucem Christi uitae caelestis operatur
alimoniam et eo fidei cibum congerit, ubi erat ante caenum
perfidiae gentilis. nec paucorum hoc munus, sed omnium est.
nam per duodecim cofinos tamquam tribuum singularum fidei
firmamentum redundat; panis enim confirmat cor hominis.
93 Dixit autem illis: uos quem me dicitis esse? respon- F
9, 20 dit Simon Petrus: Christum dei. ne turbae quidem
9, 19 otiosa opinio est, quia alii Helian, quem uenturum puta-
bant, alii Iohannem, quem decollatum sciebant, aut unum de
prophetis prioribus surrexisse credebant. sed hoc quaerere
supra nos est: alterius sententiae, alterius prudentiae est. nam
si Paulo apostolo satis est nihil scire nisi Christum Iesum et
hunc crucifixum, quid amplius mihi desiderandum est scire
quam Christum? in uno enim hoc nomine et diuinitatis et 1406 A
incarnationis expressio et fides est passionis. et ideo licet
ceteri apostoli sciant, Petrus tamen respondit prae ceteris:
tu es Christus filius dei uiui. conplexus est itaque omnia,
qui et naturam et nomen expressit, in quo summa uirtutum
est. etiamne nos de generatione dei adserimus quaestiones, cum
Paulus iudicauerit nihil se scire nisi Christum Iesum et hunc
crucifixum, Petrus nihil aliud quam dei filium putauerit
confitendum? nos et quando et quomodo natus sit et quantus B

3 Ps. 80, 7 4 Exod. 1, 14 9 Ps. 103, 10 10 Matth. 16, 15 sq. 12 cf. Luc. 9, 8, Matth. 16, 14 13 Matth. 14, 10 16 I Cor. 2, 2 21 Matth. 16, 16

2 cofines (o *s.* e *m2*) *P* XII *PEGLπT*, *om.* γ 8 XII *PLπT* 10 eis *C* dicitis esse *X*, esse *om.* *αCγχ* 11 dei] filium dei *α* *uerba* Christum dei ... terrena sunt (*p. 273, 13*) *post* aqua (*p. 274, 13*) *transponit om. uerbo* releuare *B* nec *PLχ* 12 helian *P* heliam *cet.* 15 sententiae] scientiae *BC* 19 est *s. u. P*, *om.* *FV* 23 adserimus *α* serimus *BC* inserimus *PL* disseremus (*om.* dei) χ queramus *X* 24 se *om.* *CXχ* 25 aliud *αX* amplius *cet.* 26 et *pr. om. X*

sit humanae infirmitatis contemplatione rimamur. sciuit Paulus
quod in istis magis offendiculum quaestionis quam aedificati-
onis profectus esset et ideo iudicauit nihil se scire nisi
Christum Iesum. sciuit Petrus quod in filio dei omnia sint;
omnia enim dedit pater filio. si omnia dedit, aeternitatem
quam habet maiestatemque transfudit. sed quo prolabor lon-
gius? finis fidei meae Christus est, finis fidei meae dei filius
est. non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen C
nescire generationis fidem.

94 Crede igitur sic quemadmodum Petrus credidit, ut et tu
beatus sis, ut et tu audire merearis: quoniam non caro et
sanguis tibi reuelauit, sed pater meus qui in caelis
est. caro enim et sanguis non queunt nisi quae terrena sunt
reuelare, at uero qui spiritu loquitur mysteria non carnis et
sanguinis magisterio, sed diuina inspiratione fundatur. noli ergo
adquiescere carni et sanguini, ne carnis et sanguinis praecepta D
haurias atque ipse sanguis et caro fias. qui enim carni adhae-
ret, caro est et qui adhaeret deo unus spiritus est.
non permanebit inquit spiritus meus in hominibus
95 istis in aeternum, propter quod sint carnales. sed
utinam caro et sanguis non sint qui audiunt, sed a carnis et
sanguinis remoti cupiditatibus possint dicere singuli: non
timebo quid faciat mihi caro! qui enim carnem uicerit
ecclesiae fundamentum est et, si aequare Petrum non potest,
imitari potest; magna sunt enim dei munera, qui non solum E
nobis quae fuerant nostra reparauit, uerum etiam quae sunt

5 Ioh. 3, 35 8 Esai. 53, 8 11 Matth. 16, 17 14 I Cor. 14, 2 18 I Cor. 6, 17 19 Gen. 6, 3 22 Ps. 55, 5

1 scs paulus *P* scs apostolus paulus *L* 3 nihil se *αC* se nihil *O* nisi (hil *s.* si *m2*, *om.* se) *V;* se *om. cet.* 6 trasfudit *P* 11 merearis (re *s. u.*) *P* 13 quaerunt *P* (r *exp. m3*) *L* 16 nec *PB* caro et sanguis *PLX* 18 dño *X* 20 sint carnales *αB* sunt carnales *PL* sunt carnes *Cχ* caro sunt *X* 21 a *om. αX* 24 aequare (-ri *m2*) *P* aequari *Cχ* petro *Cχ* 25 potest *om. X* 26 uerbum (b *eras.*) *P*

96 sua propria concessit. refert tamen quid sibi uelit quod non alium turbae opinabantur nisi aut Helian aut Hieremiam aut Iohannem Baptistam. et Helian forte, quia raptus ad caelum est. sed non Helias Christus. ille rapitur, iste regreditur; ille †inunam rapitur, iste rapinam non arbitratus est esse se F aequalem deo; ille petitis ignibus uindicatur, hic persecutores suos maluit sanare quam perdere. cur autem Hieremiam putabant? fortasse quia sanctificatus in uulua est. sed non hic Hieremias. ille sanctificatur, iste sanctificat; illius sanctificatio coepit ex corpore, hic sanctus ex sancto. cur etiam Iohannem populus putat nisi forte quia in matris utero positus domini praesentiam sentiebat? sed non hic Iohannes. ille adorabat in utero, hic adorabatur; ille baptizabat in aqua, Christus in spiritu; ille paenitentiam suadebat, hic peccata donabat.

97 Et ideo Petrus non exspectauit populi sententiam, sed suam 1407 A promsit dicens: tu es Christus filius dei uiui. qui est semper est nec coepit ut esset et esse non deficit. magna autem Christi gratia, qui omnia prope uocabula sua discipulis donauit suis. ego sum inquit lux mundi et id tamen quo ipse gloriatur discipulis nomen indulsit dicens: uos estis lux mundi. ego sum panis uiuus et: nos omnes unus panis sumus. ego sum uitis uera et tibi dicit: plantaui te

2 Matth. 16, 14 3 Reg. IIII 2, 11 4 Ioh. 16, 5 5 Philipp. 2, 6 6 Reg. III 18, 38, Luc. 23, 34 8 Hier. 1, 5 11 Luc. 1, 41 13 Luc. 1, 42, Luc. 3, 16, Matth. 3, 11 17 Matth. 16, 16 20 Ioh. 8, 12 21 Matth. 5, 14 22 Ioh. 6, 51, I Cor. 10, 17 23 Ioh. 15, 1, Hier. 2, 21

2 turba opinabatur *αCXχ* nisi aut (a *s. u.*) *P* *sq.* helian *P* heliam *cet.* hieremiam (i *pr. s. u.*) *P* 4 helias est *PL* 5 ille in unam rapitur *αC*, *om. cet.* ille inquam rapitur *Costerius* iste *αCXχ*, *om. B*, qui *P* quia *L* est *om. X* (*s. u. m2 πV*) se *om. X* (*s. u. m2 πV*) 8 in uulua sanctificatus *α* 9 iste ... ille *ET* 11 putabat *C* (ba *s. u. m2*) *X* putabant (*om.* populus) *χ* 12 hic est *PCL* iohannis (-es *m3*) *P* 13 baptizauit *L* 16 non] non ex se *X* 17 promsit *E* prompsit *αBCX* promisit *GγL et* (i *pr. eras.*) *P*, (*exp.*) *T* est] et *PL* 18 est *om. α* 19 gratiam *P* (m *eras.*) *L* 20 suis donauit *PBCL* quod *Xχ* (d *eras. E*) 22 huius mundi *X*

uitem fructuosam omnem ueram. petra est Christus —
bibebant enim de spiritali sequenti petra, petra autem B
erat Christus —: etiam discipulo suo huius uocabuli gra-
tiam non negauit, ut et ipse sit Petrus, quod de petra habeat
98 soliditatem constantiae, fidei firmitatem. enitere ergo ut et tu
petra sis. itaque non extra te, sed intra te petram require.
petra tua actus est, petra tua mens est. supra hanc petram
aedificatur domus tua, ut nullis possit nequitiae spiritalis
euerberari procellis. petra tua fides est, fundamentum est fides C
ecclesiae. si petra fueris, in ecclesia eris, quia ecclesia supra
petram est. si in ecclesia fueris, portae inferi non praeualebunt
tibi. portae inferi portae mortis sunt, portae autem mortis
99 portae esse ecclesiae non possunt. quae autem sunt portae
mortis, hoc est portae inferi nisi singula quaeque peccata? si
fornicatus fueris, portas mortis ingressus es. si fidem laeseris,
portas penetrasti inferi. si peccatum mortale conmiseris, portas
mortis intrasti. sed potens est deus, qui exaltet te de portis D
mortis, ut adnunties omnes laudes eius in portis filiae Sion.
portae autem ecclesiae portae castitatis sunt, portae iustitiae,
quas iustus intrare consueuit dicens: aperite mihi portas
iustitiae et ingressus in eas confitebor domino. sed
ut porta mortis porta inferi ita et porta iustitiae dei porta
est; haec enim porta domini, iusti intrabunt per eam.
et ideo fuge pertinaciam delictorum, ne portae tibi possint E
inferi praeualere; si enim dominatum fuerit peccatum in te,

2 I Cor. 10, 4 3 Matth. 16, 18, Ioh. 1, 42 7 Matth. 16, 18, 8 Ephes. 6, 12 10 sq. Matth. 16, 18 12 Ps. 106, 18 17 sq. Ps. 9, 14 sq. 20 Ps. 117, 19 23 Ps. 117, 20 24 Matth. 16, 18

4 habebat χ (b *alt. eras. E*) 5 soliditatem (di *s. u.*) *P* 8 nullus *X* 9 fides ecclesiae est *PBLXχ* 11 in *om.* *X* 13 esse *s. u. m3 P*, *om. L* ecclesiae esse *Pm2 Cχ*, ecclesiae *P m1 L* sunt *om. X* 14 porta χ inferni *PBL* 16 inferi penetrasti *PLχ* inferni *X* 17 porta *CX* 18 eius *om. ET* in portis filiae Sion *om. PBL* 19 portae autem] sunt enim portae *Xχ*; sunt *bis scr. in aC* 22 et *om. PBL* 23 enim] est enim *X* domini] dei et *X* 24 porta tibi possit *X*

mortis porta praeualuit. fuge ergo contentiones dissensiones
strepitus tumultusque discordiae, ne per portas mortis ingressus
incurras. dominus enim Iesus Christus praedicari se primo
noluit, ne ullus strepitus nasceretur. increpat discipulos suos,
ne cui haec dicerent quod oportet filium hominis multa
9, 22 pati et reprobari a principibus sacerdotum et senio- F
100 ribus et scribis et occidi et die tertia resurgere. et
fortasse ideo hoc addidit, quia sciebat dominus difficile passioni
et resurrectioni etiam discipulos credituros. et ideo
passionis et resurrectionis suae adsertorem se esse maluit, ut
ex facto fides, non ex audito discordia nasceretur. ergo Christus
noluit gloriari, sed maluit ignobilis uideri, ut passionem
subiret: et tu qui ignobilis natus es gloriaris? eadem tibi qua
Christus ambulauit gradiendum est uia. haec eius agnitio, 1408 A
haec eius imitatio per ignobilitatem et bonam famam, ut
glorieris in cruce, sicut ipse est gloriatus. sic ambulauit
Paulus et ideo gloriatur dicens: mihi autem absit gloriari
101 nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. sed uideamus
cur secundum Matthaeum repperiamus admonitos discipulos,
9, 21 ne cui dicerent quod ipse sit Christus, hic autem scriptum sit
increpatos esse, ne cui haec dicerent. quod esset multa passurus
et resurrecturus. uidetis quod in uno Christi nomine B
omnia sint. ipse est enim Christus qui natus ex uirgine est,
ipse est qui mirabilia fecit in populo, ipse qui mortuus est
pro peccatis nostris et resurrexit a mortuis. unum horum si

1 II Cor. 12, 20, Galat. 5, 20 15 II Cor. 6, 8 17 Galat. 6, 14 18 Matth. 16, 20

1 praeualebit *PL* et dissensiones χ 4 et increpat *X* increpat enim χ 6 et *alt. om.* α*C* 7 die tertia (tertio χ) α*CX*χ tertia die *PBL* resurgere (re *pr. eras.*) *V* ·surgere *FO*π 8 quia dn̄s sciebat *X* dominus quia sciebat *ed. Rom.* 10 adsertorem se (se *om. X*) esse α*CX*χ adsertor esse *PL* 11 audito *X et* (u *s.* o *m2*) *P*α*C*, auditu *cet.* 14 ambulauit *exp.* π *post* uia *add. libri praeter* α qua (quia, i *eras. PG*) ipse ambulauit hac ... hac *PL* 15 et] ac *B* ad *PLX* 16 cruce dn̄i χ gloriatus est *ETX* 20 dicerent (dice *in ras.*) *P* 21 cui (i *in ras.*) *P* haec *om.* χ multa esset *X* 23 est *om.* α*ET*

retraxeris, retraxisti salutem tuam. nam etiam haeretici habere
sibi Christum uidentur; nemo enim Christi nomen negat, sed
negat Christum qui non omnia quae Christi sunt confitetur.
multis igitur ex causis iubet tacere discipulos, ut fallat prin-
cipem mundi, ut declinet iactantiam, doceat humilitatem, C
simul ne rudes et inperfecti adhuc discipuli maximae praedi-
cationis molibus opprimantur.

102 Nunc qua causa etiam inmundos spiritus iubeat tacere
consideremus. sed et hoc nobis scriptura aperuit, quia pecca-
tori dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? ne quis,
dum praedicantem audit, sequatur errantem; inprobus enim
magister est diabolus, qui falsa ueris saepe permiscet, ut
103 specie ueritatis testimonium fraudis obtexat. etiam illud consi- D
deremus, utrum hic primum mandauerit discipulis, ne cui
dicerent quia ipse esset Christus an uero et ante mandauerit,
quando apostolos duodecim destinauit denuntians illis: in uias
gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorum
ne introieritis; ite autem ad oues quae perierunt
domus Israhel. aegrotos curate, leprosos mundate,
daemones eicite et: discite quis in ea dignus sit E
et ibi manete. itaque nec hic mandatum uidetur, ut Chri-
104 stum dei filium praedicarent. ordo igitur disputationis est
ordo tractatus, et ideo etiam nos, cum aliqui ex gentibus
uocantur ad ecclesiam, ita praeceptorum seriem formare debe-
mus, ut primo unum deum auctorem mundi omniumque esse
doceamus, in quo uiuimus et sumus et mouemur, cuius et

2 I Ioh. 2, 22 10 Ps. 49, 16 16 Matth. 10, 5 sq. 8. 11 25 Act. 17, 24 26 Act. 17, 28

1 heretici *in mg. inf. m3 P*, *om. L* 8 iubet *PBL* 9 et *om. X* 11 enim est et magister diabolus *L* 13 sub specie *EγT* 16 XII *PCγLπ* designauit *PL* in uias g. ne abieritis *αCXχ* in uiis g. ne ambulaueritis *cet.* 17 ciuitatem *om. X* 18 intraueritis *X* 20 daemones *αBCXχ*, daemonia *PL* *post* daemones *add.* inquit *αBCχ* eiecite *P* et *om. X* in quamcumque ciuitatem intraueritis *post* et *suppleuit ed. Rom.* discite *om. X* 21 et *αX* atque *cet.* cibi (c *eras.*) *P* 25 unum unum *P*

genus sumus, ut non solum propter munera lucis et uitae, F uerum etiam propter cognationem quandam generis diligendus a nobis sit, deinde opinionem illam, quae est de idolis, destruamus, quod non possit auri argentique uel ligni materia uim in se habere diuinam. cum unum deum esse persuaseris, tunc indicio eius adstrues per Christum nobis salutem datam incipiens ab illis quae gessit in corpore et ea diuina describens, ut plus quam homo fuisse uideatur, uictam unius uirtute mortem, mortuum ab inferis suscitatum; paulatim enim fides crescit, ut cum supra hominem fuisse uideatur, deus esse 1409 A credatur. nam nisi probaueris quod facere illa sine diuina uirtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo uim fuisse diuinam?

105 Sed fortasse nobis parum auctoritatis et fidei deferatur: lege sermonem apostoli aput Athenienses habitum, qui si a primo destruere uoluisset caerimonias idolorum, sermonem eius aures gentilium respuissent. ab uno igitur deo operatore mundi incipit dicens: deus qui fecit mundum et cuncta B quae sunt in eo. negare non poterant unum operatorem esse mundi, unum deum, unum omnium creatorem. adiunxit eo quod caeli et terrae dominus in manu factis non dignetur habitare, deinde quod intra auri argentique cassam materiem nequaquam ueri simile sit artificio hominis uim diuinitatis includi, erroris remedium docens esse studium paenitendi. tunc uenit ad Christum nec tamen deum maluit quam homi-

2 Act. 17, 29 3 Act. 17, 29 9 Act. 17, 31 15 Act. 17, 22—31 18 Act. 17, 24 21 Act. 17, 24 22 Act. 17, 29 24 Act. 17, 30

2 cognitionem *G et* (a *s.* i *pr.*) γ cogitationem *L* 4 quod *αCG* et quod *EγT* quo *X* ut *PBL* materiam *X* 5 habere (ere *in ras. 5. litt.*) π habitare *FOV* 6 indicio *B* iudicio *cet.* 7 describis *X* 8 uictam *αBCχ* uir tam *PL* uitam *X* 9 mortuumque χ 10 homines χ (s *s. u. G*) 12 potest *αX* 16 acrimonias (cae *s.* ac *m3*) *P* 19 negari *L* negare *P* (i *s.* e *alt.*) *cet.* poterant (n *s. u.*) *V* poterat *PBLFOπ* mundi esse *PBL* 20 dnm *PαBL* 21 manufactis idolis (idolis *s. u. m3*) *P* 22 clausam *PBL* materiā *C* 25 deum tacuit quando hominem nuncupauit (noncupauit *BL*) *PBL*

nem nuncupare dicens: in uiro, quo definiuit omnibus C
fidem. suscitans eum ab inferis. qui enim tractat debet
audientium considerare personas, ne prius inrideatur quam
audiatur. quando enim Athenienses crederent quia uerbum caro
factum est et de spiritu uirgo concepit, qui inridebant quia
resurrectionem audierant mortuorum? tamen et Dionysius
Ariopagites credidit et alii crediderunt in uirum, ut in deum
crederent. quid interest quo quisque credat ordine? non in
principiis perfecta quaeruntur, sed de principiis ad ea quae D
perfecta sunt peruenitur. ergo tali Athenienses informauit
106 praecepto, talis nobis aput gentiles ordo seruandus est. at
uero cum Iudaeos adloquerentur apostoli, ipsum Christum
esse dicebant, qui propheticis nobis esset promissus oraculis,
quem non prius auctoritate sua dei filium nominabant, sed
uirum probatum, uirum iustum, uirum a mortuis suscitatum,
illum uirum de quo dictum est in prophetis: filius meus E
es tu, ego hodie genui te. ita ergo et tu ad ea quae
difficile creduntur auctoritatem diuini sermonis adscisce et
promissum eius aduentum prophetarum uoce designa, resurrec-
tionem quoque multo ante conpertam scripturarum testimoniis
edoceto, non usitatam cum ceteris atque conmunem, ut in
ipsa suscitati corporis adsertione aeternae testimonium diuini-
tatis adquiras. cum enim ceterorum corpora corruptionem
probaueris subisse post mortem, hunc utique de quo dicitur: F
non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, con-
probas humanae fragilitatis expertem, probas humanae condi-
cionis merita supergressum, deo magis quam hominibus
conferendum.

107 Quodsi ad sacramenta fidelium tendens catechumenus inbu- 1410 A

1 Act. 17, 31  4 Ioh. 1, 14  5 Matth. 1, 18  6 Act. 17, 32  7 Act. 17, 34  15 Act. 2, 22; 3, 14 sq.; 13, 30  16 Act. 13, 33, Ps. 2, 7  25 Ps. 15, 10

5 spiritu<sancto> *Maurini*  6 dyonisius *P*  8 in *s. u. P*  13 oculis *PL*  17 ita] *rursus inc. A*  19 designare *P* (re *exp.*) *L*  20 testimoniis (i *tert. s. u.*) *A*  22 suscitatione *P* suscitationem *L*  25 cumprobas *A*  29 tendens *s. u. m3 A*  chataeuminus *A* cathecuminus *P*

endus sit, dicendum quia unus deus est, ex quo omnia, et unus Iesus Christus, per quem omnia, non duos dominos esse dicendos, perfectum quidem patrem, perfectum esse et filium, sed unius patrem et filium esse substantiae, uerbum aeternum dei, non quod profertur, sed quod operatur, ex patre genitum, non uoce editum. prohibentur ergo apostoli euangelizare eum dei filium, ut euangelizarent postea crucifixum. B haec est fidei gloria, si uere intellegas crucem Christi. aliae cruces nihil mihi prosunt, sola crux Christi mihi utilis est et uere utilis, per quam mihi mundus crucifixus est et ego mundo. si mihi crucifixus est mundus, scio quia mortuus est: non diligo eum; scio quia praeterit: non concupisco eum; scio quia corruptella consumet hunc mundum: quasi faetidum uito, quasi luem caueo, quasi nociturum relinquo.

108 sed non statim per crucem possunt aliqui credere salutem C mundo refusam. adstrue ergo per historiam Graecorum hoc fuisse possibile. sic interdum etiam apostolus suadet incredulis nec uersus refugit poeticos, ut fabulas destruat poetarum. si enim reuocetur in memoriam quod legiones saepe et magnos populos oblatis aliquorum mortibus historiae Graecorum adserant liberatos, si recordentur quod imperatoris filia propter Graecorum exercitus transferendos ad sacrificium sit uocata, D si nostrum illud consideremus quia sanguis hircorum et taurorum et cinis uitulae aspersus inquinatos sancti-

1 I Cor. 8, 6  5 I Cor. 12, 6  7 I Cor. 1, 17  10 Galat. 6, 14  12 I Cor. 7, 31  18 Act. 17, 28  19 Val. Max. V 6 ext.  23 Hebr. 9, 13

1 est deus χ  2 duos (s *add. m. ant.*) *P*  3 dominos] deos χ  4 et *om.* *X*  substantiae (s *alt. s. u. graphio*) *P*  5 aeterni *a*; aeternum aeterni *ed. Rom.*  6 gentium (t *eras.*) *P*  edictum (c *exp.*) *P* dictum *L*  11 mundus crucifixus est *C*  12 et non *PaL*  et non *PL*  13 corruptella *AF et* (l *alt. eras.*) *G*π, (l *alt. s. u.*) *V* corruptela *cet.*  consumit *aGX*  14 fetidum *P*  et quasi *PL*  luuem *P*  et quasi *PL*  16 adstruere *P et* (ergo *om.*) *L*  historiam *AX*, historias *cet.*  17 apostolos (v *s.* o *tert. m3*) *P*  18 profeticos *P* poeticus *FLOV m2*  19 magnus populus *AFOV*  20 adserant . . . Graecorum *in mg. inf.* *P*  21 recordetur (de *ex* dare *F*) *X*  22 uocatus (-ta *m. ant.*) *P*  24 hircorum et taurorum *A* taurorum et hircorum *cet.*  hyrcorum *P*

ficat ad carnem emundandam, sicut ad Hebraeos scrip-
tum est, si pestilentia regionum aliquibus hominum contracta
peccatis unius alicuius morte adseritur esse resoluta, quod
aut ratione praeualuit aut dispositione conualuit, quo faci-
lius in crucem domini crederetur, procliue erit ut qui sua
109 negare non possunt nostra confirment. sed quoniam nullus E
hominum tantus esse potuit, qui totius mundi peccata tolle-
ret, neque Enoch neque Abraham neque Isaac, qui licet morti
se obtulerit, seruatus tamen est, quia omnia non poterat
abolere peccata — quis enim tantus homo, in quo omnium
peccata morerentur? — idcirco non unus e plebe, non unus
e numero, sed filius dei a deo patre electus est, qui cum
supra omnes esset, pro omnibus se posset offerre. quem mori
oportuit, ut cum esset fortior morte, alios liberaret factus
inter mortuos sine adiutorio liber, sine adiumento sci-
licet hominis aut alicuius creaturae liber, a morte, et bene
liber, qui seruitutem cupiditatum reppulit, mortis uincla
nesciuit.

## LIBER SEPTIMVS.

1 Dico autem uobis uere: sunt aliqui hic stantes qui 1411 A
9, 27 non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei.
semper dominus sicut ad praemia erigit futura uirtutum atque
utilem saecularium rerum docet esse contemtum, ita etiam
infirmitatem mentis humanae praesentium remuneratione susten-
tat. arduum quippe est crucem tollere et animam periculis,

7 Ioh. 1, 29 8 Gen. 5, 24, Hebr. 11, 5 et 8, Gen. 22, 9 sqq. 15 Ps. 87, 5 sq. 25 Matth. 16, 24

1 mundandam *X* sicuti *P* 3 mortem̧ *P* resoluta (re *s. u.*) *m3 A*, *m2 O* 8 enoc *A* 9 obtulerint (n *del.*) *A* omnium χ· 12 lectus *BFOV* 16 aut alicuius creaturae *om. X* alicuius (iu *s. u.*) *P* 17 seruitutum (e *s.* u *tert. m2*) *A* uingla *P* uincula *G*γπ*T* *neque subscriptio neque inscriptio est in libris nisi in mg. libri A m2 scriptum est:* hic finit liber V 20 sunt] sunt hi *X* 22 uirtutem *E*γ*TX* (-tū *m3 T*) 24 infirmitatem (m *alt. s. u.*) *A* humanam *X* remunerationis *P* (e *s.* iş *m3*) *L* sustentat (t *tert. s. u.*) *P*

morti corpus offerre, negare quod sis, cum uelis esse quod
non sis, raroque quamuis excelsa uirtus futuris conmutat prae- B
sentia. difficile quippe uidetur hominibus, ut spem periculis
emant damnoque praesentium futurae lucrum mercentur aetatis.
ergo bonus et moralis magister ne qui desperatione frangatur
aut taedio, quoniam uitae dulcis inlecebra constantem quoque
mulcet adfectum, continuos uiuendi successus fidelibus polli-
cetur; frigent enim solacia sub metu mortis magnusque amor uitae
aegre blanditias spei cum adpetitae salutis terrore conpensat. C
non habes igitur quod queraris, non habes quod excuses:
arbiter omnium dedit et uirtuti praemium et infirmitati reme-
dium, ut praesentibus sustineatur infirmitas, uirtus futuris.
si fortis es, contemne mortem; si inbecillus es, fuge. sed
nemo potest fugere mortem, nisi uitam sequatur. uita tua
2 Christus est; ipsa est uita, quae mori nescit. itaque si uolu-
mus mortem non timere, stemus ubi Christus est, ut et de
nobis dicat: uere sunt aliqui hic stantes, qui non gusta- D
bunt mortem. non satis est stare, nisi ubi Christus est
stetur; soli enim non queunt gustare mortem qui possunt
stare cum Christo. in quo licet ex uerbi ipsius qualitate
perpendere ne tenuem quidem sensum mortis habituros qui
Christi uideantur meruisse consortia. certe mors corporis
libando gustetur, uita animae possidendo teneatur.
3 Sed quid est gustare mortem? ne forte quemadmodum panis
uita est ita etiam panis mors sit? sunt enim qui manducant E

14 Coloss. 3, 4  15 Ioh. 11, 25  25 Ps. 126, 2

1 uellis *A*  2 raroquem *P*  5 magi ter *P*  qui *AGγOV et* (i *ex* e) *F* quid *T* (d *s. u. m2*) quis *E* (s *s. u.*) *cet.*  10 queraris *αEγT* quaeraris *A* querare π querare *C* querere *P m1* (a *s.* e *alt.*) *FG* quaerere *cet.*  11 arbiter enim *ET*  13 inbecillus *ABG* inbeccillis (c *pr. eras.*) *P* inbecillis *cet.*  es fuge *AαCX*, effuge *PBL*, fuge χ  14 potes (st *s.* s *m3*) *P*  mortem fugere *PL*  15 ipse *B* (ipsa . . . *u. 16* Christus est *om. X*)  16 et ut *X*  17 sunt hic aliqui *A* aliqui hi sunt *X*  20 qualitatem *P* (m *exp.*) *L*  21 habiturus *P* (-os *m2*) *L et* (-os *corr.*) *B*π  22 constantia *FO* constantiā π*V*  23 possessione *PL*

panem doloris; sunt etiam Aethiopum populi, qui acceperunt
in escam draconem. absit a nobis uenenum draconis uorare;
habemus enim panem uerum, panem illum, qui descendit e
caelo. panem illum manducat qui ea quae scripta sunt seruat.
sunt ergo qui mortem non gustent, donec uideant regnum dei.
sunt etiam qui mortem non uideant, sicut scriptum est: quis F
4 est homo qui uiuet et non uidebit mortem? sed quis
est homo qui non moriatur, cum resurrectio nisi mortui esse
non possit? quamuis de Enoch et Helia nullam mortem cor-
poris acceperimus et de euangelista Iohanne dominus dixerit:
si eum uolo manere, donec uenio, tamen quoniam non de
uno Iohanne hic putamus expressum, sed generale de multis 1412 A
hoc esse praeceptum, non hic mors corporis, sed animae
denegatur. sunt enim qui mortui uiuant, quoniam sunt qui
uiuentes mortui sint, sicut illa quae uiuens mortua est,
sicut scriptum est: ueniat mors super eos, et descendant
in infernum uiuentes. si ergo uiuus quis in infernum
descendit — peccato enim mortis in infernum descendit habi-
taculum — sunt profecto quibus nec in morte corporis
interruptus sit ordo uiuendi, sicut Abraham, Isaac et Iacob, B
quos uiuere diuinae sententiae auctoritate conperimus, quoniam
cum sit deus Abraham, Isaac et Iacob, non utique deus
mortuorum est, sed uiuentium.

2 Ps. 73, 14 3 Ioh. 6, 51 5 Matth. 16, 28 6 Ps. 88, 49
9 Gen. 5, 24, Reg. IIII 2, 11 11 Ioh. 21, 22 15 I Tim. 5, 6
16 Ps. 54, 16. 22 Matth. 22, 32

3 descendit (e *pr. ex* i *m3*) *P* e] de *FOVχ*, *om.* π 5 gustent (a *s.* e *m2*) *P* uideant (nt *ex* n) *A* 6 uidebunt *EγT* 7 uiuit *Xγ* 8 mortuis *αCχ et* (s *add. m3*) *O* 10 acceperimus (e *pr. ex* i *m2*) *P* 11 si *ABC* sic *cet.* 12 hoc *Maurini* 13 corporalis *PBL* 14 uiuant (v *s.* a) *P* uiuunt *C* sint] sunt *PαBCGγL et* (sint *corr.*) *V* 15 <uidua> illa *Maurini* 16 est *s. u. P* descendunt *A* (*ut de parad. 44*) 17 infernum (in *s. u. m3*) *A* 18 descendet *E* descendat (e *s.* a) *T* mortis (uu *s.* i *m3*) *P* inferno *P* (-ni *m3*) *L* inferni χ 22 isac *P* et *om. X* mortuorum est deus χ 23 est *om. X*

5 Itaque non de uno, sed de plurimis dicit; neque enim Petrus mortuus est, cui iuxta dominicam sententiam inferi porta praeualere non potuit, nec Iacobus et Iohannes mortui filii tonitrui, quibus in usum gloriae caelestis adsumtis non praeualent terrena, sed subiacent. esto ergo et tu Petrus, deuotus C
fidelis pacificus, ut portas ecclesiae aperias, portas mortis euadas. esto filius tonitrui. dicis: quomodo possum esse filius tonitrui? potes esse, si non in terra, sed in pectore Christi recumbas. potes esse filius tonitrui, si te terrena non moueant, sed ipse potius ea quae terrena sunt mentis tuae uirtute concutias. tremat te terra, non capiat; uereatur caro potestatem animi tui et concussa subdatur. eris filius tonitrui, si fueris filius ecclesiae. dicat et tibi de patibulo crucis Christus: ecce D
mater tua, dicat et ecclesiae: ecce filius tuus; tunc enim incipies esse filius ecclesiae, cum in cruce uictorem uideris Christum. nam qui crucem scandalum putat Iudaeus est, ecclesiae filius non est; qui crucem stultitiam putat Graecus est. ille est autem ecclesiae filius qui crucem triumphum putat, si uocem Christi triumphantis agnoscat.

6 ergo ut scias quia
9, 28 Petrus, Iohannes et Iacobus mortem non gustauerunt, gloriam resurrectionis uidere meruerunt; solos enim tres istos post E
haec fere uerba in diebus octo adsumsit et duxit in montem. quid est quod iste dicit: in diebus octo post haec uerba?

2 Matth. 16, 18 3 Marc. 3, 17 8 Ioh. 13, 25; 21, 19 13 Ioh. 19, 27 14 Ioh. 19, 26 16 I Cor. 1, 23 18 Coloss. 2, 15 19 cf. Cassiodor. comm. in psalm. VI (1, 9)

1 pluribus *EγT* 2 *ante* cui *ras. P* iuxta] secundum χ inferni *PL* 3 iacob; *P* iacob *CELT* iohannis (-es *m3*) *P* fili *P* 4 *sqq.* thonitrui *A* 6 aperias et portas *PL* 7 dices *G* 9 te *om. PL*χ (*s. u. m2 E, m. rec. T*) 10 ea *s. u. A* uirtuti *P* (-e *m2*) *L* 13 si (*s. u. m3*) dicat *A* et *om. LX* 15 incipies *A* incipis *cet.* (incipisses *Vm1 E*) 16 iudaeis (u *s.* i) *A* 17 grecus (c *ex* g) *P* caecus *A* 18 est *om. ET* autem *s. u. m2* π triumfum *A* 19 si] qui *L* uocem] crucem *ET et* (uocem *in mg.*) γ triumfantis *A* agnoscit *CGL*, cognoscat γ*ET* 20 petrus et iohannes et iacobus *X* petrus iacobus iohannes χ 21 III *PL* 22 VIII *PFL*π*V* 23 VIII *PLX*

ne forte quia is qui uerba Christi audit et credit resurrectionis
tempore gloriam Christi uidebit? octaua enim die facta est
resurrectio, unde et plerique psalmi in octauam scribuntur. aut
forte ut ostenderet nobis quia dixerat quod is, qui propter dei
uerbum perdiderit animam suam, saluam faciet eam, quoniam F
7 promissa sua in resurrectione restituat. sed Matthaeus et Mar-
cus post dies sex adsumtos hos esse memorarunt. de quo
possemus dicere post sex milia annorum — mille enim anni
in conspectu dei tamquam dies una —, sed plures quam
sex milia conputantur anni et malumus sex dies per sym- 1413 A
bolum intellegere, quod sex diebus mundi opera sunt creata,
ut per tempus opera, per opera mundum intellegamus. et ideo
mundi temporibus inpletis resurrectio futura monstratur aut
quia is qui supra mundum ascenderit et huius saeculi
momenta transcenderit uelut in sublimi locatus futurae resur-
rectionis fructum exspectabit aeternum.
8 Transcendamus igitur opera mundi, ut possimus faciem ad
faciem deum uidere. ascende in montem qui euangelizas B
Sion. si in montem ascendit qui euangelizat Sion, quanto
magis qui Christum euangelizat et Christum in gloriam resur-
gentem? fortasse enim in corpore eum multi uideant; multi
enim secundum carnem cognouimus Christum, nunc
9 autem iam non nouimus. multi cognouimus, quia multi
uidimus — uidimus eum, et non habebat speciem neque
9, 28 decorem —, tres autem soli et tres electi ducuntur ad montem.

3 Ps. 6 et 11 4 Matth. 16, 25 et 27 6 Matth. 17, 1, Marc. 9, 1 8 Ps. 89, 4 12 Gen. 2, 1 18 I Cor. 13, 12, Gen. 32, 30 Esai. 40, 9 22 II Cor. 5, 16 24 Esai. 53, 2

1 et credit *om.* *X* 3 octaua *Xχ* 3 inscribuntur *C* 4 his (h *eras.*) *P* 8 possemus *ACχ* (v *s.* e *m2 E*) possimus *αBX* (i *ex* e *m3 V*) possumus *PL* VI *Lπ* 9 dni *X* 10 *sqq.* VI *Lπ* anni et... symbolum intel *in mg. m3 A* 12 per tempora (*om.* opera per opera) *PBL* 16 expectauit *PBGTX* (-bit *m2 PGπ*) 17 faciem *P* (m *eras.*) *L* facie *cet.* 20 gloria *A* gloriam (m *del.*) *αEV* 21 uiderent *A m3 marg.*, uiderint *γ* uiderunt *ET* 24 uidemus *pr.* *P* (-imus *m2*) *L* 25 III (*bis*) *PL* ad] in *G*

putarem in tribus mystice genus hominum conprehensum, C quia ex tribus filiis Noe genus omne defluxit humanum, nisi electos cernerem. aut fortasse quia soli ex omnibus ad resurrectionis peruenire gratiam qui Christum confessi fuerint merebuntur, quia inpii in iudicium non resurgunt, sed tamquam habito iudicio puniuntur. tres igitur eliguntur qui
9, 30 ascenderent montem, quia et duo eliguntur qui cum domino uiderentur. utrimque sacratus numerus. et hoc fortasse propterea, D quia nemo potest resurrectionis uidere gloriam nisi qui integrum mysterium trinitatis incorrupta fidei sinceritate seruauerit. Petrus ascendit, qui claues regni caelorum accepit, Iohannes, cui committitur mater, Iacobus, qui primus solium
10 sacerdotale conscendit. inde apparent Moyses et Helias, hoc
9, 30 est lex et propheta cum uerbo; neque enim lex potest esse E sine uerbo neque propheta nisi qui de dei filio prophetauit. et illi quidem fili tonitrui corporali gloria Moysen quoque et Helian speculati sunt, sed etiam nos cotidie uidemus Moysen cum dei filio; uidemus enim legem in euangelio, cum legimus: diliges dominum deum tuum, uidemus Helian cum dei uerbo, quando legimus: ecce uirgo in utero accipiet.
11 Unde bene Lucas addidit quia dicebant excessum eius
9, 31 quem conpleturus erat in Hierusalem. docent enim te F

2 Gen. 9, 18 sq. 5 Ps. 1, 5 11 Matth. 16, 19 12 Ioh. 19, 27; cf. Euseb. Hist. eccl. II 1 16 Marc. 3, 17 19 Deut. 6, 5; Matth. 22, 37; Luc. 10, 27 20 Esai. 7, 14

1 mystice *om. PL* hominum *A* 6 III *P* 7 in montem *A* (in *s. u. m3*) π 8 utrimque *A* (m *s. u. m2*) *B et* (im *ex* um) *E* utrumque *PLT et* (a *s.* ũ) γ utraque *G* utrique *αCχ* 9 uidere resurrectionis gloriam χ 11 accipit *P* 12 iohannes quoque cui *PL* <domini> mater *Costerius* iacobus etiam qui *PL* 13 apparet *X* 14 propheta *AαCFVχ et* (-ae *m3*) *O* prophetę π profetia *P* prophetia *BL* enim ... uerbo neque *s. u. m3 A* lex potest *A* (lex *supra scr.*) *Xχ* potest lex *PBL*; lex *om. αC* 15 prophetarit *Eγ* prophetauerit *T* 16 fili *Aγ* filii *cet.* tonitrui (trui *s. u.*) *P* thonitrui *A* 17 heliã (∼ *in ras., fort. ex* N) *P* heliam *cet.* 18 filio dī *PL* 19 diligis *αLX et* (-es *m2*) *PBG* helian *P m1* heliam *P m2 cet.* 20 quando] cum *Cχ* 22 completurus (e *s. u.*) *A*

de excessu eius mysteria. et hodie Moyses docet et hodie Helias loquitur et hodie in maiore gloria Moysen uidere possumus. quis enim non potest, quando et populus Iudaeorum eum uidere potuit, immo uidit? uidit enim in gloria faciem Moysi, sed uelamen accepit, sed in montem non ascendit et ideo errauit. qui solum Moysen uidit, dei uerbum simul uidere 1414 A
12 non potuit. reuelemus igitur nos faciem nostram, ut reuelata facie gloriam dei speculantes in eandem imaginem reformemur. ascendamus in montem, deprecemur dei uerbum, ut in specie et pulchritudine sua appareat nobis et confortetur et prospere procedat et regnet. et haec enim mysteria sunt et referuntur altius; etenim pro tua possibilitate tibi uerbum aut minuitur aut crescit, ac nisi altioris prudentiae B
cacumen ascendas, non tibi apparet sapientia, non tibi apparet mysteriorum cognitio, non tibi apparet quanta sit gloria, quanta sit species in dei uerbo, sed dei uerbum quasi quodam apparet in corpore non habens suam speciem neque decorem et apparet quasi homo in plaga, qui ferre possit infirmitates nostras, apparet tibi quasi quidam sermo natus ex homine litterarum opertus inuolucris, uirtute spiritus non refulgens. sed si, dum hominem consideras, de uirgine credas C
esse generatum et paulatim adspiret fides quod de spiritu dei natus sit, incipis montem ascendere. si in cruce positum triumphantem de morte uideas, non peremtum, si uideas quod terra tremuit, sol refugit, tenebrae offusae sunt oculis perfidorum, monumenta aperta sunt, mortui resurrexerunt, ut esset

4 Exod. 34, 29 7 II Cor. 3, 18 10 Ps. 44, 3 sq. 13 cf. Ioh. 3, 30 16 Esai. 53, 2 sq. 23 Coloss. 2, 15 25 Matth. 27, 51—53, Luc. 23, 44 sqq.

2 helian (s *s.* n) *P* 3 et *s. u. m3 A, om X* 5 monte *PL* 7 reuelatam faciem *P* (m *bis eras.*) *L* 10 speciem *P* (m *exp.*) *L* 11 myteria *A* 12 et] sed *A* (*recte puto*) 14 sapientia non tibi apparet *om. X* 16 sit *extra u. P* 17 apparet *om. P* 18 posset *A* 19 nostras meas *A* 20 uirtutem (m *del.*) *A* 22 adspiret (ad *s. u. m3*) *A* 23 crucem *A* 25 sint *A* 26 surrexerunt γ

indicio quia gentilis populus, qui mortuus erat deo, tamquam
reseratis corporis sui tumulis infuso crucis lumine resurrexit, D
si hoc uideas mysterium, in excelsum ascendisti montem, alte-
ram uerbi gloriam cernis.
13 Uestimenta eius alia deorsum sunt, alia sursum. et fortasse
9, 29 uestimenta uerbi sermones sunt scripturarum et quaedam
intellectus indumenta diuini, quia sicut ipse Petro et Iohanni
et Iacobo in altera specie apparuit et uestitus eius albus
refulsit, ita et oculis tuae mentis iam diuinarum lectionum
sensus albescit. fiunt igitur uerba diuina sicut nix, uestimenta E
uerbi candida nimis, qualia fullo super terram
14 facere non potest. quaeramus hunc fullonem, quaeramus
hanc niuem. legimus ad uillam fullonis ascendisse Esaiam.
quis est iste fullo nisi forte ille qui delicta nostra lauare
consueuit? denique ipse dixit: si fuerint delicta uestra
sicut phoenicium, ut niuem dealbabo. quis est iste
fullo nisi qui indumenta nostri intellectus indumenta uir-
tutum ablutis maculis corporalibus soli solet offerre diuino? F
15 audiui etiam, ut ad redarguendos eos de contrariis suma-
mus exemplum, † duorum prudentium facundiam niui et
apibus conparasse. inueni quoque dixisse Dauid: quam dulcia

7 Matth. 17, 2 11 Marc. 9, 2 13 Esai. 7, 3 15 Esai. 1, 18
20 Hom. Il. III 222 et I 249 21 Ps. 118, 103

1 inditium *EγT* mortuus (u *pr. s. u.*) *A* dn̄o *ET* 2 reseratis (re *s.* a.) *P* su*s timulis (i *s. ras.*, su*s *in ras.*) *P* sui stimulis *BL* 3 mysterium uideas *X* alterum *P* (a *s.* u) *BL* gratiam χ 6 quidam *A* 7 diuinitatis (tatis *exp. m3*) *A* diuina *F* (a *in ras.*) *O* et *om. PLX* 8 refulsit albus *EγT* 10 ferunt *X* (fuerunt *m2 V*) 11 facere super terram *C* 13 ullam *A* quis (i *ex* e) *P* 15 phynicium *A* foenicium *PCL* phoeniceum *B* phoenicum π faenicium *FOV* fenicium αχ 16 ut *s. u. m2 A*, *om. C* niue (m *s. u. m2*) *AC* 17 *post* intellectus *add.* abluit et induit (induet γ *et* e *ex* i *G*, i *s.* e *m2 E*) nos (crucis *add.* χ) *P s. u. m3 X*χ; *excidit uocabulum quo Homerum designauerat Ambrosius (cf. de Noe 4, de Abrah. II 68 de fide III 4* poeta Graecus; *de paen. II 32* primum suorum poetam) 20 exempla *ET* 21 conparatā χ dulcia eloquia tua faucibus meis (*om.* uerba tua) *EγT*

faucibus meis uerba tua, super mel et fauum ori meo!
et infra: lucerna pedibus meis uerbum tuum, domine,
et lux semitis meis. uerbum dei lux est, uerbum dei nix 1415 A
est. super mel quoque et fauum est dei uerbum, quod ore
diuino melle dulcior fluxit oratio, et perspicua niuis ritu mollio-
ribus cadunt uerba sententiis. uere hic solus sermo niuibus
conparandus, qui de caelo missus in terras ieiuna nostrorum
arua pectorum fecundauit. quod non usurpatorie praesumtum.
sed ex lectionis serie deriuatum deus ipse testatur dicens:
exspectetur sicut pluuia eloquium meum et descen-
dant uelut ros uerba mea, sicut imber super gramen B
16 et sicut nix super faenum. utinam, domine Iesu, mens mea
pluuiae tuae umore uiridescat, utinam terram meam niuis
istius candore respergas, ne praepropero calore uernantis cor-
poris arua luxurient, sed potius fotu niuali semina uerbi
caelestis pressa fecundent! nix cum cadit, aues caeli ubi
inhabitent non habent et laetior solito tritici prouentus exuberat.
17 Uidit hanc gratiam Petrus, uiderunt et qui cum illo erant, C
9, 32 et licet somno grauati fuissent. premit enim inconprehensibilis
splendor diuinitatis nostri corporis sensus. nam si solis radium
e regione oculorum contuentium corporea nequit acies susti-
nere, quomodo dei gloriam humanorum ferret corruptela
membrorum? eoque purior et subtilior exhausta concretione

2 Ps. 118, 105   3 Ioh. 8, 1   4 Ps. 18, 11   6 Esai. 55, 10 sq.
10 Deut. 32, 2   16 Marc. 4, 22, Luc. 9, 58

1 *post* meo *in u. ult. folii* 8[u] *libri A erasae sunt litterae 7, ut uidetur uerba* et infra *in folii* 9[r] *initio scripta*  3 meis *om. ET*  dne *AαEγT*, *om. cet.*  5 perspecua (i *s.* e *alt.*) *A* perspicuę *G* perspicue *EγT*  6 sermonibus (*om.* niuibus) *P*  7 de *A* (*s. u. m2*) *C* (*s. u. m2*) *αχ* e *PO et* (e *s. u.*) *FV* a *L om. Bπ*  terrã *γ* terra *αBT et* (s *add. m2*) *E*  9 diriuatum *APLTX et* (i *pr. ex* e) *B*  12 et *om. χ*  13 ueridescat *A*  14 praepropero (o *alt. ex* e) *π* praepropere *γ* propere *ET*  15 niuauilidis *A*  17 inhabitent (in *s. u. m3*) *A* habitent *C*  ñ habent *s. u. P*  exuberent (a *s.* en *m2*) *A*  18 erant et *P* (et *del. m2*)  19 premet *A*  21 corporea contuentium *ET et siglis* ⁄.⁄. *s. add. G*  nequiuit (t *s.* uit *m2*) *A*  23 ideoque *χ*  prior *αPC* (*in Pπ* u *s. u. m2*) *LX*  *post* subtilior *add.* corporis (corporum *EγT*) resurrectio *χ*, *qui om. deinde uerba* uitiorum . . . resurrectione  exaustra (r *in ras. m2*) *A*  concretio *X* (*in V π corr. m2*)

uitiorum corporis habitus in resurrectione formatur. et fortasse
ideó grauati somno erant, ut resurrectionis uiderent speciem
post quietem. itaque euigilantes uiderunt maiestatem eius; D
nemo enim nisi uigilans gloriam uidet Christi. delectatus est
Petrus, et quem saeculi huius inlecebrosa non caperent, gratia
18 resurrectionis inlexit. bonum est inquit nos hic esse —
9, 33 hinc et ille: dissolui enim et cum Christo esse multo
melius — nec laudasse contentus non solum adfectu sed
etiam factorum deuotione praestantior ad exaedificanda taber-
nacula tria inpiger operarius conmunis obsequii ministerium
pollicetur. et quamuis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur E
officium, quo non inconsulta petulantia, sed praematura deuotio
fructus pietatis adcumulat. nam quod ignorabat condicionis
fuit, quod promittebat deuotionis. sed non capit humana con-
dicio in hoc corruptibili, in hoc mortali corpore facere
tabernaculum deo. siue in animo siue in corpore siue alio
aliquo loco fuge quaerere quod non licet scire. si Petrus ne-
sciuit, quemadmodum tu potes scire? si nesciuit ille qui pro- F
misit et qui corporis terminos magnitudine animi nesciebat,
quemadmodum scire nos possumus desidia quadam mentis intra
praesaeptum carnis inclusi? denique placuit tanta deuotio deo.
19 Et inter haec uerba facta est nubes et obumbrauit
9, 43 eos. diuini spiritus est obumbratio ista, quae non caligat
affectibus hominum, sed reuelat occulta. quae etiam alio con-
perta est loco dicente angelo: et uirtus altissimi obum- 1416 A

4 Luc. 12, 37 7 Philipp. 1, 23 26 Luc. 1, 35

2 speciem uiderent *A* 3 uigilantes *PBLCX* 4 uidit gloriam dī et xpi *A* uidit *ET* xpi uidit π 7 ille] scs paulus ait *PL* 8 adfectus *αFLOπ et* (s *exp.*) *PV* 9 exaedificanda (ex *eras.*) *PE* aedificanda *α* 12 in quo *A* (in *s. u. m3*) χ cui *C* qui *L* quia (a *s. u*) π non] non dī *A* 15 alio aliquo *A* (in *s.* alio *m3*) *CGγX*, aliquo in alio *α*, aliquo alio *PαBLE* (in *post* alio *m2*) *T* 17 nesciuit (ui *s. u.*) *P* 19 magnitudinem *FO et* (em) *AV* 20 quem *X* 21 praeseptum (o *s.* ae *m3*) *A* proseptum *cet.* placuit (i *s. u.*) *A* 22 nubs *A* nubis *BF* nubes *O* (e *ex* i) *cet.* umbrauit γ 24 affectibus (us *s.* ibus *m3*) *P* quae (e *s. u.*) *A* operta (o *in ras. litt.* com) *A* loco comperta est πχ loco comperta est loco *V* 25 euangelio *A* obumbrabit *EγπT* obumbrauit *cet.*

brabit tibi. cuius profectus ostenditur audita dei uoce dicentis:
20 hic est filius meus dilectus, ipsum audite, hoc est:
9, 35 non Helias filius, non Moyses filius, sed hic est filius, quem
solum uidetis; recesserant enim illi, ubi coepit dominus desi-
gnari. uides hanc non solum incipientium, sed etiam perfec- B
torum, immo etiam caelestium fidem esse perfectam filium
dei scire. sed quoniam haec iam supra diximus, cognosce
nubem istam non fumigantium esse montium nebuloso umore
concretam et coacti aeris caliginem piceam, quae caelum
tenebrarum horrore subtexat, sed lucidam nubem, quae nos
non pluuialibus aquis et umentis adluuione imbris inmadidet,
sed de qua mentes hominum uoce dei omnipotentis emissa
21 fide ros rigauit. et dum fit uox, inuentus est Iesus C
9, 36 solus. itaque cum tres essent, unus est factus. tres in principio
uidentur, unus in fine; perfecta enim fide unum sunt. denique
hoc etiam dominus patrem orat, ut omnes unum simus. nec
solum Moyses et Helias in Christo unum sunt, sed etiam
nos unum corpus Christi sumus. ergo et illi tamquam
recipiuntur in Christi corpus, quia et nos unum erimus in
Christo Iesu, aut fortasse quia lex et prophetae ex uerbo, E
quae autem ex uerbo coeperunt in uerbo desinunt; finis enim
legis est Christus ad iustitiam omni credenti.
22 Uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos, ubi
9, 58 requiescant; nam filius hominis non habet ubi caput
suum reclinet. non uidetur conuenire rationi, ut simplicem

7 Exod. 19, 16 16 Ioh. 17, 22 17 Rom. 12, 5 21 Rom. 10, 4

1 dni *αET* dicentes *P* (-is *corr.*) *α* 2 filius (li *in ras.*) *A* 5 perfectam (c *s. u.*) *P* 11 et humentis (umentis *OV*) *αGX* tumentis *PBL* continuis (*s. m2* et umentis) *A* seu menti *C* et cum uentis *E* (cum uentis *exp. et s. m2* humescentis) *γT* 13 fidei *A* (i *s. u.*) *cet.* cum *BL* fit (*ex* fuit) *P* 14 dum *EγT* III *PL* 15 finem *PL* perfectae *αC* perfecti (i *ex* a) *V* enim fide *Aχ* enim fidei *αC* enim *cet.* unum sunt in xpo *γ* 17 solus *Aα* 18 sumus xpi *Eγ* sumus in xpo *T* tamquam unum (unum *s. u. m3*) *A* tamquam in uno corpore *χ* 20 profeta *P* propheta *L* 23 foueas (a *s. u.*) *A* et aues caeli *χ* ratio *F* (*corr. m2*) *ŎV*

fidelemque istum arbitremur qui domini dignatione respuitur,
cum indefessi famulatus obsequium spopondisset, sed dominus E
non obsequiorum speciem, sed puritatem quaerit adfectus.
9, 10 denique supra ait: quicumque receperit puerum istum
23 in nomine meo. quo loco dominus simplicitatem sine adro-
9, 48 gantia docet, caritatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia
esse debere; nam et pueri mens prouectioris adfectu recipi-
enda suadetur, quia, dum puer nihil sibi uindicat, formam
uirtutis exsequitur et, si rationem nescit, culpam ignorat. F
tamen quia plerisque non uirtus, sed infirmitas uidetur sine
ratione simplicitas, ut tu ueram recipias admoneris, id est ut
24 exsequaris industria munus naturae. et ideo ait: quicumque
receperit puerum istum in nomine meo me recipit. et
qui me recipit recipit eum qui me misit. qui enim
imitatorem Christi recipit Christum recipit et qui imaginem 1417 A
dei receperit, recipit deum. sed quia imaginem dei non pote-
ramus uidere, facta est ad nos per incarnationem uerbi prae-
sentia, ut conciliaretur nobis quae supra nos est diuinitas.
25 quod autem propensius studio caritatis Iohannes plurimum
diligens et ideo redamatus plurimum excludendum putat a
beneficio eum qui non utatur obsequio, recte non reprehenditur,
sed docetur; non reprehenditur, quia amore faciebat, docetur, B
ut nouerit infirmorum esse firmorumque distantiam. et ideo
dominus etsi fortiores remuneratur, tamen non excludit infirmos.
26 Sinite eos et nolite prohibere; qui enim non est
9, 50 aduersum uos pro uobis est. bene, domine; nam et Ioseph

20 Ioh. 21, 20 26 Ioh. 19, 38 sq.

2 indefessi (in *s. u. m3*) *A* indefensi *PBL* 4 denique] ideoque *A* 6 docet (*s. u. m3*) *A* 7 debere esse χ, *om. X* recipienda (c *s. u.*) *A* 8 quia (a *s. u.*) *P* dum] ad dn̄m (*exp. et s. m3* dum) *A* 11 uera *PBGL* suscipias *EγT* 12 sequaris *αLV m1* industriam *P* (m *exp.*) *AγLT* munus] unius *EγT* 13 et qui me recipit *s. u. m3 A* 14 me recepit recepit *P* 16 deum recipit *X* 17 incarnationem (in *s. u. m3*) *A* 18 reconciliaretur (re *pr. s. u. m3*) *AαPLX* diuinitas est *ET* 19 iohannis (-es *m3*) *P* 20 ideo (o *s. u.*) *A* a *s. u. m2 A*, *om. CX* 21 putatur *A* 22 *ante* docetur *add.* sed *αCχ* 24 remuneratur (ur *eras.*) γ remunerat *CX* exaudit *PL*

et Nicodemus occulti discipuli propter metum in tempore
tamen suum tibi officium non negarunt. sed tamen quia alibi C
dixisti: qui non est mecum aduersum me est et qui
mecum non colligit dispergit, aperi nobis, ne uideatur
esse contrarium. et puto quia si quis mentium consideret
scrutatorem, dubitare non debeat uniuscuiusque factum mente
9, 58 discerni. denique alii dicit: sequere me, alii: uulpes foueas
habent. ille cogitur, iste remouetur, ut scias quia deuotus
27 admittitur, indeuotus excluditur. quod uero discipulos incre-
9, 54 sq. pauit quia ignem supra eos descendere gestiebant qui non D
receperant Christum, ostenditur nobis non semper in eos
qui peccauerint uindicandum. quia nonnumquam amplius pro-
dest clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionem.
9, 52 denique Samaritani citius crediderunt, a quibus hoc loco ignis
arcetur. simul disce quia recipi noluit ab his quos sciebat
non simplici mente conuersos; nam si uoluisset, ex indeuotis
deuotos fecisset. cur autem non receperint eum, euangelista
9, 51 ipse memorauit dicens: quia facies eius erat euntis in
Hierusalem. discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant,
sed deus quos dignatur uocat et quem uult religiosum facit.
nec discipuli peccant qui legem sequuntur; sciebant enim et

3 Luc. 11, 23 7 Matth. 8, 22 14 Act. 8, 14 (Ioh. 4, 39) 15 Augustinus de dono perseu. 19, 49 (*simul disce . . . 20 facit*) 17 Aug. de gratia Christi 46, 51 (*cur autem . . . 20 facit*) 20 Aug. contra sec. Iul. resp. I 135, 138 II 85 (*deus . . . facit*), II Thess. 1, 11

4 colligit (gi *s. u.*) *P* uideantur *P* (n *exp.*) *L* 7 discerni* (t *eras.*) *A* deneque *A* alii *B* (*post* i *alt. est ras.*) alio *PL* alibi *E* (b *eras.*) *T et* (b *s. u.*, *eras.*) *V* alio *PL* 9 increpuit *P* (*s.* ui *est ras.*) γ*L* 10 supra *A*αγ super *cet.* 12 peccauerint (c *alt. s. u.*) *A* prodesse *X* 13 penitentiam *X* quam lapso *Gratianus* 14 sammaritani *AP* 15 ab his quos sciebat *A* (*s. u m3*) α*BC*, *om. cet. Augustinus de dono perseu. 19, 49* 16 non *om. X* conuersum *X* ex (*s. u.*) indeuotis (i *alt. ex* o) deuotis (o *s.* i) *A* 18 monstrauit *FOV* demonstrauit (ui *s. u. m2*) π in *om. X* 20 dñs γ 21 secuntur *BC*γ enim *om. PL*

Phinees reputatum ad iustitiam quia sacrilegos interemerat, et ad
preces Heliae ignem descendisse de caelo, ut prophetae uindi-
caretur iniuria. sed uindicetur qui timet, uindictam non quaerit
qui non timet. simul ostenditur nobis in apostolis fuisse
merita prophetarum, quando eandem sibi potestatem, quam F
propheta magnus emeruit, inpetrandi iure praesumunt. et bene
praesumunt quia ad sermonem suum ignis de caelo descenderit,
28 quoniam sunt filii tonitrui. dominus autem mire omnia. nec
9, 61 illum temere se offerentem recipit nec in hos indeuote dominum
refutantes proprium conmouetur, ut ostenderet quia non habet
ultionis studium perfecta uirtus nec ulla sit iracundia, ubi pleni-
tudo est caritatis nec excludenda infirmitas, sed iuuanda. procul 1418 A
a religiosis indignatio, procul a magnanimis cupiditas ultionis,
procul etiam a prudentibus inconsiderata coniunctio et incauta
simplicitas. unde et isti dicitur: uulpes foueas habent nec
obsequium eius admittitur cuius non probatur officium. circum-
spectum etenim fidei esse debet hospitium, ne dum infidelibus
nostrae domus interna reseramus, in alienae perfidiae casses
inprouida credulitate labamur.

29 Sed ne illud inprouide praeterisse uideamur, cur hic eos B
9, 49 qui possunt per manus inpositionem inmundis imperare spiritibus
in nomine Iesu neget esse prohibendos, secundum Matthaeum
autem dicat his: non noui uos. discedite a me omnes

1 Num. 25, 7 sqq., Ps. 105, 30 sq. 2 Reg. III 18, 38 8 Marc. 3, 17 21 Marc. 6, 7, Act. 5, 16 23 Matth. 7, 23

1 finees *PγL et* (e *alt. ex* ȩ) *E* fineęs *T* fineąes (s *in ras. m3*) *A* phyneae *C* fineę *G* finee *B* fine *α* finees ęt *π* finee (e *alt. in ras. 2 litt.*, es *ut uidetur eras.*) et (*eras.*) *V* finem et *FO* 2 uindicaretur (ur *eras.*) *P* 3 iniurias *PL* sed] et *PL* et simul *EγT* 6 meruit *C* 7 sermones suos *A m3* descenderit 8 filii (i *tert. s. u. m2*) *P* thonitrui *A* 9 ullum *X* temere se (se *exp. m3*) *A* se temere *PL* recipit *AXχ* recepit *cet.* 14 incaute *P* (a *s.* e) *L* 16 eius *om. ET* 17 etenim (et *s. u. m3*) *A* debet esse *αGX* debet esse debet (*alt.* debet *eras.*) *C* 18 interna] penetralia *PL* aliaenae *A* (a *alt. s. u.*) *P* cassis *LX* 19 crudelitate *AαX* (*corr. m2 πV*) 20 nec *A* (c *exp.*) *PL* qur *A* 22 in] si in *A* (si *s. u. m2*) *αXχ* faciat (*s. u. m3*) neget *A* faciant neget (negat *GT*) *χ*

operarii iniquitatis, aduertere debemus non esse distantiam sensus sententiarumque discordiam, sed illud censeri eo quod non solum officia in clerico, sed etiam uirtutis opera requirantur tantumque esse Christi nomen, ut etiam parum sanctis opituletur ad praesidium, etsi non opituletur ad gra- C
tiam. unde nemo iactare se debet nec purgati hominis sibi gratiam uindicare, in quo aeterni nominis uirtus, non aliqua possibilitas humanae fragilitatis operata sit; non enim merito
30 tuo diabolus, sed odio sui uincitur. quod potest homo, sinceram exhibeat fidem et obseruantiam mandatorum religiosa mente custodiat, ne dicatur ei: uulpes foueas habent. fallax quippe animal et insidiis semper intentum rapinam D
fraudis exercet. nihil tutum, nihil otiosum, nihil patitur esse securum, quod inter ipsa hospitia hominum praedam requirat.
31 haereticis autem uulpes conparat. denique cum gentes uocet, haereticos excludit; uulpes enim plenum fraudis est animal foueam parans et in fouea semper latere desiderans. ita sunt haeretici, qui domum sibi parare non norunt, sed circumscriptionibus suis alios decipere conantur. Iacob domum habitat, E
haereticus in fouea est, ut fraudulenta uulpis gallinae illi euangelicae dolum semper intendens, de qua scriptum est: quotiens uolui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, et noluisti? ecce relinquetur domus uestra deserta. merito ergo foueas habent, quia domum quam habu-

19 Luc. 1, 32 22 Matth. 23, 37 sq.

2 esse discordiam *X* 3 officia *AαEγT et* (-ii *corr.*) *V* officia *cet.* in clerico *Aχ* in clericis *PBL* in clericos *αC* clerico *X* (o *in ras. V*) 4 requirantur (requi *in ras. m3*) *O* quaerantur *FπV* 5 non (*s. u. m2*) parum *P* 6 iactare nemo *X* debet se iactare *ET* 7 in quo] quod *X* 8 operata (ta *s. u.*) *A* 9 sui] suo *A* (*m2* sui) *X et* (o *ex* i *m2*) *E* sincerem *A* 12 in insidiis *Aα* 16 uulpis *PαGL et* (-es *m2*) *OπV* est fraudis *γ* 17 in fouea (a *ex* ā) *P* in foueam *AαGLX* (m *del.* π*V*) 18 circumuentionibus *χ* 19 in domum *α*, enim *C* 20 foueam *X* (m *del. OV, eras.* π) fraude *C* uulpis *APαEGπT et* (-es *m2*) *OV* 21 qua (*s. u. m2*) *P*, *om. L* 23 noluisti (i *alt. in ras.*) *A* *post* relinquetur *add.* uobis *χ*, tibi *OV* 24 foueam *PBL* quam habuerunt *A*

erant perdiderunt. hoc animal neque mansuescit umquam, unde
et apostolus ait: haereticum post unam correptionem
deuita, neque ulli usui est aut cibo utile; non enim de hoc F
dicit Christus: meus cibus est, ut faciam uoluntatem
patris mei, qui in caelo est. quin etiam has a fructibus
suis relegat dicens: capite nobis uulpes pusillas exterminantes uineas, hoc est quae minorem uineam, non maiorem
exterminent. et ideo Samson ad caudas earum faces ligauit et
dimisit in messes alienigenarum, eo quod haeretici fructus
incendere conentur alienos latratibus magis sonori quam
uocibus expoliti — qui enim uerbum negat nec uocem habet
— ad praesens ore libero, sed in futurum fine iam uincto 1419 A
32 caudae facibus significantes sui finis incendium. uolucres quoque caeli, quae frequenter ad nequitiae spiritalis similitudinem
deriuantur, ueluti nidos quosdam struunt in pectoribus inpro-
9, 58 borum, et ideo filius hominis, quia abundauit iniquitas, non
habet ubi caput suum reclinet. etenim dominante uersutia
cum simplicitati locus nullus sit, nulla potest in affectibus
singulorum diuinitatis esse possessio. caput enim Christi B
deus est, qui ubi mentem probarit innoxiam, supra ipsam
quodammodo uim suae maiestatis reclinat, quod esse uidetur
indicio quia profusior quaedam gratia bonorum pectoribus
inseratur.

2 Tit. 3, 10 4 Ioh. 4, 34 6 Cant. 2, 15 8 Iudd. 15, 4 14 Ephes. 6, 12 16 Matth. 24, 12; 8, 20 19 I Cor. 11, 3

2 hereticum post (m *et* p *in ras.*) *P* 3 illi *L et* (u *s.* i *pr.*) *AP* illius *G* ullius *E* (us *eras.*) $\gamma T$ usus $\gamma$ de hoc *om.* *FOV* (solum *s. u. m2 V*) 4 dixit $\chi$ 5 caelis $X\chi$ has] eas $\chi$ 6 relegat $A\alpha C\chi$ religat *cet.* 7 hoc est] capite nobis *A* quae] quod $\chi$ (quae *m2 E*) 8 samson (n *s. u. m2*) *A* sampson $F\chi$ (p *s. u. G*) binas (*s. u. m2*) faces *A* 10 alienos conentur $\gamma$ latrantibus *A* (n *s. u. m2*) $\alpha$ *et* (n *eras.*) $O\pi$ 11 expoliati *X* (a *eras.* $\pi V$) excitati $\alpha E\gamma T$ 12 uincti $\chi$ uicto *BX* 15 deriuantur $CEG\gamma$ diriuantur *cet.* uelut *P* struunt *AC* instruunt *cet.* in *s. u. P* 20 quia $E\gamma T$ 22 profusior *PBL* profusiore *cet.* quaedam $APB\gamma L$ quadam $\alpha CG\pi T$ quodam (quedam *m2*) *E* quosdam *V* (*m2* quorundam) *FO*

33 Itaque ut aduertas deum non cultus aspernantem esse, sed
fraudis, qui repudiauerat fraudulentum eligit innocentem dicens:
9, 59 sequere me. sed hoc dicit ei cuius patrem iam sciebat
mortuum, illum utique patrem, de quo dictum est illi: obli-
uiscere domum patris tui. uide igitur quia dominus quos C
miseratur etiam inprudentes aduocat et postulanti paternae
34 ueniam sepulturae respondit: sine mortui sepeliant mor-
9, 60 tuos suos, tu autem uade adnuntia regnum dei. itaque
cum religiosum humandi acceperimus officium, quemadmodum
hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur nisi ut intel-
legas humana posthabenda diuinis? bonum studium, sed maius D
inpedimentum; nam qui partitur studium deriuat affectum,
qui diuidit curam differt profectum. ergo prius obeunda quae
maxima; nam et apostoli, ne occuparent studium disputandi,
35 ministros pauperibus ordinarunt et ipsis, cum a domino
mitterentur, neminem in uia salutare praescriptum est, non
quo beniuolentiae displiceret officium, sed quo persequendae
10, 4 deuotionis intentio plus placeret. quomodo autem mortui sepelire E
mortuos possunt nisi geminam hic intellegas mortem, unam
naturae, alteram culpae? est etiam mors tertia, in qua peccato
morimur, deo uiuimus sicut Christus, qui peccato mortuus
est; quod enim mortuus est peccato mortuus est semel,
quod autem uiuit uiuit deo.

4 Ps. 44, 11 6 Rom. 9, 18 et 24 8 Tob. 2, 3 sqq. 14 Act. 6, 2 sqq. 22 Rom. 6, 10

2 quia *P* (a *eras.*) *X* repudiauerit *AGγX* fraudilentum *P* eligit *ABGγT et* (*ras. s.* i) *P* elegit *E* (e *alt. ex* i *m2*) *cet.* 8 adnuntiare *P* (re *exp.*) *L* 13 qui] et (*s. u. m3*) qui *P* diuidet *P* (-it *m3*) *ABG* prius sunt *PL* 14 maxima sunt χ dispensandi *Costerius* 15 ipsi *aBCX* 16 uiam *A* perscribtum *A* 17 quod *PL* quo *a* (*s. m3* quod) quod *PL* 19 nisi geminam hic (hic *om. FOV*) intellegas (intellegamus π) mortem] nisi cum ab infidelibus humatur cadauer, cuius ita cor (corpus *Pm2*) animam perdidit, ut illorum animae deum, siue quia duplex hic intellegenda est mors *PL* unam naturae, alteram culpae] una naturalis altera culpae *PL* 20 tertia mors *P* 21 deo] et deo *PL* 22 enim] autem *PBEγLT* mortuum (*pr.*) *FOV*

36 Una est igitur mors, qua copula corporis et animae sepa- F
ratur, non formidabilis, non timenda, cum discessio quaedam
nostri uideatur esse, non poena, non metuenda fortibus,
desideranda sapientibus, miseris expetenda, de qua dictum est:
37 *quaerent homines mortem et non inuenient eam.* est
et alia, quae saecularium adferat interitum uoluptatum, in qua
non natura, sed delicta moriuntur. hanc mortem subimus
consepulti in baptismo et mortui cum Christo ab elementis 1420 A
huius mundi, cum actus patimur prioris obliuia. hanc mortem
mori uoluit, cum prophetaret, Balaam, ut deo uiueret, et ideo
dixit: *moriatur anima mea in animis iustorum et fiat*
38 *semen meum ut semen eorum.* est et tertia mors, quando
Christus, qui est uita nostra, nescitur; scire autem Christum
uita est sempiterna, quae nunc iustis praesto est in umbra,
in futurum autem erit faciem ad faciem; *spiritus enim ante*
*faciem nostram Christus dominus,* de quo dixit: *in* B
*umbra eius uiuemus in gentibus.* in umbra alarum eius
sperauit Dauid, in umbra eius concupiuit et sedit ecclesia.
39 si tantum, domine Iesu, confert umbra tua, quantum utique
ueritas adferet? quemadmodum uiuemus, quando iam non
erimus in umbra, sed in ipsa uita? nunc enim *uita nostra*
*abscondita est cum Christo in deo; cum autem Christus apparuerit, uita nostra, tunc et nos* inquit *cum*
*eo apparebimus in gloria.* dulcis illa uita est, quae non

5 Apoc. 9, 6 8 Rom. 6. 4, Coloss. 2, 12 11 Num. 23, 10 12 Coloss. 3, 3 13 Ioh. 17, 3 14 Coloss. 2, 17, I Cor. 13, 12 15 I Cor. 13, 12, Thren. 4, 20 16 Thren. 4, 20 17 Ps. 56, 2 18 Cant. 2, 3 21 Coloss. 3, 3 sq. 24 Apoc. 21, 4

2 formidabi*lis (s *eras.*) *P* 4 desideranda (*in mg. m3* al. et desiderauilis) *A*, et desideranda *α* expetenda (peten *in ras. m2*) *G* expectanda *P* (expetenda *m3*) *Lπ* 5 inueniant *ET* eam (a *ex* u *m2*) *P* 6 uoluntatum (p *s.* n *m2*) *A* in *om.* *PL* 8 baptismate *PL* 9 patimur pristinos obliuisci *C* 10 mori *om.* *PL* 11 in animis] morte *C* 15 faciem *P* (m *exp.*) facie *cet.* 16 quo dx *ex* quod *m2* *A* 17 uiuemus *AαCLχ* uiuimus *cet.* 20 adfert *χ* 21 enim] autem *χ* 22 dn̄o *ET*

habet mortem; haec enim uita corporis habet mortem sorte
naturae, quae plerumque etiam desideratur. habet etiam ipsa
anima plerumque mortem labe peccati — anima enim quae
peccat ipsa morietur — cum autem firmitate beatitudinis
roborata coeperit obnoxia non esse peccato, iam non erit mor-
talis, sed uitam carpet aeternam.
40 Ad hanc uitam, fratres, festinemus, maesti in saeculo, quia
peregrinamur a domino; qui enim non peregrinatur a D
corpore peregrinatur a domino. multo autem melius dissolui
a corpore et adhaerere deo, ut et nos unum simus aput
omnipotentem deum et unigenitum dei filium uideamus per
resurrectionis gloriam in naturae claritatem adsumti et in-
uiolabili concordia animorum foedere sempiterno unitatem
diuturnae pacis imitati, ut conpleatur id quod de nobis dei
filius patri orando promisit. ut et ipsi unum sint, sicut et
41 nos unum sumus. non ergo patrii funeris sepultura prohi- E
betur, sed necessitudini generis diuinae religionis pietas
antefertur; illud consortibus relinquitur, hoc mandatur electis.
aut quia sepulchrum patens guttur est inpiorum,
memoria eorum abolenda praescribitur quorum simul cum cor-
pore meritum occidit, nec reuocatur ab officio patris filius,
42 sed fidelis a perfidi communione secernitur. est enim propria
quaedam sepultura iustorum, qualis illa de qua dictum est:

2 Apoc. 9, 6   3 Ezech. 18, 4   8 II Cor. 5, 6   9 Philipp. 1, 23   10 I Cor. 6, 17   Ioh. 17, 21   11 Ioh. 1, 14   15 Ioh. 17, 21   16 Luc. 9, 60   19 Ps. 5, 10   20 Ps. 9, 7

1 enim] autem *L*   sorte] praeuaricatione *PL*   6 carpet *A*, carpit *X*   9 a deo *A*   autem] enim χ   11 *uerba* per ... assumti *exp. m3 et in mg. adscr.* al in claritate nature celestis adsumti *A*   12 *post* claritatem *add.* in naturae caelestis *α*, caelestis *G*γ *et* (*om.* claritatem) *ET*   13 inuiolabilis concordiae *PBL*   animorumque *A* (que *s. u. m3*) χ   14 diurnae *α*, diuinae *L*   16 patrii *P* (-ris *m3*) γ (i *alt. s. u. m2*) pati *L* pat̄ π patri *α* (i *in ras.*) *cet.* paterni *Erasmus*   funeri *PL*   17 nec (sed *m3*) *P*   necessitudine *P* (i *s.* e *tert. m2*) *L* necessitudini (i *ult. ex* ē) *G* necessitudinis *X* (s *ult. del.* π*V*)   diuina *FOV*   18 relinquetur *FOV*   20 perscribitur *A*χ   21 reuocatur (u *pr. s. u.*) *P*   22 quaedam propriae *P* (e *eras.*) *L*

haec enim mittens hoc unguentum in corpus meum F
ad sepeliendum me fecit, et ideo qui bona fide in se
sepelit Christum, ut cum eo resurgat, diaboli perfidiam in se
43 sepelire non debet. est et illa prophetica, ut supra sepulchra
maiorum quaedam ponamus, quae lector agnoscis, infidelis
intellegere non debet, non quo cibus imperetur aut potus,
sed sacrae oblationis ueneranda communio reueletur. non ergo
interdictum est muneris, sed religionis mysterium conmunionem 1421 A
nobis cum gentilibus mortuis non futuram; nam cum sacra-
menta uiuorum sint, non uidentur mortui qui habent uitam.
44 ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. ad LXX
10, 3 discipulos dicit hoc, quos designauit et misit binos ante
faciem suam. qua ratione binos misit? quia bina missa sunt
animalia in arcam, hoc est cum mare femina, inmunda per B
numerum, sed mundata ecclesiae sacramento. quod conpletum
est oraculo, quod Petrus sanctus accepit dicente sibi sancto
spiritu: quod deus mundauit tu conmune ne dixeris. et
aduertit dictum esse de gentibus, qui corporeae magis genera-
tionis successionem quam spiritalis gratiae sequebantur. hos
45 mundauit dominus et passionis suae fecit heredes. mittens
ergo discipulos in messem suam, quae licet uerbo dei insita
tamen culturae laborem et sollicitum munus operari requi- C
rebat, ne aues caeli sparsa semina dissiparent, ait: ecce ego
46 mitto uos sicut agnos inter lupos. contraria sunt ista
sibi animalia, ut alia ab aliis deuorentur. sed bonus pastor
lupos gregi suo timere non nouit, ideoque isti discipuli non

1 Matth. 26, 12 2 Rom. 6, 5 6 Tob. 4, 17 13 Gen. 7, 2 14 Philo Quod deus immut. 18 (I 285, 11 *M.*) 17 Act. 10, 15 23 Luc. 8, 5 25 Ioh. 10, 12 sq.

1 mittens enim haec *PBL* 4 sepulturam malorum *χ* 6 quod *PL* inpetretur *PBL* 9 gentibus *αBX* incramenta (sa *s.* in *m3*) *A* 12 hoc] hos *PαBCLX* 13 qua] et qua *PBL* 15 mundae (ta *s.* e *m2*) *A* 16 scs petrus *χ* sibi spu sco *Xγ* sco spu sibi *PL* 17 ne (*eras.*) conmune ne *P*, ne commune *BCγ* 21 quia (quae *m2*) *A* 22 munis (v *s.* i *m3*) *P* operari *O et* (-rii *m2*) *AF* operarii *cet.* 23 ne (*m2* nec) *A* asparsa *G* aspersa *EγT* 24 ista] ea *P*

in praedam, sed ad gratiam diriguntur; sollicitudo enim pastoris boni efficit, ut lupi in agnos audere nihil possint. mittit ergo agnos inter lupos, ut conpleretur illud: tunc lupi et agni simul pascentur. D

47 Et quoniam proxime de uulpe nobis non ingratus tractatus
euasit, si iudicium uestrum fidele in figura minusculi animantis expertus sum, praesumo quod profunda mysteria, quae luporum specie uelantur, studiorum uestrorum possim aperire suffragio. in specie uulpium haereticos significari supra expressimus, qui promittunt nomine quod Christum sequantur, sed studio fraudis abiurant. hos non suscipit dominus, sed a suo E
nido arcet et prohibet. lupi quid significare uideantur debemus
48 aduertere. bestiae nempe sunt quae insidiantur ouilibus, circa
pastorales uersantur casas, habitacula domorum intrare non audent, somnum canum, absentiam aut desidiam pastoris explorant, ouium guttur inuadunt, ut cito strangulent. feri et rapaces idemque natura corporis rigidiores, ut se facile non possint inflectere, inpetu quodam suo feruntur et ideo saepe F
luduntur. tum praeterea si quem priores hominem uiderint, uocem eius quadam naturae ui feruntur eripere: si autem homo prius eos uiderit, exagitare memoratur. et ideo cauendum mihi est ne, si in hodierno tractatu spiritalium mysteriorum gratia non potuerit refulgere, lupi me prius uidisse credantur
49 et sollemne uocis extorsisse suffragium. nonne lupis istis
haeretici conparandi sunt, qui insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quam diurno? 1422 A
semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scaeuae nebulis

3 Esai. 65, 25 5 cf. sect. 30 17 cf. Plin. N. H. XI, 177 19 cf. Plin. N. H. VIII 80 26 Verg. Aen. 9, 60

2 nil *PγL* 6 fidele (-li *m3*) *P* in *om. PBL* 8 possem *A* 9 significare *A* supra significari *ET* 10 sequuntur *Eγ* secuntur *T* 16 feri et *A* feri ac *EγT* fer̄ *G* 18 possit *PL* flectere *FOVEGT* 19 eluduntur χ tum *A* (c *s.* t *m3*) tunc *PαBL* dum χ (*in E corr. m2*) hominem (e *in ras.*) *A*, (e *ex* u) *E* hominum *T* 21 exagitari *γL et* (ri *ex* re *m2*) *πV* exagitare *B* (e *att. ex* i) memorantur *γL et* (n *s. u.*) *PFV, om.* π 22 tractatu (u *ex* u̇ *uel* ū) *P*

interpretationis obducere et quantum in ipsis est fuscare
conantur. uersantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi
intrare non audent et ideo non sanantur, quia in stabulum
suum non uult eos Christus inducere, in quo curatus est ille
qui de Hierusalem descendens incidit in latrones. quem uulne-
ribus adligatis, infuso oleo et uino inponens in iumentum
suum Samaritanus ille duxit in stabulum et sanandum stabu- B
lario dereliquit. non accipiunt ergo medicinam qui medicum
50 non requirunt; si enim requirerent, non derogarent. explorant
pastoris absentiam et ideo pastores ecclesiarum uel necare
uel in exilium agere contendunt, quia praesentibus pastoribus
oues Christi incursare non possunt. spoliare ergo gregem
domini raptores conantur, qui corporea quadam mentis inten-
tione duri ac rigidi nequaquam solent a suo errore deflectere. C
et ideo apostolus ait: haereticum hominem post unam
correptionem deuita sciens quia subuersus est qui eius-
modi est. hos scripturae uerus interpres Christus inludit, ut
inanes suos in uanum effundant inpetus et nocere non possint.
51 qui si quem uersuta disputationis suae circumscriptione prae-
uenerint, faciunt ommutescere; mutus est enim qui uerbum
dei non eadem qua est gloria confitetur. caue ergo ne tibi D
uocem tollat haereticus, si prior eum non ipse deprehenderis.
serpit enim, dum latet eius perfidia; si autem conmenta inpie-
tatis eius agnoueris, iacturam piae uocis timere non poteris.
caue igitur uersutae disputationis uenena; animam petunt,
guttur inuadunt, uitalibus † adfigunt. graues sunt morsus

5 Luc. 10, 30 sqq. 15 Tit. 3, 10

1 obfuscare *C* 4 introducere *C* 7 sammaritanus *AP* 10 negare *A* (c *s.* g *m2*) *PBX* (c *s.* g, *eras. V*) 12 expoliare *PB* 13 raptores] et diripere χ 14 duri ac] duritie *P* (et *m3 s.* tie) duritiae *L* duri *X* ac *om. X* (*s. u. m2 V*) 16 huiusmodi *PBL* 17 xpi *ETX* 20 ommutescere (b *s.* m *pr.*) *m3 A*, *m2 P* enim est *ET* 21 qua *AαBC* quae *GγT et* (e *exp.*) *PF*, (e *eras.*) *EOV* que *L et* (qua *corr.*) π 22 ipse non *X* 23 impietatis (im *s. u. m3*) *P* pietatis *L* 26 *ante* adfigunt (infigunt *ET*) *add.* uulnus *αCEχT et s. u. m3 A*, *m2 V*, se *Engelbrecht; num* officiunt?

haereticorum, qui ipsis grauiores et rapaciores bestiis nullum auaritiae finem inpietatisque nouerunt.

52 Nec uos moueat quod formam praetendere uidentur huma- E
nam; etsi foris homo cernitur, intus bestia fremit. et ideo eos lupos esse non dubium est iuxta domini Iesu diuinam sententiam, qui ait: adtendite uobis a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. ex fructibus eorum cognoscetis eos. si quis ergo specie mouetur, fructum interroget. audis aliquem sacerdotem dici, rapinas eius cognoscis: uestitum ouis habet,
facta praedonis: foris ouis, intus lupus est qui modum non F
habet rapinarum, qui tamquam in nocte Scythico membra duratus gelu, cruentus ora circumuolat quaerens quem deuoret. nonne uobis uidetur lupus, qui humanae necis insaturabilis cruditate fidelium morte populorum rabiem suam desiderauit
53 explere? ululat iste, non tractat qui negat uocis auctorem et sacrilego sermone bestiale murmur interstrepit, qui non confi-
tetur dominum Iesum aeternae praesulem uitae. audiuimus 1423 A
eius ululatus, cum in orbem gladius mitteretur. dentes asperos, ora tumida praeferebat et putabat quod uocem omnibus abstulisset, quam solus amiserat. et ideo ut hos lupos effugere
54 possimus, docet dominus quid sequamur dicens: nolite
10, 4 portare sacculum neque peram neque calciamenta.

6 Matth. 7, 15 sq. 9 sqq. cf. sermo contra Auxentium 15—17. 22. 24 12 cf. Uerg. Georg. III 197. 349 13 I Petr. 5, 8 19 Matth. Matth. 16, 34 22 Luc. 10, 4

4 fremet *A* 7 ueniunt (i *s. u.*) *A* uestimentis γ 10 cognoscis *AC* n̄ agnoscis χ agnoscis *cet.* 11 domum *P* (modum *m3*) *BL* 12 noctis *PBCL* scyticho *A* scytico *PL* schytico *C* cytico *B* 14 insaturabilis (s *eras.*) *P* insaturabili χ insaturabit *C* 15 cruditate *APLX* crudelitate *B* (elitate *in ras.*) *cet.* (π *m2*) fidelium *A* (um *add. m3*) α (um *s. u. m2*) fideli *PBCLV* morte *PBCγL*, mortem *αT et* (m *exp.*) *A*, (*eras.*) *EG*, morum (*s. m2* morte) *V*, *om.* *FOπ* desiderauit *P* (uit *in ras.*) desiderabit *G* (derabit *s. u. m2*) *V* (v *s.* b) *EγOT cet.*, desiderat *Costerius* 19 ulalatus (v *s.* a *pr. m2*) *P* orbem (o *ex* u) α urbem *PBL* 21 ut *om.* *X* lupos *s. u.* *P*

quid sit sacculum non esse portandum alibi euidenter expressit; B
scripsit enim Matthaeus quoniam dixit ad discipulos dominus:
nolite possidere aurum neque argentum. si prohibemur
aurum possidere, quid eripere, quid auferre? si quod habeas
donare praeciperis, quemadmodum congeris quod non habeas?
qui praedicas non furandum furaris? qui dicis non
moechandum moecharis? qui exsecraris idola sacri-
legium facis? qui in lege gloriaris per praeuaricationem
legis deum inhonoras? nomen enim dei per uos bla-
55 sphematur. non sic apostolus Petrus, qui primus dominicae C
exsecutor sententiae, ut ostenderet non in uacuum domini
effusa mandata, cum posceretur a paupere, ut ei aliquid pecu-
niae largiretur, ait: argentum atque aurum non habeo.
ille gloriatur quod non habeat argentum atque aurum, uobis
pudori est minus adhuc habere quam cupitis? est ergo et
pauperies gloriosa, quia est et beata paupertas, sicut scriptum
est: beati pauperes spiritu; tamen non tam hoc gloriatur
Petrus quod argentum et aurum non habeat quam quod seruet D
domini mandatum, qui praecepit: nolite aurum possidere,
hoc est dicere: uides me Christi esse discipulum et aurum
a me requiris? aliud nobis multo pretiosius auro donauit, ut
in nomine eius operemur. itaque non habeo quod non dedit,
sed quod dedit habeo: in nomine domini Iesu surge et
56 ambula. sicut ergo qui horrea uult congerendis aedificare

3 Matth. 10, 9 6—10 Rom. 2, 21—24, 9; cf. Esai. 52, 5 13 Act. 3, 6 17 Matth. 5, 3 19 Matth. 10, 9 23 Act. 3, 6 24 Luc. 12, 16 sqq.

4 auferre conamur γ auferre possumus *EGT* habes χ *et* (es *ex* eas *m2*) *V* 5 praeceperis *PBCLX* (i *s.* e *alt. m2 V*) *et* (e *alt. ex* i) *m1 A*, *m2 E* quaeammodum *A* non habeas *L* possidere prohiberis χ 7 moechandum moecharis (h *bis s. u. m3*) *P* 9 blasfematur *A* 10 sic et (et *s. u. m3*) *A* sicut *E* (ut *eras.*) *T* qui primus *om. PBL* primum *X* (-us *m2* π*V*) χ 11 sententiae fuit χ, sententiae est α 15 pudoris *X* (s *eras. V*) χ adhuc *om. PL* 16 pauperies (u *s. u. m2*) *A* sicut] de qua χ 18 habet *PBL* 19 praecipit α*CG*

frumentis dominicae sententiae auctoritate reprehenditur, ita E
qui saeculum uult auro parare condendo naeuum reprehensionis incurrit.
57 Non peram neque calciamenta. utrumque de corio
mortui animantis confici solet; nihil autem in nobis dominus Iesus mortale uult esse. denique ad Moysen dicit: solue calciamentum pedum tuorum; locus enim in quo stas terra sancta est. mortale igitur atque terrenum calciamentum
iubetur soluere, cum mitteretur ad populum liberandum; huius F
enim minister muneris timere nihil debet nec a suscepto officio mortis periculo retardari. ipse etenim cum defensionem fratrum, hoc est Iudaeorum, uoluntarius recepisset, calumniae
terrore reuocatus est ab incepto et fugit ex Aegypto. et ideo 1424 A
cum dominus adfectum eius probasset, condicionem autem uidisset infirmam, animi eius mentisque uestigium mortalibus
58 uinculis censuit exuendum. quod si quem mouet, qua ratione
in Aegypto calciati iubentur edere agnum, apostoli autem sine calciamentis ad praedicandum euangelium diriguntur, is considerare debet, quia in Aegypto positus debet adhuc morsus
cauere serpentis — multa enim uenena in Aegypto — et qui in B
typo pascha celebrat patere potest uulneri, qui autem minister est ueritatis hebetat uenena, non trepidat. denique momordit Paulum uipera in Melita insula et uidentes pendentem de manu eius uiperam incolae loci illius putabant eum esse moriturum, sed ubi inoffensum stare uiderunt, deum esse dice-

6 Exod. 3, 5  11 Exod. 2, 11 sqq.  16 Exod. 12, 11  22 Act. 28, 3 sqq.

1 deprehenditur (r *s.* d *pr. m2*) *A*  2 saeculum *A* (sac. *m2*) *LT* seculum (ac *s.* e *m2*) *P* scl̄m *G*  4 neque] nec *G* non *EγT*  animalis *X*  7 calciamenta *BLπ*  10 suscoepto *Aα*  11 etenim *AαBC* enim *cet.*  12 uoluntarios (u *s.* o *alt.*) *A* uoluntarie *C*  recipisset *A* et (*corr. m2*) *P*  13 et *Aα*, *om. X* (*s. u. m2 V*)  17 aegipto *P* edere agnum iubentur *X*  18 calciamento *C*  his *P*  21 pasca *A*  22 hebetat (e *alt. ex* i *m2*) *P* euitat *αX* (hebetat *m2 V*, hebitat *m2 F*) *γ*  momordit *s. u. m3 P*, *om. L*  23 scm paulum *PL*  in mileto insula uipera *C*  meleta *αX* (mileta *m2 Fπ*)  de] in *XL*

bant, cui uenenum nocere non poterat. et ut scias hoc uerum esse, ipse dominus ait: ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et supra omnem C uirtutem inimici et nihil uobis nocebunt.

59 Non uirgas in manu iubentur tollere apostoli; sic enim Matthaeus scribendum putauit. quid est uirga nisi praeferendae potestatis insigne et ulciscendi instrumentum doloris? ergo humilis domini — in humilitate enim iudicium eius sublatum est — humilis inquam domini praeceptum discipuli eius humilitatis officiis exsequuntur; eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent nec D uim potestatis exsererent, sed doctrinam humilitatis adtollerent. quo loco humilitati putauit etiam patientiam copulandam, quia ipse quoque iuxta testimonium Petri, cum malediceretur, non remaledixit, cum percuteretur, non repercussit. hoc est ergo dicere: imitatores mei estote, ultionis studia deponite, insolentias uerberantum non iniuriae relatione, sed magnanimitate patientiae uerberate. nemo ipse debet quod in alio reprehendit imitari; grauiora contumacibus mansuetudo E uulnera refert. hoc pugno repercussit dominus uerberantem dicendo: qui te percutit in maxilla, praebe ei et alteram. fit enim ut iudicio suo ipse se damnet et quodam

5 Matth. 10, 10 8 Esai. 53, 8 14 I Petr. 2, 23 16 Philipp. 3, 17 21 Matth. 5, 39

3 supra *pr.*] super χ 5 tollere iubentur *P* (re *s. u.*) *L* sic et mattheus scribsit (matheus scripsit *L*) quid *PL* 6 est] est autem *PL* 7 proferendae *A m1* 8 dn̄s *PαCLχ* (s *ex* i γ) 9 sublimatum *P* humilis (-le *m2*) *P* humile *CET* 10 exsequantur *X* 12 uim *om. PBL*, se (*s. u. m3*) uim (m *exp. m3*) *A* potestatis (-es *m3*) *P* exererent *AP*, exercerent *αXχ* 14 ipse (ip *s. u.*, s *in ras.*) *A* 17 insolentias *A et* (s *alt. s. u.*) α insolentiam *cet.* uerberantium *PLX* (*in V* i *s. u.*) 18 uerberante (n *eras.*) *A* reuerberate (re *s. u. m2*) π supportate (subp. *ET*) γ ipse] in se *αFOγ*, ipse *V* (*s.* ip *ras.*) debet quod ipse *PBL* 19 deprehendit (r *s.* d *pr. m2*) *A* 21 percussit *P* (*corr.* percutit) *L* maxilla *αC* (*et cod. A archetypus, ut vid.*), maxillam *cet.* praebe ei alteram *s. u. m3 A* ei] illi χ 22 ipse *om. X* (*s. u. m2 V*)

stimulo sui conpungatur affectus qui relatam sibi sedulitatem
60 pro iniuria quam fecit aduerterit. habet tamen quos et cum
uirga apostolos miserit, sicut Paulus testificatur dicens: quid
uultis? in uirga ueniam ad uos an in caritate spiritu- F
que mansuetudinis? hanc uirgam etiam Timotheo dedit
apostolus dicens: argue obsecra increpa. aut fortasse ante 1425 A
passionem domini, quae nutantium populorum corda firmauit,
necessaria sola fuerit mansuetudo, post passionem correptio.
certe mulceat dominus, increpet Paulus; suadeat qui potest
etiam pectora dura mollire, arguat qui non potest uniuersa
suadere. uirgam igitur Paulus ex doctrina legis adsumserat.
legerat enim: qui parcit baculo odit filium suum. legerat
etiam quia agnum manducantes baculum in manibus habere
praecepto prophetico iubebantur. et ideo dominus in ueteri
testamento ait: uisitabo in uirga iniquitates eorum; in B
nouo autem se ipsum obtulit, ut ignosceret uniuersis dicens:
si me quaeritis, sinite hos abire. et alibi habes quia cum
apostoli ignem de caelo petere uellent, ut consumeret Samaritanos,
qui Iesum dominum intra ciuitatem suam recipere noluerunt,
conuersus increpauit illos et ait: nescitis cuius
spiritus estis; filius enim hominis non uenit animas
61 hominum perdere, sed saluas facere. perfectiores ergo
sine uirga diriguntur, infirmiores cum baculo manducant. sed C
et Paulus uirgam quidem minatur, sed in spiritu mansuetu-

3 I Cor. 4, 21 6 II Tim. 4, 2 10 Ouid. Met. XIIII 693 12 Prouerb. 13, 24 13 Exod. 12, 11 15 Ps. 88, 33 17 Ioh. 18, 8. Luc. 9, 54 sqq.

2 quos (d s. m3) *A* 3 apostolus *A* 4 spuque *BCF et* (u *ex* s) *m2 V, m3 O* spsque *A* (u *s.* s *alt. et punctum s.* q> *m3*) *απ* sps et *PL* et spu *χ*; *cf. epist. 41, 4, de paen. I 59* 8 correctio *PL* 9 increpat *A* (*s.* a *ras.*) *P* (e *s.* a *m3*) *αLT* 10 pectora etiam *Xγ* 12 baculo suo *χ* 13 etiam] enim *γL* quia (a *s. u.*) *E* qui *A* (*s. m2* quod) *T* quod *PαBL* manducantes (es *s. u. m2*) *A* 14 uetere *PL* 15 ait] id. (*s. m2*) ait *A* in] et in *X* (et *exp. V*) 16 ig*** nosceret (er *in ras.*) *A* 17 habire *P* 18 samaritanos *A* 20 increpans illos ait *χ* 22 perdere hominum *PL* 24 scs paulus *P* quidem uirgam (uirga *GOV*) *Xγ* mansuetunis *A*

dinis uisitat delinquentes. denique ut scias mitem esse doctorem,
eorum ipsorum quos arguit consulit uoluntatem. quid uultis?
inquit in uirga ueniam ad uos an in caritate spiritu-
que mansuetudinis? semel uirgam dixit, bis mitiora sub
iecit adiciens mansuetudinem caritati. prius tamen minitatus
est, sed exhibuit mansuetudinem; nam in secunda epistula ad
eosdem Corinthios scribens ait: testem deum inuoco in D
animam meam, quod parcens uobis non ueni Corinthum.
audi qua ratione putauerit esse parcendum: ne iterum inquit
in tristitia uenirem ad uos. abiecit uirgam et adfectum
caritatis adsumsit.

62 Et neminem salutaueritis in uia. fortasse quibusdam
10, 4 hoc durum et superbum nec mansueti et humilis domini prae-
cepto conuenire uideatur, quod ille qui etiam accubitionis loco E
praecepit esse cedendum hoc loco mandet discipulis: neminem
salutaueritis in uia, cum iste conmunis sit usus gratiae.
sic inferiores superiorum sibi fauorem conciliare consuerunt,
gentiles quoque cum Christianis habent huiusmodi officiorum
conmercia. quomodo dominus hunc usum humanitatis auellit?
63 sed considera non hoc solum esse: neminem salutaueritis,
sed non frustra additum in uia. denique et Helisaeus, cum F
mitteret seruum suum, ut baculum eius poneret supra corpus
pueruli defuncti, mandauit ei, ne in uia aliquem salutaret;

2 I Cor. 4, 21 7 II Cor. 1, 23 14 Luc. 14, 7 sqq. 21 Reg. IIII 4, 29

3 inquit *om. X* uirgam *Aα* spuque *C et m2 V* spsque *A* (s *alt. del.*) α et spu *FOπχ et m1 V* et sps *B* sps et *PL* 4 mansuetudinis . . . adiciens *om. L* 5 menitatus (i *s.* e) *V* minatus *PFGγLO* minatur *T* 6 est] *om. E*, est uirgam γ exibuit *P* in *om. X* (*s. u. m2 V*) epistula *AG* epistola *cet.* 7 chorintios *A* 8 parcens (n *s. u.*) *P* parces *L* corintum *A* ultra (*s. u. m2*) corinthum *P* 10 tristitiam *αGLO et* (m *eras.*) *PπV* 14 uidetur *Gγ* 15 mandat *C* 17 consueuerunt *L* 20 solum hoc esse *C* hoc esse solum χ 22 ut baculum] in baculum π cum baculo *FO* eius . . . mandauit] iubetur *X* (*in V* iubetur *del. et* suum poneret . . . mandauit *in mg.* 23 pueruli *ACV* pueroli α pueri *cet.* per uiam χ

festinato enim iubebat eum contendere, ut celebrandae resur-
rectionis exsequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuii
mandato reflecteretur a munere. ergo et hic non salutationis
sedulitas aufertur, sed obstaculum inpediendae deuotionis
aboletur, ut quando diuina mandantur, paulisper sequestrentur
humana. pulchra est salutatio, sed pulchrior quo maturior
exsecutio diuinorum, quae per moram saepe traxit offensam.
ideo autem et honesta prohibentur, ne sollemnis gratia obrepat 1426 A
64 et officii inpediat ministerium, cuius mora culpa sit. iam illud
10, 7–9 uirtus alia, ne de domo ad domum quis uaga facilitate demigret,
ut seruemus etiam hospitali in amore constantiam nec coalitam
amicitiae necessitudinem facile resoluamus, pacis praeferamus
nuntium, ut ipse primus ingressus pacis benedictione celebretur,
cibo potuque oblato oportere nos esse contentos, uexilla fidei
non premenda et regni caelestis euangelium praedicandum, B
excutiendum de pedibus puluerem, si quis recipiendos ciuitatis
hospitio non putauerit.

65 Docet etiam grauiori poenae obnoxios fore qui euangelium
non sequendum quam qui legem iudicauerint esse soluendam,
10, 13 eo quod Tyrus et Sidon, si tanta operationum caelestium
uidissent miracula, non despexissent remedium paenitentiae.
istam quoque uel afluentiam uel insolentiam saecularem neque
caelesti muneri conparandam neque rursus sine remedio dere- C

10 Matth. 10, 11—13 16 Matth. 10, 14

1 festinantem *PL* iuuebat *A* contendere *AαBC* pergere *PL* conscendere *V* (t *s.* sc) *cet.* 2 obbii (v *s.* b *alt. m3*) *P* obuii *α* (uii *in ras.*) *V* (i *alt. ex* am) obuiam *O* (i *s.* am *m2*) *Fπ* 3 reflecteretur (c *s. u.*) *A* 4 utilitas *αBCEGT* auferetur *Aγ* 6 pulcrior *P* eo pulchrior *C* quo maturior] matura *PCL* 8 sollemnis (l *pr. s. u. m2*) *P* 9 et officii *A* officii et *cet.* cuius *s. u. m2 A* iam illud uirtus alia] *om. ET* iam illud scire *G* iam iam illa moralia illud uirtus alia *γ et* (*in ras.*) *V* 10 alienae *A* (*corr. m2*) 11 hospitalitati *A* (tati *s. u. m2*) *α* conlatam *PBL* 12 preferamus (p *s. u. m3*) *P* referamus *L* 14 cibus potusque *A* 18 obnoxius *A* 19 iudicauerit *A* 22 afluentiam *AB* adfluentiam *P* defluentiam (*om.* uel) *X* (*in V corr. m2*) *cet.* 23 munere *γLχ et* (-ri *m3*) *AP,* (*m2*) *V* derelinquit *P* (t *exp.*) derelinquis *L*

linqui, cum unicuique sit subsidium paenitendi. postremo
aperit caeleste mysterium, quod placuerit deo ut paruulis
magis quam prudentibus istius mundi suam gratiam reuelaret.
quod apostolus Paulus stilo pleniore digessit dicens: nonne
stultam fecit deus sapientiam huius mundi? nam
quoniam in dei sapientia non cognouit hic mundus
per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prae-
66 dicationis saluos facere credentes. paruulum ergo acci- D
piamus, qui se exaltare non nouerit et faleratis sermonibus
artem suae iactare prudentiae, quod philosophi plerique faciunt.
paruulus erat qui dixit: domine, non exaltaui cor meum
neque elati sunt oculi mei neque ingressus sum in
magnis neque in mirabilibus super me. et ut scires par-
uulum hunc non aetate, non sensu fuisse, sed humilitate sui
et quadam declinatione iactantiae, addidit: sed exaltaui
animam meam. uides quam excelsus fuerit hic paruulus,
quanto uirtutum sublimis uertice? tales nos paruulos uult esse E
apostolus, cum dicit: si quis uidetur sapiens esse inter
uos in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens; sapientia
enim huius saeculi stultitia est aput deum.
67 Pulcherrimus conectitur de fide locus, quando omnia sibi
10, 22 tradita dicit a patre suo. cum omnia legis, omnipotentem
agnoscis, non decolorem, non degenerem patris; cum tradita
legis, filium confiteris, cui per naturam omnia unius substantiae F
iure sint propria, non dono conlata per gratiam. addidit: nemo
scit quis est filius nisi pater et quis est pater nisi

2 Matth. 11, 25 4 I Cor. 1, 20 sq. 11 Ps. 130, 1 15 Ps. 130, 2 17 Verg. Aen. VIIII 682 (Hor. Carm. I 36) 18 I Cor. 3, 18 sq.

4 pleniore (ur *s.* len *m2*) *A* pleniori χ (-re *m2 E*) 5 deus fecit *X* 6 dei sapientiam (in *om.*) *X* 7 deum *om.* *X* stultiam *A* stulticiam (ci *s. u.*) *P* 11 est exaltatum *PBL* exaltatum *X* (est *s. u. O*) 12 ingressus sum] ambulaui *PL* 14 sua *PBCL* 15 addidit (dit *add. m3*) *A* 17 uertice (e *pr. ex* i) *P* 20 saeculi] mundi *CT* 21 pulcherrimus (h *s. u. m3*) *P* 23 traditam legem filio *P* (*in quo corr. m2*) *BL*

68 filius et cui uoluerit filius reuelare. quem locum in his
quos de fide scripsi libellis memini non esse praeteritum. ut
scias autem quia sicut filius patrem quibus uult reuelat etiam
pater reuelat quibus uult filium, audi dicentem ipsum dominum
Iesum, cum laudaret Petrum quod eum filium dei esse confessus sit: beatus es, Simon Bar Iona, quia non caro et
sanguis reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis
69 est. adhaeret his lectio, qua exponuntur hi qui sibi legis periti 1427 A
10, 25 sqq. uidentur, qui uerba legis tenent, uim legis ignorant. et ex
ipso primo legis capitulo docet esse legis ignaros probans quod
in principio statim lex et patrem et filium praedicauerit, incarnationis quoque dominicae adnuntiauerit sacramentum dicens:
10, 27 diliges dominum deum tuum et: diliges proximum
70 tuum sicut te ipsum. unde dominus ait ad legis peritum:
10, 28 hoc fac et uiues. at ille qui nesciret proximum suum, quia B
10, 29 non credebat in Christum, respondit: quis est meus proximus? itaque qui Christum nescit, nescit et legem. quomodo
enim potest scire legem, cum ueritatem ignoret, cum lex adnuntiet ueritatem?

71 Homo quidam ex Hierusalem descendebat in Hie-
10, 30 richo. ut eum locum qui propositus est nobis planius possi- C
mus absoluere, ueterem ciuitatis Hiericho repetamus historiam.
meminimus itaque quod Hiericho, sicut legimus in libro qui
inscribitur Iesu Naue, magna ciuitas fuerit muralibus saepta

1 cf. de fide IIII 6 6 Matth. 16, 17 13 Deut. 6, 5. Leuit. 19, 18 23 Ios. 6, 1

1 quem ... praeteritum *in mg. inf. m3 P*, *om. L* his *P* (h *s. u.*) 8 quae *P* (e *exp.*) *A* (e, *ut uidetur*, *eras.; m2* quę) *GL* que *B* quia α (i *eras.*) *X* (i *exp. O*, *eras.* π*V*) 10 legis primo *PL* 11 praedicauerint *P* (n *exp.*) *L* incarnationes (-is *m3*) *P* 12 quoque *om. PL* 13 *utrobique* diligis *A*α*L et* (*corr.* is *in* es *m3*) *P*, (*m2*) *V* 15 ad *AP*, et *E*γ*T* 16 proximus meus *X* 17 itaque *P* (que *s. u. m3*) ita *BCX*χ 21 ut ... historiam *in mg. inf. m3*, *nunc eras. P*, *om. L* 23 itaque *om. PL* legitur in libro (*om.* qui inscribitur) *PL* 24 scribitur *BO*πχ (inscribitur *corr.* γ)

parietibus, quae non ferro peruia, non arieti possit esse penetrabilis; in ea Rahab habitasse meretricem, quae exploratores quos direxit Iesus hospitio recepit, consilio struxit, postulantibus ciuibus abisse respondit, abscondit in tecto et, ut se suosque urbis excidio posset eripere, coccum in fenestra ligauit; D urbis autem ipsius inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotalium sono et populi iubilantis ululatu consono conruisse.

72 uidete quemadmodum unusquisque proprium seruet officium: explorator excubias, mysterium meretrix, fidem uictor, religionem sacerdos. hi periculum pro laude non metuunt, illa susceptos nec in periculis prodit, iste sollicitus fidem magis seruare quam uincere meretricis prius mandat salutem quam E excidium ciuitatis; religionis autem insignia arma sunt sacerdotis. iam illud quis non plenum putet esse miraculi, quod ex tota urbe nemo seruatus est nisi quem meretrix liberauit?

73 haec simplicis historia ueritatis est. quae si altius consideretur, admiranda signat mysteria. Hiericho enim figura istius mundi est, in quam de paradiso, hoc est de Hierusalem illa caelesti eiectus Adam praeuaricationis prolapsione descendit, hoc est F de uitalibus ad inferna demigrans, cui non loci, sed morum mutatio naturae suae fecit exilium. longe enim mutatus ab illo Adam, qui inoffensa beatitudine fruebatur, ubi in saecularia peccata deflexit, incidit in latrones, in quos non incidisset, nisi his mandati caelestis deuius se fecisset obnoxium. qui sunt

2 Ios. 2, 1 sqq. 6 Ios. 6, 20 9 Ios. 1, 16; 2, 1 sqq.; 6, 17 sqq. 14 Ios. 6, 25 18 Gen. 3, 23 Hebr. 12, 22 19 Augustinus contra sec. Iul. resp. II 15, III 56. 178. 187. 205. 213, IIII 10. 23. 64. 67. 94. 114, V 20, VI 14 21 Uerg. Aen. II 274

1 ferro *s. u. m3 P*, *om. L* posset *PBL* 2 rahab *ACO* raab *cet.* 3 struxit *A*, instruxit *cet.* 4 et (*s. u. m3*) abscondit *P* 9 exploratores *A* (es *s. u. m3*) *aC* 10 religionem (m *ex* s *m3*) *A* sacerdos... religionis *s. u. m3 A* periculum (p *in ras.*) *P* 11 in *s. u. P* *ante* iste *add.* ihs *AC et s. u. m2 a* magis fidem *A* (*m3*) *X* 12 meretricis (re *s. u.*) *P* quam *s. u. P* 13 sacerdotis (ie *x* e *m3*) *AπV* 17 ammiranda *A* iericho *A* 20 ad *om. X* infirma *PBL* demigrans (s *s. u.*) *P* 23 defluxit *PL* quo *A* 24 hiis (h *exp. m2*) *A*

isti latrones nisi angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnum-
quam transfigurant in angelos lucis, sed perseuerare non
possunt? hi ante despoliant quae accepimus indumenta gratiae 1428 A
spiritalis et sic uulnera inferre consuerunt; nam si intemerata
quae sumsimus indumenta seruemus, plagas latronum sentire
non possumus. caue ergo ne ante nuderis, sicut Adam ante
nudatus est mandati caelestis custodia destitutus et exutus
fidei uestimento et sic letale uulnus accepit, in quo omne
genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens
74 uulnera eius acerba curasset. non mediocris iste Samaritanus,
10, 31 sq. qui eum quem sacerdos, quem leuita despexerat, non etiam B
ipse despexit. nec uocabulo sectae despicias quem uerbi inter-
pretatione mirabere; Samaritani etenim uocabulo custos signi-
ficatur. hoc habet interpretatio. quis est custos nisi ille de
quo dictum est: custodiens paruulos dominus? itaque
sicut Iudaeus alius in littera, alius in spiritu, ita et Samari-
tanus alius foris, alius in occulto. hic ergo Samaritanus
descendens — quis est, qui descendit e caelo, nisi qui
ascendit in caelum, filius hominis qui est in caelo? —
uidens semiuiuum, quem nemo potuerat ante curare, sicut C
illa quae fluxu sanguinis profluens in medicis erogauerat
10, 33 omne patrimonium suum, uenit secus eum, hoc est: factus
conpassionis nostrae susceptione finitimus et misericordiae
conlatione uicinus.

1 II Cor. 11, 14 6 Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10 (*caue ... 10 curasset*) 7 Gen. 3, 7 15 Psalm. 114, 6. Rom. 2, 28 sq. 18 Ioh. 3, 13 (cf. Ioh. 6, 33) 21 Luc. 8, 43 Matth. 9, 20

2 angelos (an *s. u.*) *A* 3 hii *PEGTX* (i *alt. eras. F*) ante (*s. m2* autem) *A* autem *αC* dispoliant *AγLX* 6 ante *post* Adam *om. Augustinus* 7 exsutus *A* 8 accepit (ex *s.* ac *m3*) *A*, (ł excepit *s. u.*) *C*, excepit *X* 13 narrabere (*in mg. m3* al. mirabere) *A* mirabere (is *s.* e *alt. m2*) *E* miraberis *PL* miraueris (ue *eras.*) *C* 14 et quis est *PL* 16 iudaeos *A* 17 alius foris ... samaritanus *add. m3 A* hic] his π is *FOV* 18 ante qui *add.* scilicet *PL* de *A* (d *s. u. m3*) *αXγ* nisi *AαBCXγ*, et *cet.* 19 quis (s *eras*) *P* 21 illam *E* fluxu] cursu *PL* 22 est *post* factus *add. PBLCFπ*

75 Et alligauit uulnera eius infundens oleum et uinum.
10, 34 multa medicamenta medicus habet iste, quibus sanare consueuit. D
sermo eius medicamentum est. alius eius sermo constringit
uulnera, alius oleo fouet, alius uinum infundit: constringit
uulnera austeriore praecepto, fouet remissione peccati, sicut
76 uino conpungit denuntiatione iudicii. et inposuit inquit in
iumentum suum. audi quomodo te inponat. hic peccata
nostra portat et pro nobis dolet. et pastor inposuit
ouem lassam super umeros suos. homo enim iumenti E
similis factus est et ideo supra iumentum suum nos inpo-
suit, ne nos essemus sicut equus et mulus, ut per nostri
corporis adsumtionem infirmitates nostrae carnis aboleret. de-
77 nique duxit nos in stabulum, qui eramus iumenta. est autem
stabulum, in quod fessi longo itinere succedere solent. duxit
itaque in stabulum dominus, qui suscitat a terra inopem
78 et de stercore erigit pauperem, et curam egit, ne
10, 34 aeger ea quae acceperat nequaquam praecepta seruaret. sed F
non uacabat Samaritano huic diu in terris degere: redeundum
79 erat eo, unde descenderat. itaque altero die — quis est iste
alter dies nisi forte ille dominicae resurrectionis, de quo dictum
10, 35 est: hic est dies, quem fecit dominus? — protulit duos

7 Esai. 53, 4 8 Luc. 15, 5 9 Ps. 48, 13 11 Ps. 31, 9 15 Ps. 112, 7 21 Ps. 117, 24

1 uinum et oleum *X* 3 est] eius *X* 5 austeriori *X* 9 supra *AX* iumentis *X* iumento *PBL* 11 equus (u *alt. s. u. m3*) *P* ut] et (v *s.* e *m3*) *P* 12 infirmitates (-em *m3*) *A* 13 quia *P* 14 in *om.* χ quo *PBLX*χ defessi *X* 16 eregit *X* 17 *post* seruaret *add. A m3 cet.* (*cf. 315, 22 sq.*)*:* in quo (in *om. FOV;* quō π) agnouit (cognouit χ) asina (a *alt. ex* us *G*) praesepe (praesepium α*X*) dn̄i sui. *his addunt A m3* α*C* et ubi de terra inopes suscitantur et de stercore pauper erigitur (eregitur *A*). certe ubi greges clauduntur agnorum ne frementibus ad caulas rapacibus lupis facilis in ouilia (obilia *A*) sit incursus (ingressus α 19 *ante* erat *add.* enim *FOV* qui *OV* altera *C* 20 ille *om. PB* 21 sic protulit *A*

denarios et dedit stabulario et ait: curam illius habe.
80 qui sunt isti duo denarii nisi forte duo testamenta, quae 1429 A
imaginem in se habent aeterni regis expressam, quorum pretio
uulnera nostra curantur? redemti enim sumus pretio san-
81 guinis, ut ultimae mortis ulcera uitaremus. hos ergo duos
denarios, licet horum quoque librorum quattuor formas non
absurdum sit intellegere, accepit stabularius. qui? ille forsitan
qui ait: et aestimo ut stercora, ut Christum lucri faciam,
quo curam haberet hominis uulnerati. stabularius itaque ille B
est qui dixit: misit me Christus euangelizare. stabularii
sunt illi quibus dicitur: ite in orbem uniuersum et prae-
dicate euangelium uniuersae creaturae et qui credi-
derit et baptizatus fuerit, hic saluus erit, saluus utique
a morte, saluus a uulnere quod infixum est a latronibus.
82 Beatus ille stabularius, qui alterius curare uulnera potest,
10, 35 beatus ille cui dicit Iesus: quodcumque supererogaueris
reuertens reddam tibi. bonus dispensator, qui etiam super- C
erogat. bonus dispensator Paulus, cuius sermones et epistulae
ueluti ei ratione quam acceperat superfluunt. moderatum
domini mandatum prope inmoderato labore mentis et corporis
exsecutus, ut multos ab aegritudine graui spiritalis adloquii
dispensatione releuaret. bonus ergo stabularius stabuli eius, in
quo agnouit asina praesaepe domini sui et in quo
greges clauduntur agnorum, ne frementibus ad caulas rapacibus D

4 I Petr. 1, 19  8 Philipp. 3, 8  10 I Cor. 1, 17  11 Marc. 15, 16  23 Esai. 1, 3  24 Verg. Aen. VIIII, 60

1 denarii (i *ex* o *m2*) *P*  4 pretio (so *s.* o *m3*) sanguinis (e *s.* is *m3*) *A* pretioso sanguine *cet.*  5 ultima e multis ulcera *P*  6 IIII *PL*  7 accipit *aOχ*  quis (s *s. u. m2*) *E*  8 aestimo (o *in ras.*) *a* estimor *P* (r *eras.*) aestimor *BLX* (r *exp. V*)  ut stercora *Aχ*, stercora *cet.*  lucrifaciam (r *s. u. m2*) *P* lucifaciam *L*  9 quo] qui *Gγ* ut *PBL*  itaque *om. γ*  est ille *PaBCXχ*  15 uulnera curare *χ*  16 dicitur (ur *eras.*) *P*  Iesus] dns *EγTX*  supererogaberis *A*  19 superfluum *PL*  21 graui̇s *AFO et* (s *eras.*) *E* (s *exp.*) *V*  22 in *de l. m2 P*, *om. L*  23 asinus *GγOV*, *om. ET*  praesepium *X*  24 grex clauditur *PL*

83 lupis facilis in ouilia sit incursus. spondet ergo mercedem se
redditurum. quando reuerteris, domine, nisi iudicii die? nam
licet ubique sis semper et stans in medio nostrum non cernaris a nobis, erit tamen tempus quo uniuersa caro te aspiciat
reuertentem. reddes ergo quod debes. beati quibus est debitor
deus! utinam nos simus idonei debitores, utinam quod accepimus
possimus exsoluere nec nos aut sacerdotii aut ministerii munus E
extollat! quomodo reddes, domine Iesu? promisisti quidem in
caelo bonis copiosam esse mercedem, reddes tamen et cum
dices: euge, bone serue, quoniam super pauca fidelis
fuisti, super multa te constituam, intra in gaudium
84 domini tui. ergo quoniam nemo magis proximus quam qui
uulnera nostra curauit, diligamus eum quasi dominum, diligamus et quasi proximum; nihil enim tam proximum quam
caput membris. diligamus etiam eum qui imitator est Christi, F
diligamus eum qui inopiae alterius corporis unitate conpatitur.
non enim cognatio facit proximum, sed misericordia, quia
misericordia secundum naturam; nihil enim tam secundum
naturam quam iuuare consortem naturae.
85 Dictum est igitur de misericordia, sed non una est forma
10, 38–42 uirtutis. subicitur Marthae exemplo et Mariae alterius operibus
actuosa deuotio, alterius religiosa mentis intentio dei uerbo,
quae si cum fide congruat, etiam ipsis operibus antefertur
10, 42 iuxta quod scriptum est: Maria optimam partem sibi
elegit, quae non auferetur illi. studeamus igitur et nos
habere quod nemo nobis possit auferre, non ut perfunctoria, 1430 A

8 Matth. 5, 12 10 Matth. 25, 21 15 I Cor. 6, 15, Ephes. 5, 30

1 ingressus *X* spondit *Xχ* (-et *m2 ET*) 3 et *om. X* nostrorum *αXχ* 5 est debitor dš *A* es debitor *cet.* 6 utinam . . . debitores *in mg. inf. P* 7 ne *αC* 9 caelis *PBL* ẹṭ *A* 10 dices *AαC* dicis *cet.* euge euge *X* serue bone *PγL* serue et fidelis *C* supra *APχπ* 11 supra *PLχ* 14 et] eum *PL* 16 eum] etiam eum *EγT* unitate (e *s. u.*) *A* 17 quam *X* 23 ipsi *P* (-is *m2*) *L* 24 est *s. u. m2 E, om. T* 26 perfunctoriae *PαBL* perfunctorias *X* (s *eras. OV, exp.* π)

sed diligens audientia deferatur; solent enim etiam ipsius
semina uerbi caelestis auferri, si secus uiam sint seminata. agat
te sicut Mariam desiderium sapientiae; hoc enim maius, hoc
perfectius opus nec ministerii cura cognitionem uerbi caelestis
auertat nec arguas eos et otiosos iudices, quos uideas studere
sapientiae; hanc enim sibi cohabitantem Salomon ille pacificus
86 adsciuit. nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, B
sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerit, antefertur;
Iesus enim multis abundat et multa largitur. et ideo sa-
pientior quod principale aduertit elegit. denique apostoli
optimum non putarunt relinquere dei uerbum et ministrare
mensis. sed utrumque munus sapientiae; nam et Stephanus
plenus sapientiae minister electus. et ideo qui ministrat
doctori deferat et ministrantem doctor inuitet et prouocet;
unum enim corpus ecclesiae, etsi diuersa membra: alterum C
altero eget. non potest dicere oculus manui: operam tuam
non desidero aut iterum caput pedibus et auricula se negare
esse de corpore; nam etsi alia principalia, tamen alia neces-
saria. sapientia in capite, actus in manibus; oculi enim sapientis
in capite eius, quia ille uere sapit cuius animus in Christo
est et cuius interior oculus erigitur ad superna. et ideo
sapientis oculi eius in capite ipsius, stulti autem in
calcaneo.

87 Quis uestrum habens amicum et ibit ad illum media D
11, 5 nocte et dicit illi: amice, commoda mihi tres panes.
alius praecepti locus est, ut omnibus momentis non solum
diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur; uides enim quod

1 Luc. 8, 5 et 12 6 Sap. 9, 10, Prouerb. 8, 12 10 Act. 6, 2 12 Act. 6, 5 15 I Cor. 12, 12 sq. 16 I Cor. 12, 21 22 Eccl. 2, 14

1 enim *s. u. m3 A* 4 a cognitione *αXχ* 5 otiosos (sos *ex* sus) *P* 9 Iesus] dn̄s *X* 10 *ante* quod *add.* iudicatur quia χ 11 putauerunt *αχ* 12 sapientiae est *Bχ* stefanus *P* 13 sapientia χ electus est *PBL* 15 enim est corpus *PL* 16 operā tuā *AαB et* (∼ *bis eras.*) *G* opera tua *PCEγLTX* 17 et *APXχ* aut *cet.* 18 de corpore esse *X* 20 uere ille *C* 21 oculus interior *X* 22 eius *del. m2 POπ*, *om. Cχ* ipsius] eius *X* 25 dicet *αCπχ* 27 oratio non differatur π

iste qui media nocte perrexit tres panes ab amico suo postu-
lans et in ipsa petendi intentione persistens non defrudetur
oratis. qui sunt isti tres panes nisi mysterii caelestis alimentum? E
quod si diligas dominum deum tuum, non solum tibi, sed etiam
aliis poteris emereri. quis autem amicior nobis quam qui pro
nobis corpus suum tradidit? petiit ab hoc media nocte panes
Dauid et accepit; petiit enim quando dicebat: media nocte
surgebam ad confitendum tibi; ideo meruit hos panes
quos adposuit nobis edendos. petiit cum dicit: lauabo per
singulas noctes lectum meum; neque enim timuit ne exci-
88 taret dormientem quem scit semper uibrare uigilantem. et ideo F
scriptorum memores noctibus ac diebus orationibus insistentes
peccatis nostris ueniam postulemus. nam si ille tam sanctus
et qui regni erat necessitatibus occupatus septies in die laudem
domino dicebat matutinis et uespertinis sacrificiis semper
intentus, quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debe-
mus quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus.
ut de uia lassis et istius aeui cursu ac uitae huius anfractu
grauiter fatigatis panis refectionis deesse non possit, qui hominis
corda confirmet?

89 Nec solum media nocte dominus, sed omnibus prope docet 1431 A
uigilandum esse momentis; uenit enim et uespertina et secunda
et tertia uigilia et pulsare consueuit. beati itaque serui
illi, quos cum uenerit dominus inueniet uigilantes. si
ergo desideras ut uirtus dei praecingat se et ministret tibi,

7 Ps. 118, 62 9 Ps. 6, 7 11 Ps. 7, 19; Hier. 1, 11 14 Ps. 118, 164 19 Ps. 103, 15 23 Luc. 12, 37 (cf. 17, 8)

1 qui *s. u. A* III *P* (*ex* IIII) *L* 2 in *s. u. m2 P*, et in ipsa *in ras. L* defraudetur *A* (a *s. u. m3*) χ (*in* γ a *s. u. m2*) *CX* defraudatur *PαBL* 3 oratii *P* (ł is *s.* i *alt. m3; in mg. m3* ł orationis) *L* orans *ET* III *PL* 5 poteris (o *ex* u) *P* 7 et *A* petiit et *cet.* accepit. uides enim quod iste petiit quando γ 8 et ideo *X* 9 lauabo *ex* lauorabo *P* 11 uibrare] *om. PL* uigilare *X* 12 orationibus insistentes *A* orationi instantes *cet.* (*cf. Rom. 12, 12; Col. 4, 2*) 15 et *om. X* 16 quo (*s. m3* ł qui) *P* 17 augmentis *P* (c *s.* ug *m2*) *L* 22 esse uigilandum *C* 24 inueniet] inuenerit χ 25 se] te *AX* (s *s.* t *m3 A, m2* π; ł se *m2 s.* te *V*) tibi (t *s. u. m2*) *A*

uigilandum est semper; multae enim insidiae sunt nobis
et grauis corporis somnus, quem si dormire mens coepe-
rit, uigorem suae uirtutis amittet. excita igitur somnum
tuum, ut pulses ostium Christi, quod aperiri sibi etiam Paulus B
exposcit non solum suis, sed etiam populi orationibus obse-
crans se iuuari, ut aperiatur sibi ostium ad loquendum myste-
rium Christi. et fortasse illud est ostium, quod apertum uidit
Iohannes; uidit enim et dixit: post haec uidi et ecce
ostium apertum in caelo et uox prima, quam au-
diui tamquam tubam loquentem mecum et dicentem:
ascende huc et ostendam tibi quae oportet fieri. aper-
tum est igitur ostium Iohanni, apertum est ostium Paulo, ut
nobis panes quos ederemus acciperet. perseuerauit enim ostium C
pulsans oportune, inportune, ut gentes mundani tramitis labore
90 uexatos alimoniae caelestis ubertate recrearet. ergo praeceptiuus
locus frequenter orandi, spes inpetrandi, ratio persuadendi prius
in praecepto, post in exemplo. qui enim promittit aliquid spem
debet adferre promissi, ut monitis oboedientia deferatur, pro-
missis fides, quae humanae contemplatione pietatis in maius
aeternae spem pietatis adquirit, si tamen aequa poscantur, ne D
in peccatum uertatur oratio. nec erubuit aliquid saepius postu-
lare, ne uel diffidere de domini misericordia uideretur uel
adroganter dolere quod non prima prece aliquid inpetrauerit —
propter hoc inquit ter dominum rogaui — et ostendit

1 Eccli. 11, 31; cf. Cic. pro Sestio 102, pro Plancio 59 (Accius Atrei fragm. 9ª *R*) 4 Coloss. 4, 3 8 Apoc. 4, 1 12 II Cor. 12, 2 21 Ps. 108, 7 24 II Cor. 12, 8

2 nobis *A* (*in mg. m3* bonis) *α*, bonis *cet.* quem] cum *γ* 3 amittet (-it *m2*) *P* amittit *αX* 6 adiuuari *L* ostium sibi *γ* 9 apertum est in *A* audiui (u *alt. s. u. m3*) *P* 10 loquentem] canentem *α* 11 ascende] ueni *X* oporteat *BCFV* oporteret *O* 12 est (*ante* ostium) *eras. P*, *om. BL* 13 acciperent *αCPBL* enim *om. PL* 14 oportune inportune (inportune *s. u. m3*) *P* inoportune *γ*, *om. GL* 15 uexatos (a *s.* o *m2*) *P* uexatas *B* (a *alt. ex* o) *γ* alimoniae (i *pr. m2 ex* o) *P* 16 frequenter (que *s. u. m3*) *P* 17 *post* praecepto *add.* ponitur *s. u. m3 P*, ponit *X* 18 afferre (r *alt. s. u.*) *A* 23 dolore *B et* (e *s.* o *alt. m2*) *A*, (*m2* -ere) *G*

quod frequenter deus ideo non concedat oratus, quod inutilia iudicet quae nos profutura credamus.

91 Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. E
11, 17 causa dicti huius ea est, quod in Belzebub principe daemoniorum eicere daemonia dicebatur, ut ostenderet regnum suum indiuiduum esse atque perpetuum. meritoque etiam Pilato respondit: regnum meum non est de hoc mundo. et ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in principe daemoniorum eici daemones opinantur. eos regni negat esse perpetui. quod spectat ad populum Iudaeorum, qui huiuscemodi F passionibus ad daemonium eiciendum daemonii arcessat auxilium. nam quemadmodum potest, cum fides scindatur, et regnum manere diuisum? etenim cum in lege sit populus Iudaeorum, Christus quoque secundum carnem ex lege generatus sit, quomodo potest regnum Iudaeorum esse perpetuum, quod ex lege est, cum populus ipse diuidat legem, quando a legis populo Iesus negatur, qui ex lege debetur? ita ex parte se fides Iudaeicae plebis inpugnat et inpugnando diuiditur, diuidendo dissoluitur. et ideo regnum ecclesiae manebit aeternum, quia indiuidua fides, corpus est unum; unus enim dominus, una 1432 A fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium qui
92 super omnes et per omnes et in omnibus. quanta hic sacrilegi furoris amentia, ut cum dei filius ad inmundos spiritus conterendos et ad manubias mundani principis auferendas susceperit carnem et destruendae nequitiae spiritalis hominibus

7 Ioh. 18, 36 13 Rom. 9, 3 sq. 20 Ephes. 4, 5 sq. 25 Ephes. 6, 12

3 *post* desolabitur *add.* et domus supra domum cadet *C et* (*om.* et) *in mg. m2 V* 4 bezebul (b *ex* l *m3*) *P* beelzebub *αBEγT* belzebub *G* principem *AFLV et* (m *eras.*) *BOπ* 5 eiecere *P* 6 meritoque (que *s. u.*) *P* 8 principem *F et* (m *eras.*) *PBOπV* 9 opinantur *Aα* opinentur *cet.* (-antur *m2 PFOπ*) 10 huiusmodi *A* 11 arcessit *PαBL* 12 fides (e *ex* i *m2*) *P* *scindatur (i *in ras.*) et *A* scinditur *X* scindatur *cet.* 13 indiuisum *αC et* (in *s. u.*) *A*, *m2 O* 15 regnum potest *χ* 18 iudaeicae *A* iudaicae *cet.* 19 in aeternum *PαLX* 22 per omnia *PBFO* per oma (a *in ras.*) *π* 23 sacrilegii *A* sacrilegis *O et* (s *eras.*) *π*

quoque dederit potestatem, diuidens spolia eius, quod insigne est triumphantis, aliqui sibi adiumentum et praesidia diabolicae B
11, 20 potestatis adsciscant, cum in digito dei uel certe secundum Matthaeum in spiritu dei daemones excludantur! unde intellegitur indiuiduum quoddam uelut corpus esse diuinitatis regnum, cum Christus dei dextera sit, spiritus autem digiti speciem uelut unius secundum diuinitatem corporis seriem uideatur exprimere. nonne uidetur indiuiduum esse regnum, cum uelut corpus sit indiuisum? habitat enim, ut legisti, C
corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo. quod utique et de patre negare non poteris et de spiritu negare non debes. nec tibi membrorum conparatione nostrorum portio quaedam uideatur facienda uirtutis; indiuiduae enim rei non potest esse diuisio et ideo ad formam unitatis, non ad distinctionem potestatis referenda digiti nuncupatio est, cum dextera dei dicat: ego et pater unum sumus, sed licet indiuidua diuinitas,
93 distincta persona est. digitus tamen cum dicitur spiritus, opera- D
toria uirtus significatur, quod diuinorum operum sicut pater et filius ita et spiritus sanctus operator sit. Dauid enim dicit: quoniam uidebo caelos opera digitorum tuorum et in XXXII psalmo: et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. et Paulus ait: haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult. et id cum
94 dicit: quodsi in spiritu dei ego eicio daemonia, pro- E

4 Matth. 12, 28 9 Coloss. 2, 9 16 Ioh. 10, 30 20 Ps. 8, 4 21 Ps. 32, 6 22 I Cor. 12, 11 24 Matth. 12, 28

2 triumphantes (-is *m2*) *A* et] ac *BL* ad *P* 3 ádsciscant (n *s. u.*) *A* 4 matheum *A* in spu dī *s. u. m3 P*, *om. L* 5 quoddam (d *alt. s. u.*) *A* 6 *ante* regnum *add.* et *s. u. m3 A*, *P* (*eras.*) *cet.* Christus] sps *BL* dei *om. A* 7 specie *αEγT* 8 nonne] non *P* indiuiduum (u *tert. s. u.*) *A* 9 cum] dum (d *ex* t) *P* habitant *P* (n *eras.*) *L* 10 diuinitatis (ni *s. u.*) *A* 11 et *alt.*] sed *X* 12 comparatione (ra *s. u.*) *A* 15 noncupatio *P* cum] cum et *LX* 16 diuinitas *A* (ti *s. u. m3*) *EγT* diuinitatis *cet.* 19 operatus *PL et* (*om.* sit) *G* 21 XXX secundo *A* tricesimo (trisensimo *G*) secundo *αBχ* trigesimo (*om.* secundo) *C* 22 scs paulus *PL* omnia *s. u. P* 23 id *APBL* ideo *C* is *α* hic *Xχ*

fecto praeuenit in uos regnum dei, simul ostendit imperialem quandam esse sancti spiritus potestatem, in quo regnum est dei, nos quoque, in quibus habitat spiritus, regalem domum. unde et in posterioribus dixit: regnum dei intra uos est. et ideo diuinitatis et dominationis et imperatoriae maiestatis consortem debemus aestimare spiritum sanctum,
quia dominus est spiritus, ubi autem spiritus domini F
ibi libertas.

95 Cum inmundus spiritus exierit de homine, ambulat
11, 24 per loca quae non habent aquam quaerens requiem et non inueniens. hoc de Iudaeorum plebe dictum ambigi non potest, quam dominus a regno suo in superioribus segregauit. unde omnes quoque haereticos et schismaticos a regno dei et ab ecclesia intellege separatos. et ideo non dei, sed inmundi spiritus omnis schismatum haereticorumque liquido claret esse conuentus. itaque in uno homine totius Iudaici populi
conparatio est, a quo per legem spiritus inmundus exierat. sed 1433 A
quia in nationibus et gentibus per fidem Christi requiem repperire non potuit — inmundis enim spiritibus Christus incendium est, qui in pectoribus gentilium, quae ante arida erant, postea per baptismum rore spiritus umescebant, iacula aduersarii ignita restinxerat —, ideo regressus ad plebem est Iudaeorum, quae forensi et perfunctoria specie comta animo manet interiore
pollutior. neque enim sacri fontis inriguo aut abluebat aut B
restinguebat ardorem, meritoque ad eam spiritus redibat

3 I Cor. 3, 16 4 Luc. 17, 21 7 II Cor. 3, 17 21 Eph. 6, 16 24 Matth. 23, 25 sq.

1 praeuenit *AαB et* (p *s.* prae *m3*) *P* uenit *X* peruenit *CLχ* 2 sps sci *X* 3 dei est *PLX* *post* domum *add.* habemus χ 9 de] ab *EγT* 10 loca *AαC* loca arida *PBLX* loca inaquosa (*om.* quae non habent aquam) χ 13 schismaticos *Aα* scismaticos *cet.* 14 intellige (e *s.* i *alt. m3;* intellige *del. m3*) separatos (ui *s.* tos *m3*) *A* 15 omnes *OV et* (e *ex* i) *m2 A m3 P* om̄*s π omnē *F* schismatum *Aα* scismatum *cet.* schismaticorum *Costerius* 21 baptisma *PL* sps sci χ 22 restrinxcrat *BGL et* (r *alt. eras.*) *E* 23 et (*s. u. m3*) interiore *A* 25 redibat (i *ex* e) *B* rediebat *EγLTX* redigebat *G*

11, 26 inmundus adducens secum septem spiritus nequiores, quo-
niam in ebdomada legis et octauae mysterium sacrilega mente
conmisit. itaque ut nobis multiplicatur septiformis spiritus
gratia, ita illis inmundorum spirituum omnis cumulatur iniuria;
uniuersitas enim hoc numero aliquotiens conprehenditur, propter
quod septimo die conclusis mundi operibus requieuit deus.
ideo et sterilis septem peperit et populosa in filiis C
infirmata est. denique ut scias synagogae populum deformari,
96 ubi ecclesiae beatitudo laudatur, subiecit: generatio haec
11, 29 sq. generatio nequam est; signum quaerit et signum non
dabitur ei nisi signum Ionae. nam sicut fuit Ionas
signum Nineuitis, ita erit et filius hominis. in hoc quo-
que Iudaeorum plebe damnata ecclesiae mysterium euidenter
11, 31 exprimitur, quae in Nineuitis per paenitentiam et in regina D
austri per studium percipiendae sapientiae de totius orbis
finibus congregatur, ut pacifici Salomonis uerba cognoscat.
regina plane, cuius regnum est indiuisum, de diuersis et distan-
tibus populis in unum corpus adsurgens. itaque sacramentum
illud magnum est de Christo et de ecclesia, sed tamen
hoc maius est, quia illud in figura ante praecessit, nunc
autem plenum in ueritate mysterium est; illic enim Salomonis
typus, hic autem Christus in suo corpore est. ex duobus igitur E
constat ecclesia, ut aut peccare nescias aut peccare desistas;
paenitentia enim delictum abolet, sapientia cauet. hoc in myste-
97 rio. ceterum Ionae signum ut typus dominicae passionis ita
etiam grauium, quae Iudaei conmiserint, testificatio peccatorum
est. simul aduertere licet et maiestatis oraculum et pietatis

1 Matth. 12, 45 6 Gen. 2, 2 7 Reg. I 2, 5 14 Ion. 3, 5, Reg. III 10, 1 18 Ephes. 5, 32 25 Matth. 12, 20, Ion. 2, 1

1 septem *s. u. m3 AP*, VII *s. u. m2 πV*, *om. BFO* nequiores se *PLχ* 5 hoc] hoc e *P* (e *exp.*) *L* propter . . . die *s. u. m3 A* 7 et ideo *X*, et *om. ET* in filiis in filiis *A* 11 ionas fuit χ 12 et *om. X* 13 damnata (ta *s. u. m. ant.*) *P* 14 in *pr. om. A* 17 de *om. X* 19 illud] hoc *PBL* 23 desinas χ (desines *G*) 24 amouet *PBL* abluet *X* (-it *m2 Oπ*) 25 passionibus *P* (-nis *m3*) *L* 26 cōmiserant *C*

indicium; namque Nineuitarum exemplo et denuntiatur suppli-
cium et remedium demonstratur. unde etiam debent Iudaei non F
desperare indulgentiam, si uelint agere paenitentiam.

98 Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque
11, 33 sub modio, sed supra candelabrum. ergo quia in superio-
ribus ecclesiam synagogae praetulit, hortatur nos ut fidem
potius nostram ad ecclesiam transferamus; lucerna enim fides
est iuxta quod scriptum est: lucerna pedibus meis uerbum
tuum, domine; uerbum enim dei fides nostra est, uerbum
dei lux est, lucerna est fides. erat lux uera, quae inluminat
omnem hominem uenientem in hunc mundum. lucerna
autem lucere non potest nisi aliunde lumen acceperit. haec 1434 A
est lucerna quae accenditur, uirtus scilicet nostrae mentis et
sensus, ut mna illa possit quae perierat repperiri. nemo ergo
fidem sub lege constituat; lex enim intra mensuram est, ultra
mensuram gratia: lex obumbrat, gratia clarificat. et ideo nemo
fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad ecclesiam
conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia, quam
princeps ille sacerdotum fulgore supernae diuinitatis inluminat,
99 ne eam legis umbra restinguat. denique lucerna illa, quam B
matutinis uespertinisque temporibus ritu uetere Iudaeorum
princeps sacerdotum solebat accendere, uelut sub modio sita
legis euanuit et ciuitas illa Hierusalem quae in terris est,
quae occidit prophetas, quasi in conualle fletus posita delitiscit,

3 Act. 3, 19 8 Ps. 118, 105 10 Ioh. 1, 9 14 Luc. 15, 8 16 et 20 Hebr. 8, 5; 10, 1, Coloss. 2, 16 19 Hebr. 5, 6; 7, 17 20 Exod. 27, 20 sq. 23 Galat. 4, 25 24 Matth. 23, 37, Ps. 83, 7

1 indicium (ium *ex* ulum) *A* namque] nam *PL* 2 iudaei debent *CXχ* 3 uellint *A* 4 incendit *X* absconso *χ* 5 super *P* (er *in ras.*) *EγT* 7 lucerna ... scriptum est *s. u. m3 A* 9 dei] dni *P* 12 autem] enim *Xχ* aliundem *P* (m *eras*) *L* 14 ut mna *Migne tacite* ut mina *C* ut anima *A* ut mnas *P* (nas *in ras. m. ant.*) *B* ut minus *L* ut mens *α* ut dragma *χ* utinam si *X*; *cf. VIII 91* ergo] enim *X* 17 ad *s. u. P* 18 in qua] quia *PL* 21 temporis *P m1* (bu *s. u. m2*) *L* ueteri *αCX* 22 modium *P* (-io *corr.*) *L* sita (s *add. m2*) *P* delitescit *EγTX*

illa autem Hierusalem quae in caelo est, in qua militat fides
nostra, in illo altissimo omnium locata monte, hoc est in
Christo, ecclesia non potest tenebris et ruinis mundi huius
abscondi, sed fulgens candore solis aeterni luce nos gratiae C
spiritalis inluminat.

100 Nunc uos, Pharisaei, prius quod deforis est calicis
11, 39 et catini mundatis. uides corpora nostra terrenorum et
fragilium expressione signari, quae breui lapsu praecipitata
frangantur. et facile ea quae mens uoluit interna per sensus
et gesta corporis prodi sicut illa quae calix interius continet
foris lucent. unde et in posterioribus non dubium est uocabulo D
calicis passionem corporis declarari, cum dicit dominus:
calicem quem mihi pater dedit non uis ut bibam illum?
bibit enim corpus suum qui corporalem fragilitatem spiritali
absorbet adfectu et quasi in mentem animumque transfundit,
ut interioribus exteriorum inbecillitas hauriatur. cernis igitur
quod nos non exteriora huius calicis aut catini, sed interiora
contaminant. et ideo quasi bonus praeceptor docuit quemad-
modum nostri mundare corporis contagium debeamus dicens: E
101 date elemosynam et ecce omnia munda sunt uobis.
11, 41 uides quanta remedia? mundat nos misericordia, mundat nos
dei sermo iuxta quod scriptum est: iam uos mundi estis
propter sermonem meum, quem locutus sum uobis.
nec hoc loco solum, sed etiam in aliis quanta gratia sit ex-
pressum tenes: elemosyna enim a morte liberat et: F
conclude elemosynam in corde pauperis et haec pro te
102 exorabit in die malo. totus itaque pulcherrimus abhinc

1 Gal. 4, 26, Hebr. 12, 22 11 Luc. 22, 42 13 Ioh. 18, 11
22 Ioh. 15, 3 25 Tob. 12, 9 26 Eccli. 29, 12 (15)

3 huius mundi *χ* 8 f]agilium (r *s.* l) *P* breuia *A* lapsa *P*
(v *s.* a *alt. m3*) *L* 9 frangantur *E* (v *s.* a *alt. m2*) franguntur *PBL*
uoluit mens *PL* 13 dedit pater *C* 15 adfectum *P* (m *exp. m3*) *L*
19 mundari *PL* 20 elemosinam *A* elimosinam *P* munda omnia *X*
*post* munda *add.* communia *A et* (*del.*) *α* (*cf. Act. 10, 14 sq.; 11, 8 sq.*)
23 loquutus *αFπV* 24 nec] non *PL* solo *PL et* (o *alt. ex* um) *B*
25 enim *om. X* 26 elimosinam *P* 27 pulcherrimus (h *s. u.*) *A*

dirigitur locus, ut quoniam nos ad studium simplicitatis inuitat, superflua Iudaeorum et terrena condemnet, qui secundum corpus intellegendo quae legis sunt uitro et catino propter fragilitatem sui non inmerito conparantur et ea de quibus nobis nullus est usus obseruant, ea autem in quibus nostrae spei fructus est neclegunt et ideo peccatum grande conmittunt, dum meliora despiciunt, et tamen ipsi peccato abolitio promittitur, si misericordia consequatur.

103 Breuiter autem uitia eorum multa praestringit, qui uiliorum 1435 A
11, 42 fructuum decimis conferendis omne studium intendant suum
nec ullum futuri iudicii metum nec aliquam dei habeant caritatem, cum opera sine fide uana sint; praetereunt enim iudicium et caritatem dei, iudicium ideo, quia non omnia quae agunt in iudicium referunt, caritatem ideo, quia non ex adfectu
104 deum diligunt. sed ne rursus fidei nos studiosos faciat, operum
neclegentes, perfectionem fidelis uiri breui sermone concludit, B
11, 42 ut et fide et operibus adprobetur, dicens: et haec oportuit
105 facere et illa non omittere. adrogantiam quoque iactantiamque redarguit Iudaeorum, dum primatus accubitionis in
11, 44 conuiuiis adpetunt. in ipsos quoque peritos legis damnationis sententia promulgatur, qui quasi sepulchra quae non apparent specie fallunt usuque decipiunt, ut cum foris speciosa promittant, intus plena faetoris includant. quod faciunt plerique C
doctores, qui ab aliis exigunt quod ipsi non queant aemulari. et ideo ipsi monumenta sunt, sicut et alibi dictum est: sepulchrum patens est guttur eorum.

19 Matth. 23, 6, Marc. 12, 39, Luc. 20, 46 23 Matth. 23, 27 25 Ps. 5, 11

2 et] in *P* (et *s.* in *m3*) *L* condemnat *PL* 4 et] quoniam *α et* (*s.* ct *m3*) *A* 6 neclegunt *A* neglegunt *cet.* 7 ipsi] ipsis *O et* (s *alt. s. u.*) *V* ipsius *π et* (us *s. u. m2*) *E* peccato (*corr. m2* ti) *PγV* peccati *Bπ* 9 multa *om. ET* perstringit *PGγL* 16 neclegentes *A* neglegentia *χ* neglegentes *cet.* fideles uero *P* (fidelis uiri *m3*) *BLX* uiri (*del. m3 et s.* in) *A* 17 et *ante* haec *om. χ* 18 quoque *om. ET* iactantiamque *om. Gγ* 21 sepulchra (h *s. u. m3*) *P* 22 uisuque *P* (i *s. u.*) deficiunt *χ* 23 plena] plena ossa *P* (ossa *s. u. m2*) *GγX* ossa plena *ed. Rom.* faetoris] pudoris *X* quod] quae *χ*

106 Bonus etiam locus aduersus superstitionem uanissimam
11, 47 Iudaeorum, qui aedificando sepulchra prophetarum patrum
suorum facta damnabant, aemulando autem paterna scelera in
se ipsos sententiam retorquebant. etenim propheticorum aedifi- D
catione tumulorum sceleris eos qui occiderant arguebant et
similium aemulatione factorum se quoque declarabant paternae
iniquitatis heredes. non igitur aedificatio, sed aemulatio loco
criminis aestimatur. neque enim possunt hereditariae iniqui-
tatis absolui qui dei filium crucifigendo quod grauius est
paternis cumulum sceleribus addiderunt. et ideo bene alibi
addidit: inplete mensuram patrum uestrorum, quia nihil
107 est ultra dei iniuriam grauius peccare quod possint. propterea E
11, 49 mittit ad illos sapientia apostolos et prophetas. quis est
sapientia nisi Christus? denique in Matthaeo habes: ecce ego
108 mitto ad uos prophetas et sapientes. arguuntur adhuc
11, 52 sub nomine Iudaeorum et futuro supplicio statuuntur obnoxii,
quia, cum doctrinam sibi diuinae cognitionis usurpent, alios
inpediant nec ipsi quod profitentur agnoscant.
109 Nonne quinque passeres ueniunt depondio et unus F
12, 6 sq. ex illis non est in obliuione coram domino? sed et
capilli capitis uestri omnes numerati sunt. nolite
timere, multis passeribus plures estis. pulcherrimum
locum tenendae simplicitatis et aemulandae fidei saluator inte-
xuit, ne Iudaeicae more perfidiae alia premamus adfectu, alia
uoce simulemus, cum ultimo tempore occulta cogitationum
accusantium aut etiam defendentium secretum nostrae men-

11 Matth. 23, 32 14 Matth. 23, 34 25 Rom. 2, 15

2 quia *A* qua *O* sepulcrha *A* 5 occiderunt *EγT* 7 iniquitatis] hereditatis *X* 8 possit *αC* 13 qui *PL* 17 quiạ *A* doctrinam (doc *s. u. m2*) *P* trinam *L* et alios *LX* 19 nonne (ne *s. u.*) *A* ueniunt *ABV et* (ueneunt *corr.*) *m3 PO, m2 EGπ* depondio *A* dopondio (i *s.* o *pr.*) *P* dipundio *B* (i *pr. in ras.*) *Gπ* dipondio *cet.* 22 pluris *αCEγT m3 P, m2 πV* 23 fidei] dī *P* (*s. m3* ł dš) *L* intexit *BX* 24 iudaeicae *A* iudaicae *cet.* perfidiae more χ 26 accusantiam *P* (v *s.* ạ *tert. m2*) *L*

tis aperitura uideantur. quae enim maior est simplicitatis
inlecebra, quam ut unusquisque cognoscat latebram fraudis esse
110 non posse? sed quoniam gemina est causa perfidiae, quia aut
ex inolita malitia aut ex accidenti metu nascitur, ne qui metu 1436 A
territus potestatis deum quem corde cognoscit negare cogatur,
12, 4 pulchre addidit animae tantum formidabile esse supplicium,
poenam corporis non esse metuendam — mors enim naturae
finis, non poena est — et ideo mortem supplicii corporalis
esse defectum, poenam uero animae esse perpetuam deumque
solum esse metuendum, cuius potestati non natura praescribat,
sed eadem natura subiaceat, mortem uero non esse terribilem,
111 quam locupletiore faenore sit inmortalitas redemtura. inspira- B
uerat dominus simplicitatis adfectum, uirtutem mentis erexerat,
fides sola nutabat; bene eam de uilioribus roborauit; nam si
deus obliuionem passerum non habet, hominum habere qui
potest? quod si tanta est dei et tam aeterna maiestas, ut
unus ex passeribus aut nostrorum numerus capillorum praeter
scientiam dei non sit, quam indignum est aestimare quod
fidelium corda dominus aut ignoret aut spernat, qui uiliora C
cognoscat!
112 Fortasse dicat aliquis: quomodo apostolus dixit: numquid

7 Cic. pro Mil. 101 (cf. or. Phil. XI, 3) 21 I Cor. 9, 9

1 aperitura] aperitur ut *PL et* (ut *in ras.*) *B* qui *L et* (*corr.* quẹ) *P*, (*corr.* que) π 3 quia] quae *PBL* 4 *inolita (e *eras.*) *P* accedenti *P* (i *s.* e *pr. m3*) *BEFOπT* accendenti *V* qui *A* quis *cet.* 5 corde (*eras.*) còrde *A* cogatur] conetur *PBL* 6 pulcre *P* *post* pulchre *add.* de passeribus posuit exemplum *omissis uerbis* addidit ... *u. 15* qui potest *X*, *qui uerba* animae tantum ... qui potestate *post uerba* religio enim (*p. 347, 27*) *exhibent. repetunt haec uerba* (ani) mae tantum ... qui potest *post uerba* religio enim (*p. 347, 27*) *PαCL ita, ut initio in P* mae tantum (*s. m3* docet animae), *in L* metantium (ti *ex* t), *in α* metu (tu *s. u. m2*) tantum, *in C* motu tantum *legantur. scripturas, quae altero loco extant, stellulis adpositis significaui* 6 formidabiles *P** formidabilis *L** 8 non *s. u. m3 A* poena *PαCL*X* poenae *cet.* 9 deumque] eoque dm̄ *PαCL** quod dms̄ *X* (eoque dn̄m *m2 O*) 10 potestatis (s *alt. eras.*) *P** 14 debilioribus (v *s.* b *pr. m3*) *PP** 16 potestate *PαCL*X*

*de bubus cura est deo*, cum utique bos passere pretiosior
sit? sed aliud est cura, aliud scientia. denique numerus capil-
lorum non in actu conputationis, sed in facilitate cognitionis
accipitur; non enim sollicitam deus curae numerantis intendit
excubiam, sed cui cognita sunt omnia quasi numerata sunt
omnia. bene tamen *numerati* dicuntur, quia illa quae uolumus D
113 seruare numeramus. possumus tamen hic discutere aliquod
intellegentiae spiritalis arcanum, praesertim cum hoc uideatur
absurdum, ut homines <non> potius hominibus quam pas-
seribus conparentur. uidentur enim quinque isti passeres
quinque esse corporis sensus, tactus odoratus gustus uisus
auditus, qui modo passerum si terrenarum sordium rimen-
tur inluuiem atque ex incultis locis ac faetidis cibum quae-
rant, delictorum suorum laqueis occupati ad superiorum E
operum fructus, quibus epulantur animi, reuolare non pos-
sunt. est enim lenocinantis quidam laqueus uoluptatis, qui
nostrorum uestigiis animorum quaedam uincla subnectat, ut si
igneum uigorem puritatemque naturae terrenae materiae sensus
hebetauerit, luxuriae pretio saecularis addictum sub quadam
114 uitiorum auctione constituat. sunt etiam quaedam nostrorum
nundinae delictorum. itaque uariarum capti inlecebris uolup-
tatum aut uenundamur sub peccato aut redimimur a peccato. F
Christus nos redimit, aduersarius uendit; ille auctionatur ad

18 Uerg. Aen. VI 730    22 Rom. 7, 14

1 dn̄o *B*    praetiosior *P*    4 sollicita *PBL*    6 numerari *P* (n *s. u.*) *B* numerare *L*    7 enumeramus *X*    aliquid *P* (o *s.* i *alt.*) *X* (-od *m2 V*)    9 non *add. a*    10 passeres isti *ET*    12 qui *B* (i *in ras.*) *et* (i *ex* o) *T*, quo *E* (i *s.* o *m2*) γ    modo (in modum *m2*) *E* modum *X* (in modum *m2 V*)    13 ac] et χ    foedis *PL*    15 factus *X* (f *eras. V*, -as *m2* π)    animae *PL*    16 uoluntatis *BLX* (*corr. m2 V*)    17 uincula *C*χ *et* (u *alt. s. u.*) π, (*eras.*) *V*    18 igneū (ū *s. u.*) *P*    19 hebetauerit *A* ebetauerit *E*γ*T* euitauerit *G* habitauerit *P* (habet. *m3*) *V* (*m2* haebetauerit) *cet.*    23 redimit *P m1 G m2* redemit *P m3 G m1 A*απχ    uendidit *A*    aucupatur (*in mg. m3* al. auctionatur) *A*

mortem, hic redimit ad salutem. unde bene Matthaeus duos passeres posuit corpus animamque significans, quoniam caro quoque si consentiens legi dei et exuens se lege peccati in naturam animae sensum puritate transierit, alis ad caelum spiritalibus eleuatur. itaque docemur quia uolandi nobis gratiam natura dedit, uoluptas abstulit, quae malorum escis grauat
115 animam atque in naturam corporeae molis inclinat. meritoque posuit quia nemo illorum cadit sine uoluntate dei; quod enim cadit, uergit in terram et quod uolat fastigio inmortalitatis euehitur. ne cui autem dubium esset quod Matthaeus dixit, 1437 A
Lucas euidenter absoluit, quia uoluntas dei cognitio est; non enim quicumque uoluntate dei cadit, sed qui delictorum suorum mole ruerit deum latere non poterit; nam et Iob ex uoluntate temtatur. dedit tibi aduersarium, sed proposuit praemium. nec excuses fragilitatem: quia habes imaginem, accepisti munitionem, unde et hoc proficit ad salutem, ut sine permissione dei diabolum nocere non posse cognoscas, ne potentiam diaboli magis timeas quam diuinitatis offensam. B

116 Iam illud non dubium est animae passerem conparari, cum legeris: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. et alibi: quomodo dicitis animae meae: transmigra in montes sicut passer? ipsum quoque hominem legimus passeri conparari, quia scriptum est: ego autem sicut passer singularis in aedificio, scilicet ex duobus passeribus in unum passerem, hoc est spiri-

1 et 8 Matth. 10, 29  14 Iob 1, 12  20 Ps. 123, 7  21 Ps. 10, 2  24 Ps. 101, 8

1 redimit *APm1 BCLπT m3* redemit *Pm3 Tm1 αEFγOV*  matheus bene *C*  3 legi dei *A* dei legi *cet.*  et *om. PBL*  legem *P* (m *eras.*) *BL*, legi *A*  4 sensuum *A* (u *alt. s. u. m2*) *cet.*  6 uoluntas *PBL*  11 uoluntas hominis deo cognita est *PBL*  12 quicumque] quicumque cadit *αC* quique *G*  14 sed *om. PL*  15 ne *B m1 E m2 FO*  excu*ses *P* excussus es *L*  quia *AαCX*, qui *cet.*  16 *post* hoc *add.* loco *X*  17 praemissione *P*  21 dicitis (di *s. u. m. ant.*) *P*  22 montes *A et* (s *s. u.*) *G* monte *α* montem *cet.*  24 quasi *ET*  singularis] unicus *χ*

talis substantiae subtilitatem concordantis utriusque alae conpage C
formatus. ergo passer bonus est, cui uolandi natura subpeditat.
est etiam malus passer, qui uolandi usum terrenae uitio labis
aboleuerit, quales sunt isti passeres, qui depondio ueniunt.
117 alibi asse ueniunt, alibi depondio. quanta uilitas delictorum!
mors enim uilis, sed pretiosa uirtus. etenim aduersarius tam-
quam captiua mancipia uilioris pretio aestimationis addicit, at
uero dominus tamquam speciosa seruitia, quae ad imaginem D
et similitudinem sui fecit, idoneus sui operis aestimator magno
pretio nos redemit, sicut sanctus apostolus dixit: emti enim
estis magno. et bene magno, quod non aestimatur aere,
sed sanguine, quia pro nobis Christus est mortuus, qui pre-
tioso nos sanguine liberauit, sicut etiam Petrus sanctus in
epistula conmemorat sua scribens ad nos: quia non corrup-
tibilibus argento uel auro inquit redemti estis de
uana uestra conuersatione paternae traditionis, E
sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et
inmaculati Christi Iesu. et bene pretioso, quia inma-
culati corporis sanguis est, quia sanguis est fili dei, qui non
solum de maledicto legis, sed etiam de inpietatis morte perpetua
118 nos redemit. in summa igitur hic sensus est: si dominus

5 Matth. 10, 29, Luc. 12, 6 8 Gen. 1, 27 10 I Cor. 6, 20
14 I Petr. 1, 18 sq. 19 Galat. 3, 13

1 concordantes *AX* 2 formatum *PBL* 4 oboleuerit *P* (a *s.* o *pr.*) *BL* depundio (i *s.* e) *A* dipundio *BCG* dipondio *cet.* ueniunt *BFGV et* (*corr.*) *m3 PO*, *m2* π 5 ueniunt *BFGV et* (*corr.*) *m2 A*π, *m3 PO* depondio *A* depundio π dipundio *BG* dipondio *cet.* uilitas *A*α*C*χ utilitas *cet.* 6 mor*s (i *eras.*) *P* 7 abdicit *P* addicta *X* ad *A* 9 estimatur *PL* 10 redemit (e *alt. ex* i *m2*) *P*, redemit (redimit *B*) nos *BF* 11 magno *AF* magno pretio *PBL* pretio magno α*C*χ *et* pretio *del. V*, pretio *extra u. m3 O*, *s. u. m2* π 12 quia *P* (a *s. u. m2*) *BL* est *om. X*. mortuus est xps χ 13 nos *om. X* petrus scs *A*α*X* scs petrus *PBCL*χ 15 uel] et χ inquit *om. X* empti *X* 17 praetio sanguinis *PBL* 18 ihu xpi *C* 19 sanguinis *PL*, sanguis eius *C* est] est unici χ fili *A*α*V* filii *cet.* (i *tert. s. u. O*π) 21 redemit (e *alt. ex* i *m3*) *P*

uilibus auibus et infidelibus hominibus uel in oriundo sole
uel in terrena fecunditate prospexit, si misericordiae suae F
omnibus munus inpertit, haut esse dubitandum contemplationem aput illum fidelium ualituram esse meritorum. praeclare autem et fidem acuendo intexuit et fidei ipsi uirtutum fundamenta subiecit: nam ut fortitudinis incentiuum est fides ita fidei firmamentum est fortitudo.

119 Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis
12, 10 remittetur illi, in spiritum autem sanctum qui dixerit non remittetur ei. utique filium hominis Christum
intellegimus, qui de sancto spiritu generatus et uirgine est, 1438 A
quod parens eius in terris sola sit uirgo. numquid ergo maior sanctus spiritus Christo, ut in Christum peccantes ueniam consequantur, in sanctum spiritum delinquentes remissionem non mereantur adipisci? sed ubi unitas potestatis est, nulla conparationis est quaestio neque controuersia magnitudinis, cum magnus sit dominus et magnitudinis eius finis esse
non possit. si igitur, quod credimus, unitas trinitatis est, B
indiscreta utique magnitudo, sicut indiscreta operatio, quod in sequentibus demonstratur; nam cum alibi dictum sit:
120 pater uobis dat quod loquamini, hic subiecit: spiritus enim
12, 12 sanctus docebit uos in illa hora quae oportet dicere.
ergo si operatio una est, una est et contumelia. sed ad proposita reuertamur. hic uidetur quibusdam ut eundem et filium hominis et spiritum sanctum Christum intellegamus salua

17 Ps. 144, 3 21 Matth. 10, 19 sq.

1 horiundo (h *eras.*) sole (e *ex* i *m2*) *P* 3 haut] non *PL* 6 ut** *A* 8 uerbum (uer *in spatio uacuo m. ant.*) *P* 9 remittetur (t *pr. s. u. m2*) *A* illi] ei χ 11 intellegemus π*V* intellegamus *O* spu sco γ*O* et *AB*χ ex *C* (*exp. et s. scr.* et) et ex *X* in *P*α*L* 12 maior *in mg. m. ant. P* maior est α*OV*χ 13 scs sps xpo *PBLX*χ *et* (xpo *s. u. m3*) *A* sps scs xpo α*C* 15 non *s. u. m3 A* est et *PBL* 16 conparationes( -is *corr.*) *PL* 21 quid *ET* loquimini *A* subiecit (t *s. u.*) *A* 22 quae (e *in ras.*) *P* oporteat *A* (a *s. u. m3*) χ 23 et *om. PL* contumelia (e *ex* i *m3*) *P* 24 ut *exp. m3 A* et (*s. m3* ut) *A*

distinctione personarum et unitate substantiae, quia unus et C
deus et homo Christus idem spiritus, sicut scriptum est:
spiritus ante faciem nostram Christus dominus,
idem sanctus, quia sicut deus pater et filius dominus et
dominus pater et filius deus, ita etiam et pater sanctus et
filius sanctus et spiritus sanctus. denique Cherubin et Serafin
indefessis uocibus clamant: sanctus sanctus sanctus, ut
trinitas repetita tertia appellatione signetur. si ergo utrumque
Christus est, quae est diuersitas nisi ut sciamus quia diuini-
12, 9 tatem Christi nobis negare non liceat? denique in persecutione D
quid quaeritur nisi ut deum Christum negemus? itaque qui-
cumque non confitetur in Christo deum et ex deo atque
in deo Christum ueniam non meretur. sed etiam quicum-
que spiritus non confitetur Christum in carne
uenisse ex deo non est; qui enim hominem negauit deum
121 negauit, quia deus in homine et homo in deo Christus. plerique
tamen illud tenent, ut eam blasphemiam dicant non esse E
ueniabilem, si quis Christum dicat in Belzebub eicere dae-
monia, non potestate diuina.
122 Et ait quidam de turba: magister, dic fratri meo
12, 13 sq. ut diuidat mecum hereditatem. at ille dixit ei:
homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem
supra uos? totus hic locus ad subeundam pro confessione
domini passionem aut contemtu mortis aut spe praemii aut
mansuri denuntiatione supplicii, cui numquam uenia laxetur, F
instruitur. et quoniam auaritia plerumque solet temtare uir-
tutem, etiam huius abolendae rei praeceptum subicitur et

3 Thren. 4, 20 7 Esai. 6, 3 13 I Ioh. 4, 2 sq. Gen. 4, 13
18 Luc. 11, 15

1 distintione *P* 4 filius deus *et* 5 filius dominus *Costerius* 6 cherubim *ET* sarafin *A* 8 tertia] trina *γ* 10 persequtione *A* persequutione *α* 11 ds̄ xp̄s negetur *PL* deum] dnm *Gγ* ita (*om.* que) *P* 12 *ante* non *add.* spiritus *L Maurini* 13 merebitur *Xχ* 17 blasfemiam *P* dicat *A* 18 beelzebul *Pα* beelzebub *BLT et* (e *pr. eras.*) *V* 20 turbis *X* 21 ut *s. u. m3 P*, *om. L* ad *A* 25 numquam (quam *s. u.*) *P* 26 temtare (i *s.* e *alt.*, *eras.*) *P*

exemplum dicente domino: *quis me constituit iudicem aut diuisorem supra uos?* bene terrena declinat qui propter diuina descenderat nec iudex esse dignatur litium et arbiter facultatum uiuorum habens mortuorumque iudicium arbitriumque meritorum. non ergo quid petas, sed a quo postules intuendum est, nec maioribus intento animo putes minoribus obstrependum. unde non inmerito refutatur hic frater, qui dispensatorem caelestium gestiebat corruptibilibus occupare. 1439 A cum inter fratres patrimonium non iudex medius, sed pietas debeat sequestra diuidere, quamquam inmortalitatis patrimonium, non pecuniae sit hominibus expetendum; frustra enim
12, 17 sq. congregat opes qui se his nescit usurum, sicut ille qui cum repleta horrea nouis messibus rumperentur, exuberantium sibi fructuum receptacula praeparabat, cui congregaret ignarus. remanent enim in saeculo cuncta quae saeculi sunt et praetereunt a nobis quaecumque congregantur heredibus; neque enim B nostra sunt quae non possumus auferre nobiscum. sola uirtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quae caelestium dux et praeuia mansionum pecuniae uilis usura tabernacula defunctis adquirit aeterna, sicut domini praecepta testantur dicentis ad nos: *facite uobis amicos de iniquo mamona, qui uos recipiant in aeterna tabernacula sua.* bonum itaque ac salutare praeceptum et idoneum, quod uel auaros possit animare, quo studeant corruptibilia perennibus, C terrena mutare diuinis. sed quoniam plerumque deuotio fidei infirmitate reuocatur et ad conferendum patrimonium

4 Act. 10, 42, II Tim. 4, 1 12 Uerg. Georg. I 49 14 Ps. 38, 7 19 Ioh. 14, 2 19 Ouid. Ib. 264 (praeuia duxque) 21 Luc. 16, 9

4 facultatem *P* (v *s.* e *m3*) *L* 5 sed et a *PL* 7 perstrependum (*in mg. m3* obstre) *A* 8 despensatorem *PB* (disp. *m3 P*, *m2 B*) 11 pecunia *PBL* sint *P* (n *exp.*) *L* 12 cum (m *s. u.*) repleta hor repleta horrea *A* 13 nobis *P* (v *s.* b) *L* ne nouis *A* 15 etenim remanent *C* 16 a *A om. cet.* 19 dux et *scripsi* dux est *A* dux *cet.* 22 mammona *BCFχ* aeterna tabercula sua (taber *s. u. m3*) *P; in L* terna tabernacula sua *in ras.* 24 auarus *AαLV m1* quod *PLX* 26 reuocantur (n *eras.*) *L*

promti uictus sui consideratione retrahuntur, eo addidit dominus
123 dicens: nolite solliciti esse animae quid manducetis
12, 22 sq. neque corpori quid uestiamini. anima plus est
quam esca et corpus quam uestimentum. nihil enim D
moralius ad faciendam fidem omnia credentibus a deo posse
conferri quam quod aerius ille spiritus uitale collegium animae
corporisque contubernio foederatum sine nostro labore perpetuat,
nec salutaris deficit usus alimenti, nisi cum uenerit dies suprema
moriendi. cum igitur anima indumento corporis uestiatur et ui-
gore animae corpus animetur. absurdum est ut uictus nobis copiam
defuturam putemus, qui uiuendi iugem substantiam consequamur. E
124 Considerate inquit uolatilia caeli. magnum sane et
aptum quod fide sequamur exemplum. nam si uolatilibus caeli,
quibus nullum exercitium cultionis, nullus de messium fecun-
ditate prouentus est, indeficientem tamen prouidentia diuina
largitur alimoniam, uerum est causam inopiae nostrae auari-
tiam uideri. etenim illis idcirco inelaborati pabuli usus exuberat,
quod fructus sibi conmunem ad escam datos speciali quodam F
nesciunt uindicare dominatu, nos conmunia amisimus, dum
propria uindicamus; nam nec proprium quicquam est, ubi
perpetuum nihil est, nec certa copia, ubi incertus euentus. cur
enim diuitias tuas aestimes, cum tibi deus etiam uictum cum
ceteris animantibus uoluerit esse conmunem? aues caeli speciale
sibi nihil uindicant et ideo pabulis indigere nesciunt, quia
125 non norunt aliis inuidere. considerate lilia quomodo
12, 27 sq. crescunt; et infra: si autem faenum, quod hodie est
et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit. bonus
quidem sermo atque moralis, quod ad fidem nos diuinae
misericordiae conferendae uel iuxta litteram, quia ad staturam 1440 A

12 Matth. 6, 26 23 Ps. 103, 14

1 eo hec (hec *del.*) *A* ideo *EγT* 3 pluris (ri *eras.*) *P* 4 *in uerbo* esca *desinit A* 7 perpetua *P* (o *s.* ạ *m2*) *αB* 8 defecit *αLX* 12 uidete *C* 14 cultionibus *PL* 16 uerum inest *E* (in *eras.*) *γT* ea est *G* 17 uideri] iudicare *αχ* inelaboranti *L* sine laboranti *X* (*π m1 V m1*) sine laborati *χ* sine labore *Cπ m2 V m2* papuli (b *s.* p *alt. m2*) *P* 22 enim] enim ut *PBL* 26 hodie in agro est *χ* 28 diuinae nos *C*

12, 25 corporis nostri, uel spiritaliter, quia supra mensuram staturae
nostrae sine dei fauore nihil ualemus adiungere, conparatione
floris et faeni sermo dominicus prouocauit. quid enim tam
morale ad persuasionem, quam cum uideas quod etiam quae
sunt inrationabilia sic dei prospicientia uestiuntur, ut nullo
usu uel ad gratiam egeant uel ornatum, multo magis credas
rationabilem hominem, si omnem sui usum in deo conlocet
nec studio nutandi uiolet fidem, numquam egere posse, eo B
126 quod iure praesumserit de fauore diuino? sed tamen ut etiam
altius ista pendamus, quia non otiosum uidetur quod flos uel
12, 27 homini confertur uel certe plus paene quam hominibus in Salo-
mone praefertur, qui tantum meruit ut uel in specie templum
deo conderet uel in mysterio Christi ecclesiam figuraret, non
alienum uidetur ut per claritatem coloris angelorum caelestium C
gloriam putemus expressam, qui uere mundi istius flores sunt,
quod eorum claritatibus mundus ornatur, et bonum odorem
sanctificationis adspirant. quorum praesidio fulti possumus
dicere: b o n u s o d o r C h r i s t i s u m u s d e o i n h i s q u i
s a l u i f i u n t, qui nulla sollicitudine praepediti, nullo usu
laboris exerciti diuinae in se liberalitatis gratiam et caelestis
12, 27 seruant dona naturae. unde bene et hic uestitus gloria sua
Salomon et alibi coopertus ostenditur, quod infirmitatem cor-
poreae naturae ueluti uirtute quadam mentis adopertam operum D
gloria uestiebat. angeli uero, quorum natura diuinior expers
manet iniuriae corporalis, recte licet maximo uiro consideratione
tamen nostrae iniuriae praeferuntur. ergo quoniam per resurrec-
tionem erunt homines sicut angeli in caelis, nos quoque
exemplo angelorum gloriae caelestis augmentum dominus, qui

12 Reg. III 6, 5  14 Ioh. 20, 12  18 II Cor. 2, 15  22 Matth. 6, 29  26 Matth. 22, 30

3 nos floris *αXχ*  8 mutandi *Erasmus*  10 pandamus *X*  11 paene *om. PL*, paene quam *post* hominibus *π*  14 praeclaritatem *P* (*m2* per cl.) *B*  15 istius mundi *PBL*  17 possimus *X*  19 laboris usu *B*  20 exercitati (ta *s. u. m3*) *P*, exercitii (*uel* -tu) *χ*  21 uestitur *P* (s *s.* r) *L*  23 ueluti (i *s. u.*) *P*  uirtutem quandam *PBL*  24 expers (s *s. u.*) *P*  26 per *Pm1* post *Pm3 α*  28 aumentum *P*

et illis eam tribuit, sperare praecepit, quoad absorbeatur hoc
mortale a uita; oportet enim corruptibile hoc induere E
incorruptelam et mortale hoc induere inmortali-
tatem.

127 Plerique etiam conparationem hanc secundum naturam floris
et usum putant propositi germinis aptiorem, eo quod lilia
nullius annui usus cultum requirant nec sicut erga prouentum
fructuum ceterorum ita etiam erga generationem istius floris
sollicitis in orbem redeat labor actus agricolis. quibuslibet
enim siccitatibus agri omne illud quod alitur in florem quadam F
uirtute genitali ex sese atque in se suci semper manentis ani-
matur. ita cum foliorum puberum caulem uideas aruisse, floris
tamen natura uiuescit; absconditur enim uiriditas, non amit-
titur. at ubi uernis fuerit prouocata blanditiis, indumentum
germinis comam floris liliiue resumit ornatus. quem locum
nunc, quoniam alibi uberius tractatum esse reminiscimur,
128 praestrinxisse satis est, ne in eadem sit recursus; illud delectat
aduertere quia non in asperitatibus montium incultisque
siluarum lilia, sed in hortorum amoenitate generantur. sunt
enim horti quidam diuersarum pomiferi uirtutum iuxta quod
scriptum est: hortus clausus soror mea sponsa, hor-
tus clausus, fons signatus, eo quod ubi integritas, ubi

2 I Cor. 15, 53 9 Uerg. Georg. II, 401 12 Uerg. Aen. XII, 413 16 De uirginitate 51 sq. 21 Cant. 4, 12

1 eam illis *C* quoadusque χ quod *X* (*s. m2* ł quando *V*) obsorbeatur *CFO*χ (abs. *m2 E*) 2 hoc corruptibile *X* 7 annui *BGX* annui anni *E et* (anni *del. m2*) γ anni annui *T* anni *cet.* uisus *X* 8 fructuum (u *tert. s. u.*) *P* 9 sollicitis (v *s.* i *tert. m2*) *P*, sollicitus *E* (-is *m2*) *T* 11 genitale *P* (i *s.* ę *alt. m3*) *B* esse *P* (*ex* sese *m3*) *BL* suci] sci *P* (*exp. et s. scr. m3* se) *L* 12 filiorum *P* (o *s.* i *pr.*) *C* liliorum *O* foliorum (fo *in ras.*) *E* puberem (b *ex* u *m2*) *P* puluerem *BL* 13 uirescit *ET*χ *et* (ui *add. m2*) α 14 ad *P et m1 V* ast α*G*γ ạ blanditiis *P* 15 liliiue *L e corr.*, liliisue *PB et* (s *eras.*) *L* lilii sui *C*χ lileus ui *X et corr. E* quem . . . recursus *in mg. inf. m3 P*, *om. L* 16 uberius et esse *om. P* 17 praestruxisse (s *alt. postea add.*) *P* perstrinxisse *EG*γ delectat aduertere] quoque aduertendum est *PL* 18 in *s. u. OV*, *om. L*π 19 lilia siluarum *C* 21 *et* 22 clusus *G* conclusus *B* (con *s. u. m2*) *E*γ*TX*

castitas, ubi religio, ubi fida silentia secretorum, ubi claritas 1441 A
angelorum est, illic confessorum uiolae, lilia uirginum, rosae
martyrum sunt. nec incongruum quisquam putet quod angelis
lilia conparentur, cum lilium se Christus ipse memorauerit
dicens: ego flos campi et lilium conuallium. et bene
lilium Christus, quia ubi martyrum sanguis ibi Christus, qui
est flos sublimis inmaculatus innoxius, in quo non spinarum
offendat asperitas, sed gratia circumfusa clarescat; sunt enim
spinae rosarum, quia tormenta sunt martyrum. non habet spinas B
129 inoffensa diuinitas, quae tormenta non sensit. ergo lilia uel
angeli supra hominum gloriam uestiuntur: nec in nobis miseri
cordiam dei desperare debemus, quibus per resurrectionis gra-
tiam dominus similem angelorum speciem pollicetur. quo loco
etiam illam uidetur praestringere quaestionem, quam etiam
apostolus non omisit, quia gentes huius mundi quaerunt, quo- C
130 modo resurgant mortui et quali corpore ueniant. nam cum
12, 31 dicat: quaerite regnum dei et haec omnia adicientur
uobis, nec ad praesens nec in reliquum fidelibus ostendit
gratiam defuturam, si modo qui diuina desiderant terrena non
quaerant. indecorum quippe est homines curare de cibo, qui
militant regno. nouit rex quemadmodum familiam suam pascat
alat uestiat, et ideo dixit: iacta in deum cogitatum tuum
et ipse te enutriet. D
12, 49 sq. Ignem ueni mittere in terram et quid uolo nisi
iam accendatur? baptisma habeo baptizari et quo-
131 modo angor, usquedum perficiatur? in superioribus
uigilare nos uoluit per omnia exspectantes momenta domini

1 Uerg. Aen. III 112 5 Cant. 2, 1 12 Matth. 22, 30 14 I Cor. 15, 35 21 II Cor. 10, 3 22 Ps. 54, 23

5 ego sum *χ* 6 quia ... Christus *om. PL* 8 sint enim *αX* 10 quae] quia *G* non sentit tormenta *X* 10 ergo si *PBLχ* 11 hominem *P* (v *s.* em *m2*) *Lπ* 14 perstringere *PLχ* 18 in] ad *X* 19 desiderat *et* 20 quaerit *X* 21 de regno *αC* 22 deum] dno *Cχ* 23 enutruet *P* 24 nisi π 25 iam *PαBL et* (iam *exp.*) π, et iam ut *V* (et *s. u.*) *FO*, ut *C et* (*s. u. m2*) *E*, *om. GγT* baptismo *C* (o *ex* a) quomodo (do *s. u.*) *P*

salutaris aduentum, ne dum aliquis remittit et neglegit de die in diem opera sua differens, iudicii futuri die uel propria morte praeuentus meritum suae conmendationis amittat. ·et E
illa quidem in omnes praecepti forma generalis, uerum series sequentis exempli dispensatoribus, hoc est sacerdotibus uidetur esse proposita, quo sciant sibi grauem in futurum poenam esse subeundam, si saecularibus intenti deliciis familiam
132 domini plebemque conmissam sibi gubernare neglexerint. sed quia exiguus est profectus et parua meritorum gratia supplicii metu ab errore reuocari maiorque praerogatiua caritatis et F
amoris, eo dominus ad promerendam sui gratiam studia nostra acuit et adquirendae cupiditate diuinitatis inflammat dicens: *ignem ueni mittere in terram*, non utique illum ignem consumtorem bonorum, sed bonae uoluntatis auctorem, qui aurea dominicae domus uasa meliorat, faenum uero consumit et stipulam. ac saecularia omnia mundi uoluptate concreta perituraeque opus carnis exurit ignis ille diuinus, qui flammigerabat in ossibus prophetarum, sicut sanctus Hieremias dicit: 1442 A
*quia factum est sicut ignis ardens flammigerans in ossibus meis*. est enim ignis domini, de quo dictum est: *ignis ante eum ardebit*. est et idem dominus ignis, sicut ipse dixit: *ego sum ignis ardens et non consumens*; ignis enim domini lumen aeternum est. quo igni illae
12, 35 accenduntur lucernae, de quibus supra dixit: *sint autem lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes*. et ideo quia nox est huius dies uitae, lucerna est necessaria·

15 cf. I Cor. 3, 12 sqq. 19 Hier. 20, 9 21 Ps. 96, 3 22 Exod. 3, 2, cf. 24, 17 Deut. 4, 24, Hebr. 12, 29

1 saluatoris *PELT* 2 differt χ diem (*ante* uel) *PBLX* (m *del. V*) 5 uideretur *X* (re *exp. V*) 6 quod *P* 9 profectus est *PL*, est *om. G* 11 eo *αCγV*, est *PL*, *om. cet.* 12 acuris *P* (acuit *m3*) *L* 16 uoluntate *PaL* concreata *P*, congregata *G* 17 ille ignis χ 19 factus *α*χ 21 eum] ipsum *X* 23 igni] ignis *P* (s *eras.*) *α* igne *EγT* ille *P* ille de quo *α* 26 huius dies *αB* dies huius *C*χ huius diei *cet.* uita *O*

hunc ignem in se etiam Ammaus et Cleopas a domino missum esse testantur dicentes: nonne cor nostrum ardens erat in uia, cum aperiret nobis scripturas? euidenter itaque docuerunt qualis istius sit ignis operatio, qui secreta cordis inluminat. ideo fortasse dominus in igne uenturus est, ut resurrectionis tempore uitia uniuersa consumat suique conspectu desideria conpleat singulorum meritorumque et mysteriorum lumen accendat. B

133 Tanta itaque domini dignatio est, ut infundendae nobis deuotionis et consummandae perfectionis in nobis et maturandae pro nobis studium passionis sibi inesse testetur. qui cum in se nihil habuerit quod doleret, nostris tamen angebatur aerumnis et sub tempore mortis maestitiam praetendebat, quam non ex metu mortis suae, sed ex mora nostrae redemtionis adsumserat iuxta quod scriptum est: et quomodo angor, usquedum perficiatur? utique qui usque ad perfectionem angitur de perfectione securus est. sed etiam alibi: tristis inquit est anima mea usque ad mortem. non propter mortem, sed usque ad mortem tristis est dominus, quia eum condicio corporalis adfectus, non formido mortis offendit. nam qui corpus suscepit omnia debuit subire quae corporis sunt, ut esuriret sitiret angeretur contristaretur, diuinitas autem conmutari per hos nescit adfectus. simul ostendit quod in certamine passionis C D

2 Luc. 24, 32 17 Matth. 26, 38

1 aemaus *FV et* (*m2 in mg.* emmaon) *O* aemmaus (e *s. u. m2*) *E* emmaus *L* cleophas *BLπχ* 2 ardens (erat *extra u.*) *P*, erat ardens *BL* uidentes *PBLX* 4 ignis sit *χ* 5 et ideo *χ* 10 consumandae *PαCFGπV* in nobis perfectionis *X* 11 in se] ipse *L* 13 praetendebat (t *alt. s. u.*) *P* 14 nostrae (e *s. u. m2*) *P* 15 et *om. αT* 16 perficiantur (n *eras.*) *P* proficiantur *L* 17 de *om. X* sed etiam] et ait *PL* est inquit *PBL* 19 ad mortem *om. X* 21 et sitiret *C* 22 angeret angeretur *PL* et angeretur et *C* 23 in certamine ... corporis *in mg. sup. m3 P*, *om. L*

mors corporis absolutio anxietudinis, non coaceruatio sit doloris.

12, 51—53 Putatis quod pacem ueni dare in terram? non E
dico uobis, sed separationem. erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duo et duo in tres diuidentur. pater in filium et filius in patrem diuidentur, mater in filiam et filia in matrem, socrus in nurum suam et nurus in socrum suam.
134 cum in omnibus fere euangelicis locis spiritalis intellectus operetur, tamen in praesenti maxime ne quem duritia nudae expositionis offendat, spiritali altitudine sensus series tempe- F
randa est, praesertim cum sacrosancta religio moralibus disciplinis et mitibus pietatis exemplis etiam fidei exules ad reuerentiam tamen sui clementer inuitet, ut praeuia fidei disciplina mansuetudine sui superstitionum dura dissoluat et obnoxias erroribus mentes cogat etiam fide credere, quas potuit pietate mulcere. etenim cum fidei alta pectoribus non capiuntur infirmis, per ea quae praecepta sunt ea quae ueneranda sunt aestimantur, ut iusta de iusto, sancta de sancto bonorum 1443 A
135 suorum bonum testentur auctorem. ergo dominum illum, qui simul diuinitatis reuerentiam et pietatis gratiam suadere conplexus est dicens: diliges dominum deum tuum et diliges proximum tuum, ita nunc mutatum esse opinabimur, ut aboleret necessitudinum nomina, conlideret pietatis affectus? carissimorum pignorum discidia mandasse credamus? et quomodo ipse est pax nostra, qui fecit utraque

22 Luc. 10, 27    26 Ephes. 2, 14

1 anxietatis *PL*    coacerbatio (v *s.* b *m2*) *P*    4 enim] autem *γ*    5 diuisit *P* (t *eras.*) *L*    duo *pr.*] duos *CO*    et *PLχ* (*cf. 342, 21*) *om. αBCX* (*s. u. m2 F; cf. 343, 7*)    6 in filiom (v *s.* o) *P*    7 diuidentur] suum *χ*    10 tamen *PC et* (*ex* tum) *B* tum *ET* istum *G* dum *γ* tunc *αX*, *om. L*    praesenti* (s *eras.*) *P* praesentia *χ*    11 speritali (i *s.* e *m2*) *P*    15 mansuetudinis *P* (-e *m3*) *L*    22 *et* 23 diligis *PαGX* (-es *m3 P*, *m2 GπV*)    deum *om. X*    23 opinabitur *X*    24 abolere *corr. πV*    necessitudinem *P* (v̄ *s.* ė) *L*    conlideret *PαBC*, conlidere *cet.*    26 est ipse *PBL*

unum? quomodo ipse dicit: pacem meam do uobis, B
pacem meam relinquo uobis, si parentes a filiis, filios a
parentibus discidio necessitudinis separaturus aduenit? quomodo
maledictus qui non honorat patrem, religiosus qui
136 deserit? sed si aduertamus quia prima causa religionis, secunda
pietatis est, enodem etiam hanc aestimabimus quaestionem;
oportet enim ut diuinis humana posthabeas. nam si officium
parentibus exhibendum est, quanto magis auctori parentum, C
cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes! aut si illi omnino
non recognoscunt parentem, quemadmodum tu recognoscas?
non igitur dicit renuntiandum esse pignoribus, sed deum
omnibus praeferendum. denique habes in alio libro: qui
diligit patrem aut matrem plus quam me non est
me dignus. non diligere parentes, sed deo praeferre prohi-
beris; etenim naturae pignora domini beneficia sunt nec quis-
quam debet plus amare beneficium quod accepit quam deum D
a quo beneficium seruatur acceptum. ergo etiam secundum
litteram pie intellegentibus expositio religiosa non deest, subest
tamen quo altius referendum putemus hunc sensum, quia
137 addidit: erunt ex hoc quinque in domo una diuisi,
tres in duo et duo in tres diuidentur. qui sunt enim
quinque, cum sex personarum uideatur facta subiectio, patris
et filii, matris et filiae, socrus et nurus? quamquam eadem E
mater quae socrus accipi possit; quae enim mater est filii
socrus eius uxoris est, ut iuxta litteram quoque numeri non
absurda sit ratio liquidoque clareat fidem uinculis nexam non
esse naturae, quia licet officio pietatis obnoxii fide tamen liberi
sunt.

1 Ioh. 14, 27 4 Deut. 27, 16 12 Matth. 10, 37

1 dixit *B* 2 derelinquo χ 3 necessitudines *P* (-is *corr.*) *L* 6 enodem *Pa* (e *s.* en *m2*) *C* in eodem χ eodem *cet.* estimauimus *PaBLX* (-bimus *m2 V*) 11 dnm *X* 12 in alio libro *in ras. P* 13 plus quam] super χ 14 dignus me *PL* sed eos deo *PL* 16 accipit *P* 19 hunc esse sensum (esse *eras.*) *P* 20 quinque quẹ (n *s. u*) *P* quinque quae *L* 21 in duos (o *ex* a) *X* (s *eras. O*) 22 facta uideatur χ facta esse *X* 23 filii *P* (i *tert. s. u.*) 27 qu o (o *add m2*) *P* quo *aL*

138 Non incongruum quoque uidetur, si mystica interpretatione enodemus hunc sensum. domus una homo unus est; unusquisque enim domus aut dei est aut diaboli. itaque domus F
spiritalis homo est spiritalis, sicut habemus in epistula Petri: *et uos tamquam lapides uiui aedificamini domus spiritalis in sacerdotium sanctum*. in hac ergo domo duo in tres, tres in duo diuiduntur. duo legimus frequenter animam et corpus. quodsi duobus in terra conuenerit, effecit utraque unum. et alibi: *castigo corpus meum et serui-*
139 *tuti redigo*. aliud est quod seruit, aliud cui subicitur. si duos agnouimus, etiam tres agnoscamus, quod procliue ex illis 1444 A
duobus est intellegere. tres enim animae in corpore adfectiones sunt, una rationabilis, alia concupiscibilis, tertia inpetibilis, hoc est λογιστικόν, ἐπιθυμητικόν, θυμικόν. non ergo duo in duo, sed duo in tres et tres in duo diuidentur; etenim per aduentum Christi homo qui erat inrationabilis rationabilis factus est. ante eramus similes bestiarum, quae rationem nesciunt, eramus carnales, eramus terreni iuxta sententiam: *terra es et in terram ibis*. uenit dei filius, misit spiritum suum in corda B
nostra, facti sumus filii spiritales.

5 I Petr. 2, 5  8 Matth. 18, 19, Ephes. 2, 14  9 I Cor. 9, 27  14 cf. Plat. Tim. 89 E, Aristot. Magn. Moral. 1185 a 20; at quattuor partes ipse Ambrosius distinguit De Abraham II 54 et De uirginitate 113 sq.  18 Gen. 3, 19  19 Gal. 4, 6  20 Gal. 3, 26, cf. 6, 1

1 uidetur ... interpretatione *in mg. inf. P*  mistica *PL*  2 inodemus (e *s.* i *m3*) *P*  4 sicut ait scs petrus: et uos *PL*  5 uiui (i *alt. s. u.*) *P*  7 tres///tres *P*  in duos (s *s. u.*) *V*  duo *PL* duos *cet.*  8 terram *αB* effecit *αB* et fecit *PX* efficit *C* efficiuntur *χ* *et* (*s. m2*) *O*  10 redigo] subicio *PL*  *ante* cui *add.* est *PLT et* (est *s. u.*) *E*  cui] quo *G* quód *EγT*  13 inpetibilis *PBL et* (*s.* al. inrationabilis) *C* inrationalis *α* inpenetrabilis *cet.* (*s. m2* ł irascibilis *E*), *cf. De uirginitate 113*  14 hoc est ... θυμικόν *om. PL*, hoc est *cum spatio Graecis omissis Em1 T*  ΛΟΓΙCΤΙΚΟΝ *α* ΛΟΓΙCΤΙΚΟΙ (o *pr. s. u.*) *B* ΛΟΓΙCθΙΚΟΝ *C* ꝺORICTON *XEm2* ꝺOΓcTIKON *Gγ*  ἐπιθυμητικὸν *scripsi* ΕΠeθΙΜΙΤΙΚων *α* ΠΙΟΥΛaΗΙΚΟΝ *B*, *om. C* ϵΤΝθΥωΗΤΙΚΟΝ *XEm2* ΗΝΙCΥΜΚΤΙΚΟΝ *Gγ*  θυμικόν *scripsi* ΙΥΜΥΚΟΝ *B* θΥωΚθιΚωΝ *C*, *om. α* ΟΥCΥΚΟΝ *XEm2* ϵΥΜΚΟΝ *Gγ*  15 diuiduntur *α*  17 bestiarum (is *s.* arum *m2*) *P*  18 dn̄i sententiam *χ*  19 filii *P* (i *postea add.*) *cet.*

140 Possumus dicere quia in hac domo sunt alii quinque, id est odor tactus gustus uisus auditus. ergo si secundum ea quae audimus aut legimus separato sensu uisus atque auditus excludamus superfluas corporis uoluptates, quae gustu tactuque et odore pariuntur, duos in tres diuidimus, eo quod mentis habitus uitiorum non capiatur inlecebris, sed aemulatione uirtutis a lenociniis se uoluptatis abducat nec fiat omnium C
una consensio, quae praecipitet in errorem, sed diuidendo se separent desideria cordis et officia uirtutis. aut si quinque sensus accipimus corporales, uitia iam corporis et peccata se separant. et fortasse quinque sunt quos fratres suos ille in euangelio diues luxuriosus adpellat qui cruciari describitur aput inferos, quibus mandari rogat ut nouerint in hoc saeculo delicias abdicandas, ut possint requiem habere post saecu-
141 lum studia uirtutis. possunt etiam uideri caro atque anima D
ab odore tactu gustuque luxuriae separatae in una domo se aduersus incursantia uitia diuidentes, caro et anima subicientes se dei legi, remouentes a lege peccati. quorum licet dissensio per praeuaricationem primi hominis in naturam uerterit, ut nequaquam sibi paribus ad uirtutem studiis conuenirent, tamen per crucem domini salutaris tam inimicitiis quam etiam mandatorum lege uacuatis in societatis concordiam con- E
gruerunt, posteaquam Christus e caelo pax nostra descendens fecit utraque unum et medium parietem maceriae

11 Luc. 16, 23 et 28 15 Augustinus contra Iul. Pelág. II 5, 10 (*possunt* ... 24 *utraque unum*) 18 Rom. 7, 25 23 Ephes. 2, 14—16

2 et auditus *X* si *om. aBL* 3 audiuimus *aXχ* aut *s. u. m3 P*, *om. L* 5 duo *ET* ter tres *X* diuidemus *χ* 7 nec] ne *ET* et ne *PBL* 8 praecipit *PBL* errore *PaBL* diuidendos *PL* se *extra u. P*, *om. X* (se *pro* sed) 13 nouerint (n *alt. s. u.*) *P* 15 studio *Costerius* caro uideri *C* atque] et *PL* 16 olere *PL* odore (do *in ras. m.2*) *B* separatae *ET Augustinus* separata *cet.* 17 uitia *in ras. P* caro et anima *om. Augustinus* 18 legi dei *Augustinus* remouentes se *χ Augustinus* 20 ut *om. PFOπ*, *in ras. V* 21 saluatoris *χ* saluatoris salutaris *X* 22 euacuatis *ET* societatis (ta *s. u.*) *P* 23 e] de *L*

soluit inimicitias in carne sua lege mandatorum in decretis euacuans, ut duos conderet in uno nouo homine faciens pacem et reconciliaret utrosque in uno corpore deo. quis est uterque nisi unus interior, alter exterior? alterum animae spectat uigorem, alterum refert ad corporis sensum, quamquam inseparabilis adfectus conspira- F tione concordent, cum caro subiecta meliori salutaribus oboedit inperiis, non quo in naturam animae subtilitate materiae transfusa demigret. sed quia deliciis abdicatis ab omni defaecata labe uitiorum caelestis conuersationis tramitem oboedientiae adfectione gradiatur iam non ut antea legi mentis repugnans, sed per legem mentis et spiritum uitae liberata a lege peccati, ut animae caro fiat adpendix, non iam lena uitiorum, sed
142 aemula quaedam et quasi pedissequa uirtutis, et rursus quando 1445 A
anima corporis non coniuet inlecebris nec carnalium uoluptatum delectatione uincitur, sed mens pura mundique huius exuta famulatu sensus corporis in suas inlicit et adtrahit uoluptates, ut audiendi legendique usu incrementa uirtutis epuletur atque interioris suci spiritalibus nescitura famem satietur alimentis; etenim ratio cibus mentis est praeclaraque alimonia suauitatis.

4 II Cor. 4, 16  10 Philipp. 3, 20  11 Rom. 7, 23; 8, 2  16 cf. Cic. De off. III, 117  20 Augustinus contra Iul. Pelag. II 5, 10 (*etenim* ... 346, 15 *parturiuit*)

2 discretis *P* (ꝉ de *m3 s.* dis) *L*  nouo *PBL* (*ut De Abraham II, 28*) *om.* *αCXχ* (*ut De instit. uirginis 12*)  4 qui *αCFOπχ* (quis *E m2*) quid *V*  5 expectat *PαBL* refertur (ur *add. m2*) *E* refer *OV*  6 inseparabilis *αFOχ*, in se parilis *C*, in se separabilis *PBLV et* (se *exp.*) *π*  effectus *PαBL*  7 concordet *XG*  oboedientiae *X*  8 quo] quod *PL*  naturam (m *ex* c *m3*) *P*  9 defaecata *B* defecto *X* defecata *cet.*  10 labe (a *ex* e *m3*) *P* leue *L*  11 ạ legi *P*  12 per legem mentis *om.* *χ* (*G praeterea om.* et spiritu)  13 *post* adpendix *add.* anima *PαBCγTX et* (anima *del. m2*) *E*  14 quasi (i *in ras.*) *P* pedissequa *αCγ et* (*m2*) *E* pedisaequa *XLG m1 et fort. B m1* pedisequa *PB corr. E m1 G corr. T*  15 conibet *PαGL* cohibet *BX* coniunget *C* (*s. m2* al. conibet) *EγT*  17 inlicite *P* (*m2* inlicit et) inlicitẹ *L*  19 sucis *PγLX et* (s *eras.*) *C* fame *Xχ*  20 ratio cibus *αχ Augustinus* rationibus *X* oratio cibus *cet.* praeclara *P* (-raque *m3*) *BL*

quae membra non oneret neque in naturae pudenda, sed ornamenta conuertat, cum libidinum uolutabrum conmutatur in B dei templum deuersoriumque uitiorum sacrarium incipit esse uirtutum. quod utique tunc fit, cum caro in naturam regressa uigoris sui agnoscit altricem atque ausu deposito contumaciae moderantis animae coniugatur arbitrio, qualis fuit, cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, antequam ueneno pestiferi serpentis infecta sacrilegam famem sciret diuinorumque memoriam praeceptorum animae sensibus inhaerentem edacitatis C studio praeteriret.

143 Hinc peccatum manasse proditur tamquam corpore animaque genitoribus. dum corporis natura temtatur, anima male sana conpatitur. quae si adpetentiam corporis refrenasset, in ipso ortu esset exstincta origo peccati, quam uelut uirili infusam corporis motu madefacta anima etiam sui uigore corrupto alienis grauis oneribus parturiuit. etenim ille uiolentior et fortior sexus quodam ualido inpetu uelut uirilis fertur adfectus, D haec molliorem quam uehementiorem studet tenere rationem.

144 ex his itaque diuersarum cupiditatum motus adoleuit. sed ubi in se anima redit, deformis partus pudore conuenta degeneres abiurat heredes abdicans motus, exosa peccatum. caro quoque grauium laborum defaenerata sorte et usura iniuriae miserabilis fatigata ubi se cupiditatibus suis, quas sibi ipsa generauit, tamquam sentibus mundi doluit esse confixam, ueterem hominem festinat exuere, ut se sibi auferat, ne inprouidam E

2 I Cor. 6, 19 3 cf. Cic. pro S. Rosc. 134, in Cat. I 24 25 Coloss. 3, 9

1 non oneret (on *alt. s. u. m3*) *P* non heret *L* natura *αX* in ornamenta *P* (in *s. u. m3*) *αC* 3 templum dei *L* deuersoriumque *P m1* diuorsoriumque *B* diuersoriumque *P m2 cet.* 4 fit] facit *PBL et* (fit *corr.*) *Augustini codex Floriacensis* 5 usu *X* 6 arbitrio (r *pr. s. u.*) *P* 13 sanae *Augustini codex Floriacensis* corporis *om. PL* 14 origo *om. PL* 15 male feta *G* anima] *om.* γ, enim *X* 16 grauis] malis χ (grauis *s.* malis *m2 E*) oneribus *αBCFOV*χ (e *ex* o *m2 EG*) honeribus *L et* (h *eras.*) π operibus *P* 18 studet quam uehementiorem *X* eminentiorem *PBL* studeat *PL* tenere rationem (nere *s. u. m3*) *P*, terationem *L* 19 aboleuit *P* (d *s.* b *m2*) *L* inoleuit α (*in ras. m2*) *CL* 22 miserabilis (se *s. u.*) *P* 23 sensibus *XL* 25 se *om.* X inprouida *PαBCL*

parentem successio peritura destituat. rursus cupiditatum inrationabilis motus quasi cuiusdam formae decore fucato lenociniis uoluptatis inlectans eam sibi tamquam in usum societatis adsciuit. ita uelut quaedam corporis atque animae nurus uoluptas motui prauae cupiditatis innubit.

145 Ergo quamdiu mansit in una domo conspirantibus uitiis
indiuidua inseparabilisque consensio, nulla uidebatur esse diuisio. F
ubi uero Christus ignem quo delicta carnis exureret uel gladium qui significat exsertae aciem potestatis, quo spiritus medullarumque secreta penetrantur, misit in terras, tunc caro atque anima regenerationis innouata mysteriis oblita quod erat incipit esse quod non erat ac se ueteris uitii quamuis sibi ante dilecti societate secernit et quasi prodigae copulam posteritatis eliminat, ut diuidantur parentes in filios, dum intemperans motus temperantia corporis abdicatur et anima
declinat consortium culpae nec extrariae illi et foris sumtae 1446 A
146 locus remanet uoluptati. filii quoque in parentes diuiduntur, dum renouati hominis censuram senilem uitia uetusta declinant pietatisque normam uoluptas adulescentior tamquam seriae domus refugit disciplinam. non incongruum quoque est, si putemus quod et isti ideo se diuidant, ut meliores fiant parentibus maxime cum in posterioribus dixerit: *si quis uenit
ad me et non odit patrem aut matrem et filios et* B
*fratres et sorores, etiam animam suam, non potest meus discipulus esse.* et ideo secundum simplicem intellegendi formam gentilibus parentibus qui Christum sequitur filius antefertur; religio enim praestat pietatis officiis.

9 Hebr. 4, 12   22 Luc. 14, 26

1 distruat *X*   2 motur (s *s.* r *m2*) *P*   fugato *PL* fucata *X*   uoluptatis lenociniis χ   3 uoluntatis *X*   inlectus χ   4 suae animae *X*   nudis *P* (ru *s.* di *m3*) *L*, nudus (*m2* nodis) *B*   8 carnis] cordis *Xα*   9 quo χ   12 ac se *αCFπV* ac si *P* (*s. m3* ł sic) *BL* ac se a *O*χ (a *s. u. m2 EO*)   13 delicti *PαBC* delictis *X* (dilecti *m2 O*)   societatem *PBL*   17 uoluntati *X*   19 norma *PBL*   20 refudit χ   21 et *om. X, s. u. G*   23 aut filios *PBCL*   aut fratres *C*   24 fratres (a *in ras.*) *P*   26 gentibus *X et m1 B*   quicumque *X*   27 *cf. p. 328, 6*   praestat *om. PLX*

147 Illud quoque secundum altiorem interpretationem, quia de carne peccatum nascitur et uelut in utero carnis operatur, de quo ait apostolus: si autem quod nolo hoc ago, iam non ego illud operor, sed quod habitat in me peccatum. cum pro uita mundi huius effusus domini sanguis C aboleuerit uitia, in gratiam ex offensione conuertitur — superabundauit enim peccatum, ut superabundaret gratia — fitque ut ex peccato orta paenitentia ad conuersionem propositi et ad cupiditatem gratiae spiritalis inpellat. itaque quod erat mihi ad mortem hoc erit in salutem. ergo peccatum inriguo fontis ablutum ab ea unde generatum est carne secernitur et, dum unusquisque cupit redimere delictum, fit ex serie culpae D

148 studium disciplinae. concupiscentia quoque rerum malarum et quidam motus feruidior cupiditatis dei uerbo in adpetitum transfunditur diuinae caritatis et amoris atque in eadem natura fit uaria disciplina multoque meliorem quam antea uoluptatem sibi mysteriorum caelestium ille corporis atque animae adpetitus adquirit. alitur enim animus cognitione rerum et conperta futurorum repromissione sublimior animae opera uetusta E fastidit; animalis enim non percipit quae sunt spiritus dei, stultitia enim illi est; spiritalis autem diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur.

149 Dum uadis cum aduersario tuo ad magistratum,
12, 58 sq. in uia da operam liberari ab illo, ne forte condemnet te aput iudicem et iudex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem. dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum quadrantem reddas.

3 Rom. 7, 20 5 Ioh. 6, 33 et 55 6 Rom. 5, 20 9 cf. Rom. 7, 10 17 Cic. pro Arch. 28 20 I Cor. 2, 14 sq.

4 operor illud *X* in me habitat *ET* 5 uitia *P* (*m3* uita) *L* huius mundi *X* 8 ortu *ut uidetur P* 12 redimere (re *alt. extra u.*) *P* 15 transfunduntur *PL* 17 corporis *om. PL* 18 conpertam *O* (m *exp. m3*) *BL* 19 repromissionem *P* (m *alt. exp. m3*) *BL* anima *αC* uetusta] uestra *X* 20 enim] enim homo *LXχ* 21 est enim illi *ET* 24 cum uadis *χ* 26 tradet *Pπ*

hoc etiam Matthaeus posuit, sed ille specialiter, iste genera- F
liter; ille enim de reconcilianda pace dissidentium fratrum
dictum putauit, hic de paenitentia et omnis emendatione
delicti. discutiamus igitur qui sit aduersarius, qui magistratus,
qui iudex, quiue exactor, quidue putemus esse quadrantem,
150 quem nisi quis exsoluerit mittatur in carcerem. et iuxta
Matthaeum quidem aduersarius est, cum quo minime tibi in
hac uita conuenisse uideatur, qui aput iudicem futurum mor-
tuorum atque uiuorum manentis simultatis te crimine perse- 1447 A
quatur, iuxta Lucan autem est aduersarius noster ille praecipue,
qui serit inlecebras delictorum, ut habeat in supplicio parti-
cipes. quos habuit in errore consortes, atque ideo socios
quaerit ad culpam, ut obnoxios prodat ad poenam. quem nobis
cauendum Petrus apostolus monet dicens: aduersarius
uester diabolus tamquam leo rapiens et rugiens
quaerit quem deuoret.

151 Est aduersarius noster iuxta Matthaeum omnis uirtutis B
usus et apostolicus et propheticus sermo, qui nos ad asperiora
praecepta et durioris uitae documenta constringit, cui consen-
tire nos conuenit, ut eum operibus aemulemur, ne aliqua
nostri contumacia ab eo desciuisse prodatur. iuxta Lucan
autem nemo nobis magis aduersarius quam noster est lapsus,
qui nos uitae nostrae accusat indiciis, non quod accusationis
ullius iudex futurus quaerat officium, sed quod aput omnium
cognitorem noster nos actus accusat, dum ab usu uirtutis
152 apostolicisque praeceptis inuenitur alienus. itaque aduersarius C

1 Matth. 5, 25 sq. 6 Matth. 5, 25; 18, 19 8 Act. 10, 42, II Tim. 4, 1 14 I Petr. 5, 8

3 dicendum *αCγ* penitentia (i *pr. ex* e *m2*) *P* 5 quemue *PBL* quodue γ 6 quis] qui *X* soluerit *αX* carmine *X* 7 minine (m *s.* n) *P* 8 uiuorum atque mortuorum χ 10 lucan *P m1* lucam *P m3 cet.* est *om.* *X* 11 habeas *P* (t *s.* s *m3*) *L* 17 est et *PBL* 18 ad] et *PL* 19 nos consentire χ 21 nostra (i *s.* a) *P* descibisse (disc. *corr. et* v *s.* b *m2*) *P* prodamur γ lucan *P m1* lucam *P m3 cet.* 23 quo *BXγ* 25 actos (v *s.* o *m2*) *P*

nobis omnis uitiorum usus, aduersaria nobis libido, aduersaria auaritia, aduersaria omnis inprobitas, aduersaria omnis iniqua cogitatio, omnis denique mala est conscientia, quae nos et hic adficit et in futurum accusabit et prodet, sicut testatur apostolus dicens: testimonium reddente illis conscientia illorum et inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. quodsi conscientia unumquemque D prodit, quanto magis gestorum nostrorum opus ante deum praesto est, quod expressum in nostro corpore ultimo tempore recensebitur et secretum cogitationis scriptum in cordibus nostris legetur! demus igitur operam, ut dum in hoc sumus uitae curriculo constituti, tamquam a malo aduersario ita ab inprobo liberemur actu, ne, dum imus cum aduersario ad
153 magistratum, in uia nostrum condemnet errorem. ideo et E secundum Matthaeum ait: esto consentiens aduersario tuo, cum es cum illo in uia; εὐνοῶν autem Graecus dixit, hoc est beniuolens. si enim, dum sumus in hac uita, exsoluamus nos a uinculis diaboli, nec ille propter nos damnabitur et nos a uinculis eius erimus alieni. unde et pro Assyrio psalmus scribitur LXXVIIII. bene enim consulis aduersario et pro illo Assyrio, hoc est uano, facis, si eius laqueis exutus praestes hanc beniuolentiam, ut poenam tui lapsus et mortis F euadat. quodsi uinculis eius haereas, tradet te tamquam
154 reum magistratui, idem accusator et proditor. quis est magi-

5 Rom. 2, 15 15 Matth. 5, 25

3 omnis *om.* *PBCLG* 4 futuro χ 6 excusantibus χ 8 dnm *X* 14 magistratum *αLV*χ magistrum *cet.* 15 matheus (*om.* secundum) *PL* 16 EYNOωN *αCL* EVNOIωV *P* HYNOωN *B* EYNOTON *X* Etnouin χ (eynouin *m2 E*) gregus *P* 17 beniuolens *αX* beneuolens *PL et* (e *alt. ex* i) *BC* beniuolus χ sumus (us *s. u.*) *P* exsoluamus *P* (s *pr. s. u. m2*) *cet.* 18 nos *s. u.* *P* 19 et *om.* *X* 20 inscribitur *αBC* septuagesimus nonus χ LXXV *PL* septuagesimus quintus *B* enim] ergo *PL* consulens *X* 21 uano *αBCX* **uano (*s. m2* diabolo) bene *E* bene *PLG*γ*T* 22 ut *X*χ et *P m1* *αL* ut et *P m3* *C* 23 tradat *αE*γ*T* 24 idẽ *BC* id est *cet.* (em *s.* est *m2 E*) qui α quid *E* (s *s.* d *m2*) *T*

stratus nisi penes quem omnis potestas est et qui pleni et
perfecti temporis sublimem sibi uindicat dignitatem, ad quem
bonorum operum fretus conscientia non timens aduersarium
sanctus propheta festinat dicens: sitiuit anima mea ad
deum uiuum, quando ueniam, et parebo ante faciem
dei? hic enim magistratus tradet reum iudici, ei scilicet, cui
uiuorum et mortuorum tribuit potestatem et tribuit per natu-
ram, non per gratiam; non enim quam non habebat accepit, 1448 A
sed quam ex substantia patris, cum generaretur, adsumsit. hunc
magistratum tibi et iudicem monstrat, qui monstrauit accusa-
torem, et ostendit quando sit reuelandus. in die, inquit, qua
iudicabit deus occulta hominum secundum euange-
lium meum per Iesum Christum dominum nostrum.
hic igitur est iudex Iesus Christus, per quem occulta redar-
155 guuntur et inprobi operis poena mandatur. uis scire Christum
esse iudicem, qui exactori tradit et in carcerem mittit? B
ipsum interroga, immo ipsum lege in euangelio dicentem:
tollite et mittite illum in tenebras exteriores.
exactores quoque suos ipse monstrauit alio loco ubi dicit: sic
erit in consummatione saeculi; exibunt angeli et
separabunt malos de medio iustorum et mittent
eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor
dentium.

156 Superest nunc ut intellegamus quid sibi uelit figura qua- C
drantis. et uidetur usualis rei expressum nomine intellectus

4 Ps. 41, 3 7 Act. 10, 42, II Tim. 4, 1 11 Rom. 2, 16 18 Matth. 22, 13 19 Matth. 13, 49 sq.

2 dignitatem] potestatem *EγT* ad quem *C et m2 Lπ* adque *P* (ł & qui *s. u. m3*) atque *m1 Lπ cet.* 3 timeas (ł & ens *s. u. m3*) *P* 5 dnm *P* apparebo (ap *s. u.*) *E* 6 et *uel* ex *eras. ante* ei *P* iudiciis (ei *om.*) *X* ei *om. X* 7 et tribuit *αC* tribuit χ et inbuit *P* (*in ras. m2*) *cet.* 10 monstrat (t *alt. s. u.*) *P* 12 iudicauit *FLTV et* (-bit *m2*) *PBGπ* dns *PBL* 14 occulta omnia *EγT* 17 inmo (m *s.* n *m2*) *P* 19 alio loco ubi dicit] alibi dicens *PL* 20 et *extra u. P, om. L* 22 hos *P* (e *s.* h *m2*) *B* os *L* camino *PLX* 24 ut *om. αX*

spiritalis arcanum. nam sicut qui pecuniam soluunt debitum
reddunt, nec prius euacuatur faenoris nomen quam totius sortis
ad nummum usque quocumque solutionis genere quantitas
uniuersa soluatur, sic conpensatione caritatis actuumque reli-
quorum uel satisfactione quacumque peccati poena dissoluitur.
157 non otiosum etiam quia non aera sicut alibi duo, non assem, non
denarium, sed quadrantem hoc posuit loco; quadrantaria enim D
permutatio uelut quaedam est conpensatio, cum aliud redditur
et aliud significatur solutum. ita et hic aut pretio caritatis
redimitur iniuria aut iniuriae aestimatione poena laxatur.
158 quadrantem autem in balneis dari solere reminiscimur, cuius
oblatione ut illic unusquisque lauandi accipit facultatem ita
hic accipit eluendi, quia uniuscuiusque peccatum supra scriptae
genere condicionis eluitur, cum tamdiu exercetur noxius poenis, E
159 ut conmissi supplicia erroris expendat. de Galilaeis autem
13, 1 illis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum,
figura quaedam uidetur eos tangens, qui coactu diabolico non
pure offerunt sacrificium. quorum oratio in peccatum, sicut
de Iuda scriptum est proditore, qui proditionem sanguinis domi-
nici inter sacrificia positus cogitabat.
160 Arborem fici quidam habuit plantatam in uinea
13, 6 sua. quid sibi uult quod in euangelio suo dominus ficus para- F
bolam frequenter inducit? habes enim alibi quod iussu domini
uiriditas omnis huius ligni frondentis aruerit. unde intellegis
omnium creatorem, qui potest inperare naturis, ut uel are-
scant subito uel uirescant. alibi ex teneritudine arboris huius

6 Luc. 21, 2. Matth. 10, 29; 20, 2 7 et 10 Cic. pro M. Caelio 62 18 Ps. 108, 7 19 Ioh. 13, 18; cf. Luc. 12, 1 22 Matth. 21, 19; 24, 32, Marc. 11, 13 sq. et 20; 13, 28; cf. Matth. 7, 16. Luc. 6, 44 23 Matth. 21, 19, Marc. 11, 13 sq. et 20 26 Matth. 24, 32, Marc. 13, 28

1 pecunias *PL* 4 soluator (v *s.* o *alt.*) *P* saluator *L* 5 satisfactionē *P* (-ne *corr.*) *L* 7 denarium (a *s. u.*) *P* 11 dare *Xχ* 12 oblationem ut *P* (m *eras.*) π (m *exp.*) *BCFL* oblato non ut *αC* 13 deluendi (d *pr. s. u. m3*) *P* 17 eos uidetur *X* 18 peccatum fit *P* (fit *add. m3*) 22 ficus *αBCX* fici *cet.* 23 alibi *om. X* 24 ligni huius *χ* intelleges *P* (-is *m3*) *BL* intellegimus *χ*

et foliis conici solere conmemorat aestatis aduentum utroque
significans et Iudaicae plebis inanem quam praetendebat glo-
riam uelut florem aduentu domini decidisse, quia operibus
infructuosa durabat, et iudicii diem uelut aestatis aduentum, 1449 A
quo adulti fructus terrarum omnium reconduntur, ex pleni-
tudine ecclesiae, in quam Iudaei quoque credituri sunt,
161 metiendum. etiam hic ergo altioris sensus aliquod quaeramus
arcanum. ficus in uinea est, erat autem uinea domini Sabaoth,
quam dedit in rapinam gentium. itaque qui uineam suam diripi
fecit hic etiam ficum iussit excidi. apta autem synagogae arboris
istius conparatio est, quia sicut ista arbor foliis redundans B
fluentibus spem possessoris sui cassa speratorum prouentuum
exspectatione destituit, ita etiam in synagoga, dum doctores
eius operibus infecundi uerbis tamen uelut foliis redundantibus
gloriantur, inanis umbra legis exuberat, spes autem falsi spec-
162 tata prouentus populi uota credentis inludit. est etiam in natura
arboris, quo magis credas synagogae speciem conparatione
huius expressam. etenim si diligenter inquiras, discretam ab C
usu arborum ceterarum consuetudinem naturae huius inuenias.
namque aliae florem ferunt ante quam fructum pomaque uen-
tura praenuntio sui flore designant, haec sola ab initio ger-
minat poma pro floribus. in aliis flos decutitur et poma
nascuntur, in hac poma decidunt, ut poma succedant. ergo
priora illa cassa fructuum uice floris emergunt; ita praecoci
quodam nascendi usu quae ordinem naturae nesciunt beneficium

5 Rom. 11, 25 sq. 8 Esai. 5, 7 et 2 sqq. 11 Esai. 34, 4

1 commemorat conici solere χ utrumque *αC* 3 in aduentu χ qui ab *α* quia ab *C* 7 metiendum *αC* esse metiendum χ (esse *s. u. m2 T*) metuendum *cet.* (ł metiendum *in mg. m2* π) etiam *om. PBL* sensus *s. u. m3 P*, *om. L* 8 in uinea *αC* inuenta *cet.* autem] autem in *α* enim χ sabaoth (h *s. u.*) *P* 10 ficos (ṽ *s.* ọṣ *m2*) *P* ficus *L* excedi (i *s.* e *alt. m2*) *P* 11 sicuti ea *PBL* 12 possessores *P* (-is *m2*) *L* 14 infecundis *PBL* tantum *ed. Rom.* 15 glori*antur *P* expectata *X* exspectata (ex *s. u. m2*) *E* 16 credentes *P* (-is *m3*) *L*γ 19 inuenias *P m1* inuenies *P m3* χ 20 alias (e *s.* ṣ) *P* 23 deducunt *P* (decidunt *m2*) *L* 24 praecoquo *P* (-quẹ *m3*) *BL*

naturae seruare non possunt. etenim qua se medio trudere de D cortice gemma consueuit, ea minutissima quaeque huius generis poma prorumpunt. de quibus legimus in Canticis Canticorum: ficus producit grossos suos. itaque ceteris albentibus primo uere uirgultis sola ficus proprio nescit flore canescere, eo fortasse quod nullus istis maturior sit usus in pomis. namque succedentibus aliis haec quasi degenerantia respuuntur et arenti infirma radice renouatis quibus sit sucus utilior exuuntur. manent tamen aliqua perrara nec decidunt, quibus E hic prouentus adriserit, ut de medio duarum uirgarum clauiculo breui erumpente promergant, quo geminis tecta praesidiis tamquam naturae parentis gremio suci fotu plenioris inolescant. ea clementioris aurae prouocata temperie et prolixioribus adultiora temporibus ubi siluestrem animum suci prioris exuerint, specie ceteris et maturitatis gratia praeferuntur.

163 Specta nunc cultus et animos Iudaeorum, qui quasi primi F fructus male feracis synagogae grossi labentis similitudine conruerunt, ut mansura supra aeuum nostri generis poma succederent. etenim primus synagogae populus quasi radice operum infirmus arentium ubertatem sapientiae naturalis haurire non potuit et ideo uelut inutilis decidit fructus, ut quasi ex isdem clauiculis arboris fructuosae de pinguedine religionis antiquae nouus ecclesiae populus emergeret. ergo ille qui erat esse desiuit, ut inciperet iste qui non erat. primi tamen ex Israhel. quos naturae ualidioris ramus extulerat, sub umbra legis et crucis in utriusque sinu suco gemino colorati grossi mature- 1450 A

2 et 12 Uerg. Georg. II 74 sqq. 4 Cant. 2, 13 14 Uerg. Georg. II, 51 et 59 25 Hebr. 10, 1

1 naturam *P* (e *s.* m *m3*) *L* detrudere *X* de] e *PL om. B* 4 grossus *Fχ* 6 ideo *PL* estimaturior (istis *s.* esti *m3*) *P* estimat uirior *L* istius maturior χ 7 nam (*om.* que) *PL* 9 exuruntur χ *et* (r *pr. eras.*) π 10 caliculo *P* (clauiculo *m3*) *BL* 16 fructus primi *PL* 18 aeuum] eum *PL* 19 prius *X* infirmatus *X* 21 hisdem *P* ceculis (clauiculis *m3*) *P* calculis *BL* 22 pinguitudine *BC* 23 emergeret] sempergeret *P* (semper emergeret *m3*) *L* 24 desiit *P* (i *pr. ex* e *m2*) *BL* iste] esse *P* 25 ualidiores ramos *αCX* 26 maturiscentis *P* (-escentis *m2*) *L*

scentis exemplo pulcherrimorum gratia fructuum ceteris praesti-
terunt, quibus dicitur: *sedebitis supra duodecim thronos*
164 *iudicantes duodecim tribus Israhel.* nec illud alienum
quod Adam atque Eua, primi illi nostri ut generis ita erroris
parentes, qui huius arboris texere se foliis, paradisi exules esse
meruerunt, cum domini deambulantis praesentiam transgres-
sionis suae conscii declinarent, ut significarent futurum quod
ultimis temporibus populus Iudaeorum sub domini salutaris B
aduentu, qui eos uocaturus aduenit, exutum se uirtutibus per
diaboli temtamenta cognoscens et intecta conscientiae probra
formidans a religione deuius praeuaricatione confusus esset a
domino recessurus, uerborum fluentium uelut foliorum uela-
165 minibus adopertus pudenda gestorum. ergo illi qui folia de
ficulnea, non poma carpserunt, eliminati sunt a dei regno;
erant enim *in animam uiuentem.* uenit secundus Adam et iam C
non folia, sed poma quaerebat; erat enim *in spiritum uiui-
ficantem.* in spiritu autem fructus uirtutis adquiritur, dominus
adoratur. quaerebat autem dominus non quia fructum ficulneae
deesse nesciret, sed ut ostenderet in figura quia fructum syna-
goga iam habere deberet.

Denique ex sequentibus docet non se ante tempus uenisse,
13, 7 qui per triennium uenit; sic enim habes: *ecce anni tres* D
*sunt, ex quo ueni quaerens fructum in ficulnea hac
et non inuenio. succide ergo illam; ut quid etiam*
166 *terram occupat?* uenit ad Abraham, uenit ad Moysen, uenit
ad Mariam, hoc est uenit in signaculo, uenit in lege, uenit in
corpore. aduentum eius ex beneficiis recognoscimus: alibi puri-

2 Matth. 19, 28; cf. Luc. 22, 30  4 Gen. 3, 7  15—17 I Cor. 15, 45 sqq.

1 praestarunt *X*  2 super *PBL*  XII *PCL* (*item u. 3*)  4 ut *om. X* (sicut *extra u. m2 V*)  5 se arboris texere *C*  8 saluatoris *Xχ*  9 aduentū qui eos uocaturus *s. u. m3 P*, *om. L*  aduentum *GX* (m *exp. V*)  se uirtutibus (r *s. u.*) *P* seruitutibus *L*  10 probra (r *alt. s. u.*) *P* proba *L*  12 recessurum (s *s.* m *m3*) *P* recensurum *L* praecessurus (p *et* a *exp. E*)  15 et iam *s. u. P*  16 spu *PBLX*  uiuificante *PBL*  19 figuram *PBL*  22 III *P*  23 feculnea *P*  24 succidere *P* (re *eras.*) *L*

ficatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. circumcisio puri-
ficauit, sanctificauit lex, iustificauit gratia: unus in omnibus et E
unum omnia. nemo enim mundari potest nisi qui metuit dominum,
nemo legem meretur accipere nisi purificatus a culpa, nemo acce-
dit ad gratiam nisi nouerit legem. ergo populus Iudaeorum neque
purificari potuit, quia circumcisionem non animi, sed corporis
habuit, neque sanctificari, quia uirtutem legis ignorauit, qui
carnalia magis quam spiritalia sequebatur — lex autem spiri-
talis est — neque iustificari, quia delictorum suorum paeni-
167 tentiam non gerebat et ideo gratiam nesciebat. merito ergo F
nullus in synagoga fructus inuentus est et ideo iubetur excidi.
sed bonus cultor et fortasse ille, in quo ecclesiae fundamentum
est praesagiens alterum ad gentes, se autem ad eos qui ex circum-
cisione sunt esse mittendum, religiose ne excidatur interuenit
fretus uocatione sua etiam populum Iudaeorum per ecclesiam
13, 8 posse saluari ideoque dicit: remitte illam et hoc anno,
usquedum fodiam circa illam et mittam cofinum
168 stercoris. quam cito duritiam Iudaeorum superbiamque causas 1451 A
esse sterilitatis agnouit! itaque nouit excolere qui nouit uitia
deprehendere. pollicetur dura cordis eorum apostolicis ligonibus
esse fodienda, ut longo incultu situm mentis obductum sermo
bis acutus inuertat et corde proscisso excitet sensum aerio
spiramine iam uigentem, ne radicem sapientiae terrarum acer-
uus obruat et abscondat. cofinum quoque stercoris dicit esse
mittendum. magna profecto uis stercoris, quae tanta est, ut
de infecundis fecunda, de arentibus uirentia, de sterilibus B
faciat fructuosa. in quo sedit Iob cum temtaretur et uinci

2 Ioh. 17, 21 8 Rom. 7, 14 12 cf. I Cor. 3, 11 13 Act. 11, 2 18 Exod. 32, 9 21 Hebr. 4, 12 27 Iob 2, 8

2 et unus *G* et in uno *ed. Rom.* 5 Iudaeorum populus *αX* 9 quia *PCγ* qui *cet.* 13 praesciens *PL* 16 ideo *P* (que *add. m3*) *L* dimitte *Xχ* 18 superbiam quae nouit ex ....... causas sterilitatis agnouit *P m1 et* (*sine lacuna*) *L* superbiamquae agnouit ex causas esse sterilitatis agnouit itaque *P m3* 19 ideoque *X* et uitia *L* 21 situm *αC*, *s. u. m3 P*, *om. BL* situ *Xχ* 22 proscissos *P* procissos *L* 23 uigente *αC* acerbobruat (vus *s.* ƀ *pr.*) *P* acreboobruat (o *alt. s. u. m3*) *L*

nequiuit; et Paulus aestimatur stercora, ut Christum lucri faciat.
denique cum ante Iob plurima perdidisset, posteaquam sedit
in stercore, non habuit quod ei diabolus posset auferre. bona
erga terra quae foditur, bonum stercus quod mittitur. denique
dominus de terra suscitat inopem et de stercore
169 erigit pauperem. itaque per intellectus exercitium spiritalis C
et humilitatis adfectum etiam Iudaeos in euangelium Christi
cultor ille bonus fore existimat fructuosos. meminerat enim
quia per Aggaeum dominus locutus est, quoniam quarto et
uicesimo noni mensis, a die quo fundatum est templum domini
omnipotentis. uineam inquit et ficus et malagranata et
ligna oliuae. quae non adferent fructum, ex hac
die benedicam. quo reuelatur sub ipsum anni uergentis
occasum, hoc est saeculi iam senescentis occiduo, sanctum dei D
templum, quod est ecclesia, esse condendum, cuius gratia per
sanctificationem lauacri Iudaeorum nationumque populi fructum
suorum possint habere meritorum.

170 Ergo per naturam arboris synagogae species indicatur se-
cundis prouentibus fructuosa — nos enim ex patrum semine —
meritoque Iudaei grossis labentibus conparantur, quod incrassato
corde et praedura ceruice ad perennitatem sui peruenire non
possunt. qui si moriantur et quasi decidant huic mundo. ut E
in interiorem hominem per lauacri gratiam renascantur. erunt
utique fructuosi. perfidia autem hominum pertinacium syna-
gogam inutilem fecit, et ideo quasi sterilis iubetur excidi.
171 quod de Iudaeis dictum omnibus cauendum arbitror et nobis

1 Philipp. 3, 8  5 Ps. 112, 7  11 Agg. 2, 19 sq.  20 Matth. 13, 15  21 Exod. 32, 9

1 scs paulus *PL*  aestimatur *PαBLTX* (ur *del.* π*V*) aestimat ut *G*γ *et* (ut *ex* ur) *CE*  lucrum faciat *P* (i *s.* um *m3*) *L*π  3 ei] et χ (*s. m2* ei *E*)  7 et *s. u. m3 P, om. BL*  8 aestimat *PL*  9 aggeum *P*  loquutus *BF et* (u *alt. s. u.*) *V*  11 uinea *PB*χ (uineas *m2 E*)  ficus χ fructus *cet.* (*s. m2* ficus *V*)  malogranata α  12 adferunt *X* adferet χ (-ent *m2 E*)  14 senescentis iam *C*  15 gratiam α*X*  17 possunt *P* (i *s.* u *m2*) *L*  18 arboris (s *s. u.*) *P*  20 laben*tibus (b *pr. ex* u *m2*) *P*  conparatur *P* (-antur *m2*) *L*  22 si emoriantur *PL* sic moriantur *B*

maxime, ne fecundum ecclesiae locum uacui meritis occupemus,
qui quasi malagranata benedicti fructus ferre debemus in-
ternos, fructus pudoris, fructus coniunctionis, fructus mutuae F
caritatis et amoris sub uno utero ecclesiae matris inclusi, ne
aura noceat, ne grando decutiat, ne aestus cupiditatis exurat,
172 ne umoris imber elidat. nonnulli tamen ficum istam per allego-
riam non synagogae, sed malitiae et inprobitatis figuram pu-
tant. hi tamen nullo distant nisi quod pro specie genus eligunt,
id autem cauere se dicunt, quia dominus dixit ad ficum:
numquam ex te fructus nascatur in sempiternum,
cum utique plurimos ex Iudaeis credidisse et credituros esse
norimus. sed qui credit, non synagogae iam fructus est, sed
ecclesiae nec ex synagoga nascitur qui renascitur in ecclesia. 1452 A
sicut enim sunt qui ex nobis exierunt, sed non erant
ex nobis, si enim ex nobis essent, nobiscum
mansissent, sic de his qui ex Iudaeis credunt dicimus,
quia, si ex synagoga essent, in synagoga manerent, sed prop-
terea exierunt ex synagoga, ut ex synagoga non fuisse cre-
dantur. deinde pro malitia interueniret alioquin et diceret ex-
colendam, ut fructum adferret, cum ideo uenerit dominus, ut
semina inprobitatis aboleret.

10 Matth. 21, 19  14 I Ioh. 2, 19  20 I Ioh. 3, 5

1 uacuum *P* (i *s.* um *m3*) *BL*  2 si (*extra u. m3*) qui (de *add. s. u. m3*) mala (o *s.* a *alt. m3*) granata benedic*ti (i *eras.*) *P*  3 si fructus pudoris *αB et* (si *exp. m2*) *PC*  6 lidat *Pm1* ledat *Pm3 L* istum (i *add. m2*) *P*  7 et *om. P* (*in quo* inprobitatisque *m3*) *L* 8 hii *P*  in nullo *CL et* (in *s. u. m2*) *PO*  10 nascatur (a *alt. in ras.*) *G* nascitur *B*  12 norimus *PαBπ* nouerimus *cet.* (ue *s. u. m2 C, m3 L*)  synagogae non *PBL*  est *om. P*  13 ecclesiae est (est *s. u. m2*) *P*  nec ... ecclesia *in mg inf. m3 P, om. L* 16 sic et de *PL*  is *α* eis *X* (e *ex* i *V*)  18 exierunt de *χ*  ut de sinagoga *C* ut ex ea *χ*  non *s. u. m3 P*  19 interuenire *P* (-ret *m3, sed* t *eras.*) *BL* interuenisset *X* (ss *ex* r π)  alioquin *P* (*s. m3* ł agricolā) *αL* alioqui *B* aliqui *FOπ* aliquis *CEγT et* (s *s. u. m2*) *GV* dicere *P* (-ret *m3, sed* t *eras.*) *BL*

13, 10 sq. Erat autem docens in synagoga eorum sab- B
batis. et ecce mulier quae habebat spiritum
infirmitatis annis decem et octo et erat incli-
173 nata. quam cito quod de synagoga diceret indicauit! ad
ipsam utique arborem uenisse se monstrat, qui in eadem
praedicabat. denique in muliere infirma quasi ecclesiae figura
succedit, quae cum mensuram legis et resurrectionis inpleuerit,
in illa quiete perpetua in sublime erecta fastigium inclinationem C
nostrae infirmitatis sentire non poterit. nec aliter curari po-
tuisset haec mulier nisi quia legem inpleuit et gratiam, legem
in praeceptis, in lauacro gratiam, per quam mortui saeculo
resurgimus Christo; nam in decem uerbis legis perfectio est,
in octauo numero resurrectionis est plenitudo. opus ergo sab-
bati signum futuri est, quod unusquisque lege perfunctus et
gratia per misericordiam Christi corporeae fragilitatis molestiis
exuetur. et ideo in signo ante per Moysen praemissa est sancti- D
ficatio, ut esset exercitium futurae sanctificationis et obser-
uantiae spiritalis a saecularibus operibus abstinendi. denique
et deus ab operibus mundi quieuit; non ab operibus, cuius
sempiterna et iugis operatio est, sicut filius ait: pater
meus usque modo operatur et ego operor, ut ad simili-
tudinem dei saecularia nostra opera non religiosa cessarent.
174 hoc autem non intellegens archisynagogus prohibebat quemquam E
13, 14 curari sabbato, cum sabbatum futurarum typus sit feriarum —
et ideo non operis boni, sed mali feriae sunt — eoque prae-
scriptum sit ut nullam ferentes sarcinam delictorum nec
bonorum ieiuni operum sabbata post mortem futura cele-

16 Exod. 19, 10 19 Gen. 2, 2 20 Ioh. 5, 17

3 XVIII *PL*, X et VIII χ et *ante* erat *om. X* 4 indicabit *P* (v *s.* b *m3*) *L* 5 se *s. u. P* 6 ecclesiae (e *tert. s. u.*) *P* 8 fastigium (a *s.* un) *P* 13 sabbatis *P* (s *alt. exp. m2*) *FL* 14 futurum (*om.* est) *L* 15 gratiam *P* (m *eras.*) *BLX* corpore et *PBL* 19 et *om. PL* non ab operibus] sed (non *add. s. u. m3 P*) ab operibus mundi quieuit *PBL* *ante* non *add.* sed *a* 23 archisinagogus (h *s. u. m3*) *P* 25 bonis *P* (s *exp. m2*) *L*

bremus. unde dominus spiritaliter uidetur respondere, cum
13, 15 dicit: hypocritae, unusquisque uestrum sabbato
non soluit bouem suum aut asinum et ducit ada-
175 quare? cur enim non aliud animal indicauit nisi ut ostenderet F
aduersantibus licet synagogae principibus futurum tamen ut
Iudaicus et gentilis populus sitim corporis aestusque mundi
istius dominici fontis ubertate deponat? agnouit enim bos
possessorem suum et asinus praesaepe domini sui.
itaque ille populus, qui ante faeni uilis, quod priusquam
euellatur arescit, alimonia pascebatur, panem illum qui
e caelo descendit accepit. et ideo per euocationem duorum
populorum ecclesiam dicit saluam futuram, quae tempore legis
inpleto et dominicae resurrectionis aetate tempus suae ab-
solutionis acceperat. quam clemens ergo dominus, quam pius 1453 A
in utroque, cum aut miseretur aut uindicat! in synagogae
typo arborem excidi iubet. in typo ecclesiae feminam saluat.
quam dulcis parabola, facilis autem solutio. uinculum uinculo
conparat, ut insimulatio Iudaeorum actu ipsorum redarguatur.
nam cum ipsi animalibus sabbato soluant uincula, repre-
hendunt dominum, qui homines a peccatorum uinculis liberauit.
13, 18 sq. Cui simile est regnum dei et cui simile esse illud
aestimabo? simile est grano sinapis, quod accep- B
tum homo misit in hortum suum, et creuit et facta
est arbor, et uolucres caeli requieuerunt in ramis
176 eius. docet nos praesens lectio naturam conparationum spec-
tandam esse, non speciem. itaque uideamus cur sublime regnum

7 Esai. 1, 3   9 Ps. 128, 6   10 Ioh. 6, 33   19 Deut. 5, 14

3 soluet *αχ*  4 enim] autem *X*  5 principibus (u *s. u.*) *P*  6 gentilicius *XG* gentilicus *EγT*  9 antea *χ*  10 pascebatur (s *s. u.*) *P*  11 uocationem *χ* reuocationem *X*  14 acceperat (e *pr. ex* i) *P*  16 arbores *P* (-ēş *m2*) *αBCLχ* arboris *X* (-es *m2 πV*)  feminas *αCX*  18 insimulatione *PLXχ*  actu *P* (-us *m2*) *BCLχ* actum *α* actuum *X* (u *alt. exp. V*, actus *m2 π*)  20 uinculo *BL* uincula *Gγ* *et* (is *s.* a) *CE*  21 dei] caelorum *PBLX*  esse *om. PL. post* illud *coll. X*  25 lectio luce *χ* (luca *G*)

caelorum grano sinapis conparetur; nam memini etiam alio
loco granum sinapis lectum, ubi fidei confertur dicente do-
mino: si habueritis fidem sicut granum sinapis, C
dicetis huic monti: tollere et iactare in mare.
nec exigua haec, sed magna est fides, quae monti possit ut
se transferat imperare; neque enim mediocrem fidem dominus
exigit ab apostolis, quibus aduersus altitudinem extollentem
se nequitiae spiritalis scit esse certandum. uis scire magnam
fidem requiri? lege in apostolo: et si habeam omnem
177 fidem, ita ut montes transferam. ergo si regnum
caelorum sicut granum sinapis et fides sicut granum sinapis, D
fides utique regnum caelorum et regnum caelorum est fides.
itaque qui fidem habet, habet regnum caelorum et regnum
intra nos et fides intra nos est; legimus enim: regnum
dei intra uos est et alibi: habete fidem in uobis
ipsis. denique Petrus, qui omnem habuit fidem, regni cae-
lorum claues, ut et aliis reseraret, accepit.

178 Nunc ex natura sinapis, quae uirtus conparationis sit, aesti-
memus. granum certe eius res est uilis et simplex: si teri coe- E
perit, uim suam fundit. etiam fides primo simplex uidetur, sed
si teratur aduersis, gratiam suae uirtutis effundit, ut alios
quoque qui uel audiunt uel legunt odore sui conpleat. granum
sinapis martyres nostri sunt Felix, Nabor et Victor: habebant
odorem fidei, sed latebant. uenit persecutio, arma posuerunt,
colla flexerunt, contriti gladio per totius terminos mundi gra-

3 Matth. 17, 19 et 21, 21 5 I Cor. 13, 2 7 II Cor. 10, 5 8 Ephes. 6, 12 9 I Cor. 13, 2 14 Luc. 17, 21 15 Marc. 11, 22 16 Matth. 16, 19

1 memini etiam] memini** (et *eras. uidetur*) *P* memini *L* 3 sicut] tamquam *PL* 4 iactere] mittere *C* 5 nec] non *ET* exigua est *PL* 9 requiri (-re *m2*) *P* require *X* 12 et] est et *PL* 13 regnum dei intra *Costerius* 14 intra nos *pr. om. PBL* 16 scs petrus *PL* fidem habuit *X* 17 accepit ut et aliis reseraret *X* 19 teri coeperit (ri coeperit *in spatio uacuo postea additum*) *P* 23 nabor *CEγT* namor *P* (n *eras*) *B* nauor *G* namort *F et* (*in ras. m3*) *O* namoret π namq; *V* (q; *in ras. ex* ort) amor *αL* *post* Uictor *add.* geruasius et protasius et nazarius *Eγ* 24 latebat *BL*

tiam sui sparsere martyrii, ut iure dicatur: in omnem terram
179 exiit sonus eorum. sed alias teritur fides, alias premitur, F
alias seminatur. ipse dominus granum est sinapis. erat integer
ab iniuria, sed eum uelut granum sinapis qui non attigerat
populus nesciebat. teri maluit, ut diceremus: Christi enim
bonus odor sumus deo; conprimi maluit, unde et Petrus
dixit: conprimunt te turbae; seminari maluit uelut granum.
quod acceptum homo misit in hortum suum. in horto
enim Christus et captus et sepultus, in horto creuit, ubi etiam
resurrexit, et factus est arbor, sicut scriptum est: sicut arbor
mali inter ligna siluae, ita frater meus inter me- 1454 A
180 dium filiorum. ergo et tu semina in horto tuo Christum —
hortus utique locus plenus est florum et fructuum diuersorum —
in quo gratia tui operis effloreat et multiplex odor uariae
uirtutis exalet. ibi ergo sit Christus, ubi fructus est. semina
dominum Iesum: granum est, cum conprehenditur, arbor est,
cum resurgit, arbor mundum obumbrans; granum est, cum
sepelitur in terra, arbor est, cum eleuatur ad caelum. B
181 Preme etiam cum Christo et semina fidem. premitur fides,
cum crucifixum credimus Christum. pressit fidem Paulus, cum
diceret: et ego ueniens ad uos, fratres, ueni non cum
eminentia sermonis aut sapientiae, praedicans
uobis mysterium dei; neque enim iudicaui scire
quid inter uos nisi Christum Iesum et hunc cruci-

1 Ps. 18, 5   5 II Cor. 2, 15   7 Luc. 8, 45   8 Ioh. 18, 1; 19, 41   10 Cant. 2, 3   21 I Cor. 2, 1 sq.

2 exiuit *αEγT*   3 erat . . . sinapis *om. PL*   4 qui (*s. m3* ł quem) *P*   attigerat *PγL et* (*in ras.*) *α* adtigerat *B et Cm1 V m2* atigerat *EG* adtegerat *FOπ et m1 V* adtriuerat *C m2* attriuerat *T*   5 *post* populus *add. m3 s. u.* quē *P*   qui (*add. ante u. m1*) teri *P*   9 captus est *αX*   sepultus est *Cχ*   11 in medio *χ*   12 filiorum (i *pr. ex* o *m3*) *P* florum *α*   tuo *om. PL*   15 exhalet *BGV et* (h *s. u.*) *π*   19 preme (m *in ras.*) *P*   20 scs paulus *PL*   23 misterium *P*   indicabi (v *m3 s.* b) *P*   *ante* scire *add.* me *OTVχ et s. u. m3 Pπ, m2 C* quid scire *X*   24 aliquid *P* (ali *s. u. m3*) *χ*   ihm xpm *Bχ*; *cf. de Ioseph 13, 75*

*fixum.* et quia docuit premere fidem, docuit et leuare dicens: *nunc enim crucifixum iam non nouimus Christum.* seminamus autem fidem, cum ex euangelio et apostolicis ac pro- C pheticis lectionibus credimus in domini passionem. seminamus ergo fidem, cum eam uelut mollito et subacto solo dominicae carnis operimus, ut quasi uapore et conpressu sacri corporis fides se ipsa disseminet. qui enim crediderit factum hominem dei filium credit mortuum esse pro nobis, credit resurrexisse pro nobis. semino ergo fidem, cum sepulturam eius

182 intersero. uis scire granum Christum et seminatum Chri- D stum? *nisi granum tritici cadens in terram moriatur, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.* ergo non errauimus, quia diximus quod ipse iam dixerat. est autem et granum tritici, quia confirmat cor hominis, et granum sinapis, quia cor hominis accendit. et licet ad omnia utrumque conueniat, uidetur tamen granum tritici, cum de eius resurrectione tractatur; panis enim dei est, qui de caelo descendit, eo E quod uerbum dei et resurrectionis exemplum mentes alat, spem acuat, firmet adfectum, granum autem sinapis, eo quod amarior et acrior sermo sit de domini passione, amarior ad flendum, acrior ad conmouendum. itaque cum audimus et legimus ieiunasse dominum, sitisse dominum, lacrimasse dominum, uapulasse dominum, dicentem dominum sub tempore passionis: *uigilate et orate, ne intretis in temtationem,* uelut suco amarioris sermonis increpiti dulciores iusto F

2 II Cor. 5, 16    11 Ioh. 12, 24    15 Ps. 103, 16    18 Ioh. 6, 33    23 sq. Matth. 4, 2, Ioh. 4, 7; 19, 28; 11, 35, Marc. 15, 16, Ioh. 18, 22; 19, 3    25 Matth. 26, 41

1 eleuare (*om.* et) *X*    3 ex *s. u. P*    ac] et *CXχ*    5 domini carnis *PL*    7 ipsā (ā *ex* a *m2*) *P*    8 creditque resurrexisse *χ*    9 *post* nobis *add.* credit ascendisse pro nobis *αC*    13 adferet *PBGLX et* (e *alt. eras.*) *C*    19 mentem *χ*    22 et] aut *αX*    23 sitisse dominum *om. α* et sitisse (*om.* dominum lacrimasse dominum) *PL*    24 uapulasse dominum] lacrimasse (*in mg. m3*) ac uapulasse *P* et uapulasse *L*    dominum] quoque eum *PL*    26 increpati *αGX*    dulcioris *P* (e *m3 s.* is) *B* (-es *corr.*) *L*

uoluptatum suauitates corporalium temperamus. ergo qui seminat granum sinapis seminat regnum caelorum.

183 Ne despicias hoc granum sinapis; minimum quidem est omnibus seminibus, fit autem, cum creuerit, maius omnibus holeribus. si granum sinapis Christus, quemadmodum Christus aut minimus aut crescit? uerum non per naturam, sed per speciem rursus excrescit. uis scire minimum? uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem. disce maximum: speciosus forma prae filiis 1455 A
hominum. etenim ille, qui non habebat speciem neque decorem, excellentior factus est angelis ultra omnem gloriam prophetarum, quos infirmus Israhel uelut holera manducauerat; panem enim, quo corda firmantur, alterum refutauerat, alterum
184 non acceperat. semen autem Christus, quia semen Abrahae; Abrahae enim dictae sunt repromissiones et semini eius. non dicit: 'et seminibus' tamquam in multis, sed sicut in uno: 'et semini tuo', quod est Christus. nec solum semen est Christus, sed etiam minimum B
omnibus seminibus, quia non uenit in regno, non in diuitiis, non in istius mundi sapientia. subito autem uelut arbor sublimem suae uerticem potestatis effudit, ut dicamus: sub umbra eius concupiui et sedi. et frequenter simul, arbitror, uidebatur et arbor et granum. granum est cum dicitur: nonne hic est filius Ioseph fabri? sed inter haec

3 Matth. 13, 32  8 Esai. 53, 2  9 Ps. 44, 3  11 Hebr. 1, 4  12 Rom. 14, 2  13 Ps. 103, 15  15 Galat 3, 16  20 I Cor. 3, 19  21 Cant. 2, 3  24 Matth. 13, 55; cf. Luc. 4, 22

1 suauitatem *PL et* (-es *corr.*) *G*  3 despicias (e *ex* i *m3*) *P* dispicias *LX*  5 holeribus *αCX* (h *s. u. m2 πV*) *et* (h *in ras.*) *B* oleribus *cet.*  6 minimus] est minimus *C* minuat *X* (minuitur *V m2*)  7 speciem nostram rursus *χ*  excrescit (ex *s. u.*) *P*  8 et *om. Vγ*  11 excellentior | (ior *in ras.*) *P*  12 infirmos *αγ*  holera *αBCX* olera *cet.*  13 confirmantur *EγT*  15 enim] autem *Xγ*  repromissiones *P* (es *ex* is *m2*) *αCFOV* repromissionis *L* promissiones *cet.* (es *ex* is *m2* π)  17 quod (i *m2 s.* od) *E* qui *X*  20 in *om. X*  sapientiam *P* (m *eras.*) *L*  22 ut arbitror *γ*  24 fabri* (s *eras*) *P*

uerba creuit subito testantibus Iudaeis, quia quasi latae arboris ramos non poterant conprehendere dicentes: unde huic C
ista sapientia?

185 Granum igitur est figura, arbor est sapientia, in cuius frondentibus ramis ille nycticorax in domicilio, ille passer singularis in aedificio, ille raptus in paradisum, in aerem rapiendus et nubes tuta iam sede requiescunt. requiescunt etiam potestates et angeli caelorum et quicumque spiritalibus factis euolare meruerunt. requieuit sanctus Iohannes, cum recumberet supra pectus Iesu; immo et ipse eius arboris suco uelut D
ramus extenditur. ramus est Petrus, ramus est Paulus, posteriora obliuiscens et ea quae sunt priora adpetens.
13, 11 in quorum sinus et quosdam disputationum recessus qui eramus longe, nos scilicet ex nationibus congregati, quos diu per inane mundi procella et turbo nequitiae spiritalis agitabat, adsumptis uirtutum remigiis aduolamus, ut nos umbra sanctorum ab istius mundi ardore defendat, certae stationis iam E
186 securitate uernantes, eo quod anima nostra grauibus ante sicut illa mulier inclinata peccatis ut passer erepta de laqueo uenantium in ramos domini montesque migrauit. itaque ante superfluis obseruationibus uani et inani leuitate uolitantes nunc iam per fidem Christi soluti manus et liberi a uinculis sabbatorum bonis operibus intendimus et in ipsis

2 Matth. 13, 54 5 Ps. 101, 7 6 II Cor. 12, 4 7 I Thess. 4, 16 9 Ioh. 13, 25; 21, 20 11 Philipp. 3, 13 13 Eph. 2, 13 15 Ephes. 6, 12 16 Uerg. Aen. I 301, VI 19 19 Ps. 123, 7 20 Ps. 10, 1

1 quia *αBCGX* qui *cet.* 2 poterant (n *s. u*) *P* 3 istam sapientiam *αL et* (m *bis exp.*) *Pπ* 4 igitur] itaque *X* est figura *αCXχ* figura *cet.* 5 nicthicorax *PL* nicticorax *αCγ* necticorax *X* nocticorax *EGT* 6 aerem *BCL et* (*m2* -ra) *Pπ* aere *αXχ* (aera *Em2*) 7 nubes (s *eras.*) *P* tota *αLπ et* (*m3* tuta) *PO* requiescunt *P* (*ras. s.* u) *αBCL*, requiescit *χ*, requieuit *V*, *om. FOπ* 8 angelo (i *s.* o) *P* 9 requieuit (uit *in ras.*) *P* iohannes (-es *m3*) *P* recubaret *PBLχ* 10 super *Xχ* 13 quorū (rū *s. u.*) *P* 15 procella (a *ex* ā) *PαC* procelle *X* et *om. Xχ* 16 remegiis (i *s.* e *alt.*) *P* 17 mundi errore *L* 18 securitatem *P* (m *eras.*) *L* uestra *P* (no *s.* ue *m2*) *L* 19 erepta est *PαBL* 21 superfluis (is *in ras.*) *P* superfluus *L*

epulis libertatem habemus, intemperantiam excludimus, ne
liberi a lege cupiditatibus seruiamus; lex enim ligauit sibi, F
ut absolueret cupiditatibus. gratia, quae minorem abstulit
seruitutem, multo grauiora praecepit: omnia nobis licent,
sed non omnia expediunt; graue enim potestate uti, ut
sub potestatem recedas. desiste esse sub lege, ut uirtute supra
legem sis.
13, 21 Cui simile aestimabo regnum dei? simile est
fermento quod acceptum mulier abscondit in fa-
187 rina, donec fermentatum est totum. haec de requirendis
quaestionibus conparatio tantum ambiguitatis offundit, ut diuersas 1456 A
habeat sententias plurimorum. oportune itaque granum tritici
supra diximus Christum, quia suberat nobis spiritale fermen-
tum, eoque plerique fermentum Christum putant, quod uirtutem
attollat acceptam. et quia fermentum ex farina ui, non specie
generi suo praestat, Christus quoque ex patribus aequalis
corpore, sed diuinitate inconparabilis praeminebat. igitur sancta
ecclesia, quae typo mulieris istius euangelicae figuratur, cuius
farina nos sumus, dominum Iesum in interioribus nostrae B
mentis abscondat, donec animi nostri secreta penetralia color
188 sapientiae caelestis obducat. et quia in Matthaeo legimus tribus
mensuris absconditum esse fermentum, congruere uisum est
ut dei filium crederemus absconditum in lege, adopertum in
prophetis, euangelicis praedicationibus adinpletum, ut per-
fectam fidem nobis adquirat ex omnibus et scriptorum conlatione
formatus in nobis, qui sumus corpus ipsius, omnia et in C

4 I Cor. 6, 12 21 Matth. 13, 33 26 I Cor. 12, 27; Ephes. 1, 23

4 praecipit *P* praecepta *L* 5 graue est *C* (est *s. u. m2*) γ potestate *αCO m2* π 6 recedas *αBLX*, recidas *cet.* desisti *αX*γ 8 cuius *X* regnum regni *P* (dei *s.* regni *m2*) *L* 9 farinam *αX* 11 conparatio (ti *in ras. ex* bi) *P* tantum *α* quae tantum *cet.* (quae *del. m2 CE*) offundit *CGX* offudit *PBL* effudit *αE*γ*T* 14 plerique (ri *s. u. m3*) *P* plene *L* 15 fermentum χ *et m2 V* frumentum *V m1 cet.* farinae γ ui γ, uim *α*, ut *P* (et *m2*) *BCL*, *om. X* 17 inconparabili *P* (-is *m2*) *L* 18 typum *P* (o *ex* um *m2*) *BL* 19 ihu *P* (-um *m2*) *et* (*in quibus* dni) *BL* 20 calor *PBL* 22 mensuris (is *ex* aris) *P* congrue *X* 26 *ante* omnia *add.* per *C s. u. m2* in *om. X*

omnibus inpleatur; ipse enim erat uerbum dei atque mysterium, quod absconditum est a saeculis et a generationibus, quo nihil potest ad expressionem perennitatis eius adtestatius dici. erat enim profecto: nam ita erat, ut absconditus sacrilegis, manifestatus in sanctis praedestinatus ante saecula seruaretur ad gloriam. haec est autem gloria, ut possimus, fratres, inuestigare mysterium absconditum a saeculis in deo. quod in deo utique ex deo; neque enim deus alienae capax potest esse naturae. D

189 Nec sum dubius animi quod aliqui de hoc mundo dictum putent, donec fermentetur in lege prophetis euangelio, ut dominum omnis lingua fateatur. itaque discutiamus omnia, diligentius requiramus. nemo inuenit nisi qui ante quaesierit.
14, 28 aedificemus turrem, conputemus sumptus scripturarum, conferamus inpensas, ne qui etiam de nostro aliquo dicat:
14, 30 hic uoluit aedificare et non potuit consummare. qui
aedificat, bonum debet iacere fundamentum. bonum funda- E
mentum est fides, bonum fundamentum apostolorum et prophetarum; duobus enim testamentis fides nostra consurgit nec iniuriam facit qui parem dixerit in utroque perfectae fidei esse mensuram, cum ipse dicat dominus: si crederetis Moysi, crederetis mihi, quia et in Moyse dominus est locutus. bene ergo in utroque perfecta mensura, quia perfectus

1 Coloss. 1, 26  5 I Cor. 2, 7  11 Rom. 14, 11  16 Matth. 7, 24 sqq.  13 Matth. 7, 8  18 Ephes. 2, 20  21 Ioh. 5, 46  23 Ephes. 4, 13

1 dei uerbum *ET*, dei *om.* *PL*  3 perennitates (i *s.* ẹ *tert.;* s *add. m2*) *P* perennitate *BL*  4 nam ita erat *deleuit ed. Rom.*  5 sacrilegiis *P* (i *tert. exp. m2*) *L*  manifestatus (at *exp. m2*) *E* manifestus *PBL*  6 ad (d *s. u.*) *P*  8 ex α et ex *P* (et *s. u.*) *cet.*  12 omnis (i *ex* e *m2*) *P*  14 turrim (im *ex* em) π*T*  & conputemus *B* (& *in ras.*) *X*  15 ne qui α*C* ne quis γ*V* neq; *FO*π ne *PB* nec *L*  nostrum *X* (nostro *O corr.*) nostro in *C* nobis γ  aliquo *om.* γ alio qui *L; malim* aliquando  17 bonum *X*γ domum bonum *C* domum *P*α*BL*  20 iniuriam (in *s. u.*) *P*  perfectae α*BC*, perfectamque *P* (que *add. m3 in u. ult.*) perfectam *L*; *om.* *X*γ (*quod defendit Engelbrecht*)  22 et *om.* *X*  moysi *P* (-se *m2*) *L*

in utroque et fides utriusque una, quia unius est uirtutis et F
190 sensus oraculum atque responsum. me tamen sequi iuuat quod
ipse dominus docuit, fermentum ecclesiae spiritalem esse
doctrinam; nam cum scriptum sit: cauete a fermento
Pharisaeorum et cum apostolus dixerit: non in fer-
mento malitiae et nequitiae, ostenditur quia doctrina
fermentum est. sed aliud fermentum zizaniae, aliud fermentum
tritici, unde et bonis auctoribus adquiescimus, ut dicamus
quia ecclesia renatum hominem, qui est in corpore et anima
et spiritu, fermento sanctificat spiritali; sanctificatur enim corpus
atque anima et ipsa gratia spiritalis accepit sanctificationis 1457 A
augmentum, cum per ecclesiae uelut quoddam fermentantis
officium scripturarumque doctrinam, quae uelut caelestium
conlatione sermonum et ubertate concrescit, infusus toto
homini atque permixtus usus inoleuerit, ut fiant unum etiam
ipsa fermentum. quod utique tunc fit, cum sibi tria haec pari
quadam cupiditatum lance consentiunt et aequalis adspirat
concordia uoluntatum.

191 Hoc igitur ecclesiae opus non tumultuarium nec fortui- B
tum, sed diuturna meditatione conlatum, ut haec tria unum
sint integra a lege peccati. cuius sententiae adsertorem
habemus apostolum dicentem: ipse autem dominus
sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus
et anima et corpus sine querella in die domini
nostri Iesu Christi seruetur. quod per saecularia qui-
dem temtamenta non prouenit, nisi fermentum illud, cui

4 Matth. 16, 6 5 I Cor. 5, 8 7 Matth. 13, 25 sqq. 11 II Thess. 2, 12 I Petr. 1, 2 22 I Thess. 5, 23

1 unius (i *s. u*) *P* unus *L* 2 iubat (v *s.* b *m3*) *P* 4 sit] est *PEγLT* 6 nequitiae et malitiae χ 7 est fermentum (*ante* zizaniae) *P* (es *s. u. m3; e alt. ex* i) *B;* fermentum est *Cπ* zizania *X* aliud est *C* et aliud *α* fermentum *om.* χ 8 bonus (i *s.* u *m3*) *P* bonos *L* 9 anima et corpore et in spu *X* 11 et ipsa gratia spiritalis] per gratiam spiritalem et χ accipit *PBπ* 12 aumentum *P* fermentantis (tan *eras.*) *P* 14 toto (o *alt. in ras.*) *V* toti *B* 16 hic *P* (haec *m3*) *L* 18 uoluptatum *PL* 23 sps ur et χ 25 nostri *eras. T, om. αEGγX* 26 peruenit *PBLX*

conparatur regnum caelorum, mulier illa euangelica abscon- C
dit in farinae mensuris tribus, donec fermentetur totum;
tres enim mensurae sunt, ut dixi, carnis animae et spiritus,
sed spiritus quo uiuimus omnes in hoc corpore siti hoc
uerius, quando carnis lasciuia non redundat et anima corpo-
ralibus non incuruatur erroribus ac mensura uiuendi in toto
homine inoffensa seruatur. sed quia mensurarum aequalitas
sine adiumento ecclesiae atque doctrinae difficile perseuerat,
idcirco mulier illa, quae figuram ecclesiae gerit, tamdiu uir- D
tutem illis doctrinae spiritalis admiscet, donec fermentetur totus
ille interior homo cordis absconditus et in gratiam panis
caelestis adsurgat. bene enim fermentum doctrina dicitur Christi,
quia panis est Christus et apostolus ait: quia unus panis,
192 unum corpus multi sumus. fit ergo unum fermentum,
quando caro non concupiscit aduersus spiritum nec
spiritus aduersus carnem, sed facta carnis mortificamus
et anima ex adflatu dei flatum uitae sumsisse se conscia saecu- E
laris necessitudinis contagia terrena declinat. unde et apostolus
non in carne, sed in spiritu ambulare nos praecepit, ut sanctifi-
cati per lauacrum regenerationis ueterem hominem cum
suis desideriis exuentes induti nouum, qui secundum Christum
creatur, non in uetustate litterae, sed in spiritus nouitate
gradiamur, quo possit nobis etiam resurrectionis tempore
incorrupta corporis et animae et spiritus manere conmunio,

1 Matth. 13, 33 11 I Petr. 3, 4 Ioh. 6, 31 13 I Cor. 10, 17 15 Gal. 5, 17 16 Rom. 8, 13 19 Rom. 8, 4 20 Tit. 3, 5 Coloss. 3, 9 sq. 22 Rom. 7, 6

1 abscondat *PBGγL* 2 farina *P* (-ae *m3*) *BLχ* farinam *X* (m *exp.* π) 4 sed . . . uerius *om. PBLX* 6 toto (to *alt. s. u.*) *P* 9 uiam (*del. m2*) uirtutum *P* illis uirtute *X* 10 admiscit *P* (-et *m2*) *B* admisit *L* fermentetur (nte *s. u. m3; m2 corr.* firmetur) *P* 16 aduersum *P* (*m3* aduersus) 17 flatu *PBL* fluctu π (*corr.* flatu *m2*) 19 praecipit *P m2 C* (praecepit *P m1*) 21 exeuntes *P* (-uentes *m2*) *L* 22 creator *P* (v *s.* o *m2*) *L* creatus est χ non] non iam χ spus (s *alt. s. u. m2*) *P* spu *LO et* (*ex* sps) α nouitate sps χ 24 animae χ anima *X* (-ae *corr.* π*V*) animi *cet.*

et nunc omnia quae petimus inpetremus. quod plerisque uidetur F etiam dominus significasse, cum dicit: si duobus ex uobis conuenerit super terram, de omni re quamcumque petieritis, fiet uobis a patre meo, qui in caelis est.

193 Itaque alii duos animam et corpus accipiunt, alii animam et spiritum, ut si in terra, hoc est in corpore. sibi anima spiritusque consentiant nec se inpugnent inuicem diuersis cupiditatibus, omnia in effectum uideantur orata posse deduci. quod ita fit, cum fuerint utraque unum, si subtractis inimicitiis uel solutis duo condantur in unum nouum hominem, id est anima et spiritus, ut oremus spiritu, oremus et mente. licet 1458 A plerique duos populos accipiant ex Israhel et ex gentibus in unum resurrectionis tempore congregandos, ut fiat in aeternum mansura perfectio, et id quod ex parte est destruatur, plerique autem uirum et uxorem consentientes sibi studio

194 caritatis accipiunt. itaque si in hac uita tres mensurae in eodem fermento manserint, donec fermententur et fiant unum, ut aequalitatum nulla distantia sit nec conpositi ex trium B diuersitate uideamur, erit in futurum diligentibus Christum incorrupta conmunio nec conpositi manebimus; nam et qui conpositi nunc sumus unum erimus et in unam substantiam transformabimur. neque enim in resurrectione aliud erit alio inferius, sicut nunc fragilis in nobis est carnis infirmitas et corporalis habitudo naturae uel uulneribus patet uel iniuriis subiacet uel sui oneris mole depressa supra terras nequit extollere altius atque eleuare uestigium, sed in simplicis C creaturae gratiam figurabimur, cum conpletum fuerit quod dictum est a Iohanne: Carissimi, nunc filii dei sumus, et nondum reuelatum est quid erimus, sed scimus,

2 Matth. 18, 19 9 Ephes. 2, 14 sq. 11 I Cor. 14, 15 14 I Cor. 9, 10 21 II Cor. 3, 18 23 Gal. 4, 13 28 I Ioh. 3, 2

1 tunc *Bχ* 2 dñm (m *ex* s *m3*) *P* 3 quacumque *BLX* 6 sibi (ue *s.* bi *m2*) *P* siue *X* 8 ut omnia *αχ* 9 utrique *X* 12 accipiunt *P* (a *s.* u *m3*) *L* 14 mensurę *Gγ* mansurę *ET* 25 suis *L et* (s *alt. eras.*) *PB*, si *C* honeris (e *ex* o *m3*) *P* 26 aluus *P* (ti *s.* u *pr. m3*) *BL* 28 filii *P* (i *tert. s. u.*)

quia cum reuelatum fuerit, similes ei erimus. itaque
cum dei natura sit simplex — spiritus enim deus est —
nos quoque in eandem imaginem figurabimur, ut qualis
caelestis tales et caelestes. igitur sicut portauimus
imaginem illius terreni, portemus et imaginem
huius caelestis, quam animus noster debet induere. D
195 Et ideo primo abhinc loco curatur hydropicus, in quo fluxus
14, 2 sq. carnis exuberans animae grauabat officia, spiritus exstinguebat
14, 7—11 ardorem. deinde docetur humilitas, dum in illo conuiuio
nuptiali adpetentia loci superioris arcetur, clementer tamen,
ut persuasionis humanitas asperitatem coercitionis excluderet,
ratio proficeret ad persuasionis effectum et correctio emen-
14, 12 sq. daret affectum. huic quasi proximo limine humanitas copulatur, E
quae ita dominicae sententiae definitione distinguitur, si in
pauperes et debiles conferatur; nam hospitalem remuneraturis
196 esse affectus auaritiae est. postremum quasi emeritae militiae
14, 15—21 uiro contemnendarum stipendium praescribitur facultatum, quod
neque ille qui studiis intentus inferioribus possessiones sibi
terrenas coemit regnum caeli possit adipisci, cum dominus
dicat: uende omnia tua et sequere me, nec ille qui
emit boues, cum Helisaeus occiderit et populo diuiserit quos F
habebat, et ille qui ducit uxorem cogitet quae mundi sunt,
non quae dei, non quo coniugium reprehendatur, sed quia ad
maiorem honorem uocetur integritas, quoniam mulier
innupta et uidua cogitat quae sunt domini, ut sit
sancta corpore et spiritu. nam quae nupta est co-
197 gitat quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. sed

2 Ioh. 4, 24 3 II Cor. 3, 18 4 I Cor. 15, 48 sq. 20 Matth. 19, 21 21 Reg. III 19, 21 22 et 24 I Cor. 7, 34

2 deus] dī *P* (ds̄ *m2*) *L* 4 et caelestis (-es *m2*) *P* 7 locum *P* (o *s.* um) *L* 10 adpetentia] de potentia *PBL* 11 corertitionis (h *ex* r *pr. et* c *ex* t *pr.*) *P* coertionis*a* *C* coercionis *X* cohertionis *EγT* 12 persuasiones *P* (-nis *m3*) *L* correptio *PL* 13 limite *PBCL* 15 remuneratoris *P* (s *s. u. m1,* o *ex* u *m2*) *E* (v *s.* o *m2*) muneraturis *X* 16 affectis *P* (v *s.* is *m2*) *L* 21 emat *P* (i *s.* a *m2*) *cet.* et populo diuiserit *s. u. m3 P*, *om. L* 22 cogitet (a *s.* e) *P* 26 et corpore et *X*

ut in gratiam, ut supra cum uiduis, ita nunc etiam cum
coniugibus reuertamur, non refugimus opinionem, quam
sequuntur plerique, ut tria genera hominum a consortio magnae
illius caenae aestimemus excludi, gentilium Iudaeorum haereti- 1459 A
198 corum. et ideo apostolus auaritiam dicit esse fugiendam, ne
inpediti more gentili iniquitate malitia inpudicitia auaritia
ad regnum Christi peruenire nequeamus; omnis enim auarus
aut inmundus, quod est idolorum seruitus, non
199 habet hereditatem in regno Christi et dei. Iudaei
autem corporali ministerio iuga sibi legis inponunt et ideo
secundum prophetam disrumpamus uincula eorum et
abiciamus a nobis iugum ipsorum; Christum enim
recepimus, qui ceruicibus nostris pietatis suae iugum mite
suspendit. quinque autem iuga sunt uerborum decem uel
quinque libri ueteris legis, de quibus in euangelio uidetur
200 Samaritanae dicere: quinque enim uiros habuisti. at
uero haeresis uelut Eua femineo rigorem fidei temtat adfectu
et lubrica facilitate prolabens lenocinia falsi decoris adfectat
14, 18 sq. intemeratam neglegens pulchritudinem ueritatis. ideo igitur C
excusant, quia nemini intercluditur regnum nisi ei quem suae
professio uocis excluserit, dominus autem omnes clementer
201 inuitat, sed nos aut desidia nostra aut error auertit. ergo et
ille qui uillam emit alienus a regno est — ementes enim atque
uendentes Noe, ut legisti, tempore diluuia sorbuerunt — et ille
qui iugum potius legis quam gratiae munus elegit et ille qui
14, 26 propter ducendam excusat uxorem; scriptum est enim: si D
quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem

5 Rom. 1, 29  7 Ephes. 5, 5  9 Act. 15, 10  11 Ps. 2, 3
13 Matth. 11, 30  16 Ioh. 4, 18  23 Matth. 21, 21  24 Luc. 17, 27

1 ut *alt. s. u. m3 P, om. L*  3 secuntur *Bπχ*  7 inmundus aut auarus *a*  9 dī et xpi *PBCL*  11 disrumpamus *P* (s *pr. s. u.*)  12 proiciamus *χ*  13 recipimus *BLχ*  16 ad (at *m3*) *P*  17 heresis *χ* hereses *cet.* (-is *m3 L, m2 πV*)  rigorem *TV* rigore in *PBL* rigore *cet.*  adfectus (s *del. m3*) *P* affectū *αC*  24 emantes (e *s.* a, *eras.*) *P*  sorbuerunt *Xχ* obsorbuerunt *α* subruerunt *C et m2 π*  25 eligit (i *pr. ex e ungue*) *P*

et uxorem, non potest meus discipulus esse. etenim si propter te dominus suae renuntiat matri dicens: quae est mater mea aut qui fratres mei? cur tu domino tuo cupias anteferre? sed neque ignorare naturam neque seruire naturae dominus iubet, sed ita indulgere naturae, ut uenereris auctorem nec a deo parentum amore desciscas.

202 Itaque post diuitum resupina fastidia contulit se ad gentes, E
14, 12–23 iubet bonos et malos introire, ut bonos augeat, malorum adfectum in meliora conmutet, ut conpleretur illud quod hodie lectum est: tunc lupi et agni simul pascentur. inuitat pauperes debiles caecos quo ostenditur nobis uel quod nullum debilitas corporis excludat a regno rariusque delinquat cui desit inlecebra peccandi uel quod infirmitas peccatorum per misericordiam domini remittatur, ut non ex operibus, sed ex fide
203 redemtus a crimine si gloriatur in domino glorietur. mittit 1460 A
14, 21 itaque ad exitus uiarum; prudentia enim in exitu canitur. mittit ad plateas, quia misit ad peccatores ut de latioribus uiis ad angustam uenirent, quae ducit ad uitam. mittit ad uias et circa saepes, quod hi uidelicet apti sint regno caelorum qui nullis praesentium cupiditatibus occupati ad futura festinent in quodam bonae uoluntatis tramite constituti et qui modo saepis, quae ab incultis culta secernat et incursus arceat B
bestiarum, norint bona malaque distinguere et aduersus temtamenta nequitiae spiritalis fidei munimen obtendere. denique dominus, ut uineam suam ostenderet fuisse munitam, et saepem inquit circumdedi et circumfodi eam. et apostolus medium parietem saepis dicit esse sublatum, qui

2 Matth. 12, 48 10 Esai. 65, 25 14 Rom. 9, 32 15 I Cor. 1, 31, II Cor. 10, 17, Hier. 9, 23 16 Matth. 22, 9 Prouerb. 1, 20 17 Matth. 7, 13 sq. 25 Matth. 21, 33 27 Ephes. 2, 14

3 tu *om. X* tuos *PLX* (s *eras. V*); *post* tuo *add.* his (o *s.* i *m2*) *EγT* 11 uel *αXχ*, *om. cet.* 12 rariorque *B* rario que (quae *L*) *P* (i *eras.*) *L* delinquat] sit *P* (*s. m3* delinquat cui đs; cui đs *eras.*) *BL* 15 si *αCχ* qui *BL* sit ut qui *P* (sit *s. u. m3*, ut *in ras. m3*) *V* sit qui *FOπ*: *malim* si qui 16 exitum *P* (m *exp.*) *L* 19 hii *PL* 20 festinant *PL* 22 ¦s arceat *P* 23 nouerint *PLχ* 26 sepe *PL*

continuationem munitionis inruperat. fides igitur et ratio quaeri-
tur et quaeritur in plateis, hoc est in meatibus interioris adfectus,
quia scriptum est: in plateis tuis diffundantur aquae C
204 tuae. nec hoc tamen plenum est, ut aliquis uocatus adueniat, nisi
uestem habeat nuptialem, hoc est fidem habeat et caritatem.
et ideo qui pacem et caritatem non detulerit ad Christi
altaria tolletur pedibus et manibus et mittetur in tenebras
exteriores. illic erit fletus, et stridor dentium. quae
sunt tenebrae exteriores? numquid illic quoque carcer aliqui
lautumiaeque subeundae sunt? minime. sed quicumque extra
promissa sunt caelestium mandatorum in tenebris exterioribus D
sunt, quia mandata dei lumen sunt et quicumque sine Christo
est in tenebris est, quia lumen interius est Christus.

205 Ergo neque corporalium stridor aliqui dentium neque ignis
aliqui perpetuus flammarum est corporalium neque uermis est
corporalis. sed haec ideo, quia sicut ex multa cruditate et febres
nascuntur et uermes, ita si quis non decoquat peccata sua uelut
quadam interposita sobrietate abstinentiae, sed miscendo pec- E
cata peccatis tamquam cruditatem quandam contrahat ueterum
et recentium delictorum, igne aduretur proprio et suis uermibus
consumetur. unde et Esaias ait: ambulate in lumine
ignis uestri et flamma, quam accendistis. ignis est
quem generat maestitia delictorum, uermis est eo quod inra-
tionabilia animae peccata mentem rei sensumque conpungant

3 Prouerb. 5, 16  4 Matth. 22, 11  7 sq. Matth. 22, 13  11 Ps. 118, 105  12 Ioh. 12, 35 sq.  14 Matth. 22, 13; 25, 41  20 Esai. 66, 24  21 Esai. 50, 11

1 continuatione *PBL*  5 fidem *B* (*in ras.*) firmam *P*  habeat et *aCχ et* (et *s. u. m2*) *π* habeat *cet.*  7 ligatis *s.* pedibus *m3 P*  9 quoque *om. PBL*  carcer *aBCXχ* carcere *Pm1 L* carceres *Pm3 Em2*  13 interius] in tenebris *a*  14 neque est *BπV*  aliqui (-is *m2*) *ETV*  15 aliquis *L et* (s *add. m2*) *ETV*  est *pr. om. Cχ*  16 ideo ponuntur *Maurini*  17 uermis *Lπ et* (-es *m2*) *PB*  dequoquat *aX*  19 ueterem *PF et* (v *s.* e *tert.*) *LπV*  20 suis *om. BLX*  22 flammam *aFGO*  accendistis uobis *PBL*  23 inrationabilia *aXχ* inrationabili *C* inrationabilis *PBL*

et quaedam exedant uiscera conscientiae, quae tamquam uer-
mes ex unoquoque nascuntur tamquam ex corpore peccatoris. 1461 A
denique id dominus per Esaiam declarauit dicens: et uidebunt
membra hominum praeuaricantium in me; et
uermis eorum non morietur et ignis non exstinguetur.
206 stridor quoque dentium prodit indignantis adfectum, eo quod
sero unumquemque paeniteat, sero ingemescat, sero irascatur
sibi, quod tam peruicaci inprobitate deliquerit.

207 Quis ex uobis inquit homo qui habet centum oues et, B
15, 4 si errauerit una ex illis, nonne dimittit nonaginta no-
uem in deserto et ibit ad illam quae errauit? didiceras
in superioribus ablegare neglegentiam, uitare adrogantiam, de-
uotionem sumere, saecularibus occupationibus non teneri, ca-
duca non praeferre perpetuis; sed quia fragilitas humana firmum
nequit in tanto saeculi lubrico tenere uestigium, etiam aduersus
errorem remedia tibi bonus medicus demonstrauit, spem C
15, 4 sqq.; 8 sqq.; 11 sqq. ueniae iudex misericors non negauit. itaque non otiose sanctus
Lucas ex ordine tres parabolas posuit: ouis quae perierat
et inuenta est, dragma quae perierat et inuenta est, filius
qui erat mortuus et reuixit, ut triplici remedio prouocati
208 uulnera nostra curemus; spartum enim triplex non con-
rumpetur. qui sunt isti, pater pastor mulier? nonne deus
pater, Christus, ecclesia? Christus te suo corpore uehit, qui tua D

1 Sap. 12, 5 3 Esai. 66, 24 Marc. 9, 45 sq. 21 Eccles. 4, 12

1 exedant *α et* (edant *in ras.*) *V* ex*edunt *C* exuant *FOπ* exedunt *cet.* uermis *π et* (*in ras.*) *L*, ex uenis *P* (*exp. et s.* uermes *m3*) *B* 3 dñs id *Cχ* 5 ignis eorum *X* extinguitur *P* (-etur *corr.*) *LX* 6 indignantis (n *tert. s. u.*) *X* 7 ingemescat *P* (i *s.* e *alt. m2*) *γ* (e *alt. ex* i) *BCGLO* ingemiscat *cet.* 9 habet *αχ* habeat *cet.* C *L*, *om. P* 10 XCVIIII *PL* nonaginta et nouem *GX* 11 errauerat *X* didicerat *P* (s *s.* t *m2*) *L* 12 adlegare *α* allegare *CET* alligare *X* abnegare *γ et* (n *in ras.*) *L* 19 dragmae *Bχ et* (ae *ex* a) *V* filii *Bχ et* (i *tert. ex* us) *V* 21 corrumpitur *BT* rumpitur *C* 22 et mulier *χ* nonne (n *alt. s. u.*) *P* xps ecclesia *P* (*in ras. in mg. sup. m3* ł xps pastor mulier ecclesia) *L*, xps pastor mulier ecclesia *αC*, xps et ecclesia *BXχ* xps *P* (*in ras.;* s *s. u.*) 23 reuehit *α*

in se peccata suscepit, quaerit ecclesia, recipit pater. quasi
pastor reuehit, quasi mater inquirit, quasi pater uestit. prima
misericordia, secunda suffragatio, tertia reconciliatio. singula
singulis quadrant: redemtor subuenit, ecclesia suffragatur,
auctor reconciliatur. eadem diuini operis misericordia, sed
diuersa pro meritis nostris gratia. ouis a pastore lassa reuocatur,
dragma quae perierat inuenitur, ad patrem filius suis uestigiis E
redit et plena condemnati erroris regreditur paenitentia. unde
bene scriptum est: h o m i n e s e t i u m e n t a s a l u o s f a c i e s,
d o m i n e. quae sunt ista iumenta? dixit propheta semen
Israhel in semen hominum et Iuda in semen animalium.
itaque quasi Israhel homo seruatur, quasi ouis Iuda colligitur.
malo ergo filius esse quam ouis; ouis enim a pastore repperitur, a patre filius honoratur.

209 Gaudeamus igitur quoniam ouis illa, quae perierat in Adam, F
leuatur in Christo. umeri Christi crucis brachia sunt. illic
peccata mea deposui, in illa patibuli nobilis ceruice requieui.
ouis illa genere est una, non specie; u n u m e n i m o m n e s
c o r p u s s u m u s sed multa membra et ideo scriptum est: u o s
a u t e m c o r p u s e s t i s C h r i s t i e t m e m b r a e x m e m b r i s
e i u s. u e n i t itaque f i l i u s h o m i n i s s a l u u m f a c e r e q u o d
p e r i e r a t, omnes scilicet, quia s i c u t i n A d a m o m n e s m o-
210 r i u n t u r, i t a i n C h r i s t o o m n e s u i u i f i c a n t u r. diues igitur
pastor, cuius omnes nos centesima portio sumus. habet an- 1462 A
gelorum, habet archangelorum, dominationum, potestatum,

9 Ps. 35, 7 10 Hier. 38 (31), 27 18 I Cor. 10, 17 19 I Cor. 12, 27 21 Luc. 19, 10 22 I Cor. 15, 22 24 Coloss. 1, 16

1 quaerit te χ recepit *X* si recepit *PL* si recipit *B* 2 reuehit (re *in ras.*) *B* uehit *C* 3 misericordiam *P* (m *exp.*) *L* (m *eras.*) 5 auctor *s. u. m2 P*, *om. L* 6 nostri *P* (ł tris *s. u. m3*) *BL* 7 et ad *X* 8 condemnatio *PB* condemnatione *L* 11 iudam *P* (m *eras.*) α*X* (m *exp.* π) χ (m *eras. E*) 12 Israhel quasi *ed. Rom.* saluatur γ*L* 13 repperitur α*C*χ repetitur *cet.* 15 quia *P* 17 peccata mea α*X* mea peccata *cet.* patibula *PL* (-li *P m2*, *L m3*) 23 ita et *PBLX* uiuificabuntur α*FOV* 24 nos omnes *PL*

thronorum aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus
dereliquit. qui quoniam sunt rationabiles, non inmerito ho-
minum redemtione laetantur. quamquam hoc quoque proficiat
ad incentiua probitatis, si unusquisque conuersionem suam
gratam fore credat coetibus angelorum, quorum aut adfectare
patrocinium aut uereri debet offensam. et tu igitur angelis
esto laetitiae, gaudeant de reditu tuo. B
211 Non otiosum etiam quod mulier illa dragma laetatur inuenta.
15, 8 sq. non mediocris haec dragma est, in qua principis est figura.
et ideo imago regis census ecclesiae est. oues sumus, oremus
ut super aquam refectionis nos conlocare dignetur; oues inquam
sumus, petamus pascua; dragmae sumus, habeamus pretium;
212 filii sumus, festinemus ad patrem. nec uereamur quia acceptum
spiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegimus uolup- C
tatibus. quod pater in filio quem habebat thesaurum contulit,
fidei census numquam exinanitur: licet totum dederit, totum
habet, qui quod donauerit non amittit. nec uereare, ne te non
recipiat; non enim delectatur deus perditione uiuorum.
15, 20. 22 iam occurrens uenienti tibi cadet supra collum — dominus
enim erigit allisos — osculum dabit, quod est pignus
pietatis et amoris, stolam anulum calciamenta proferri iubebit.
tu adhuc iniuriam metuis, ille restituit dignitatem; tu suppli- D
15, 20. 23 cium uereris, ille osculum defert; tu conuicium times, adornat
ille conuiuium. sed iam ipsam parabolam discutiamus.
15, 11 sq. Homo quidam habuit duos filios et dixit illi

9 Luc. 20, 22 et 24  10 Matth. 22, 19 sq.  11 Ps. 22, 2  16 Rom. 4, 14  18 Sap. 1, 13  19 Ps. 145, 8

3 redemptionem *L et* (m *alt. del.*) *PV*, (m *exp.*) π  5 credant (n *eras.*) *P*  6 esto angelis *C* esto cum angelis χ  7 tuo (*s. u. m2*) reditu *V*, tuo *om. FO*π  8 etiam] igitur *C*  11 super (e *s. u.*) *P*  12 dragma α*C*  15 pat.er (r *eras.*) *P*  filios *PBL*  16 totum dederit] dederit totum *X*  17 quia *ed. Rom.*  uereare ne] uerǫ *P* (e||are ne *s.* ǫ *m2*) *L*; uerearis ne *B*χ  18 perditionem *P* (m *eras.*) *L*  19 cadit *CX* (-et *corr. V*) χ  21 pietatis] caritatis *X*χ  iubebat *P* (i *s.* ạ) *L*π  22 metuens α metues *X*  *post* metuis *add.* errantem *P* (*del. m1*) *L*  25 filios (*s. u.*) *P*

213 adulescentior: da mihi portionem substantiae. uides quod diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpam patris quod adulescentiori dedit. nulla dei regno infirma aetas, E nec fides grauatur annis. ipse certe se iudicauit idoneum, qui poposcit. atque utinam non recessisset a patre, inpedimentum nescisset aetatis. sed posteaquam peregre profectus est, — merito ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab ecclesia — posteaquam domum, inquit, patriam derelinquens
214 peregre profectus est in regionem longinquam. quid F
15, 13 enim longinquius quam a se recedere nec regionibus, sed moribus separari, studiis discretum esse non terris et quasi interfuso luxuriae saecularis aestu diuortia habere factorum? etenim qui se a Christo separat exul est patriae, ciuis est mundi. sed nos non sumus aduenae atque peregrini, sed sumus ciues sanctorum et domestici dei; qui enim eramus longe facti sumus prope in sanguine Christi. non inuideamus de longinqua regione remeantibus, quia et nos fuimus in regione longinqua, sicut Esaias docet. sic habes: qui sedebant in re- 1463
gione umbrae mortis, lux orta est illis. regio ergo longinqua umbrae mortis, nos autem, quibus spiritus ante faciem Christus est dominus, in umbra uiuimus Christi. et ideo dicit ecclesia: in umbra eius concupiui et sedi. ille igitur uiuendo luxuriose consumsit omnia ornamenta naturae. unde tu, qui accepisti imaginem dei, qui habes similitudinem eius noli eam inrationabili foeditate consumere. opus dei es, noli ligno dicere: pater meus es tu, ne accipias B

14 Ephes. 2, 19  15 Ephes. 2, 13  18 Esai. 9, 2  21 Thren. 4, 20  22 Cant. 2, 3  24 Gen. 1, 26; 5, 3  26 Hier. 2, 27

6 post ea quae *P* (ã *ex* ę *m3*) *L* postquam *C*  *post* posteaquam *add.* domum patriam derelinquens *P* (*s. u. m2*) *X*  7 *post* est *add.* coepit egere χ  13 est *alt. om. PL*  14 sed sumus ciues α *et* (sed *om.*) *X* sed ciues sumus *cet.*  18 sic habes *BGγTX* sic enim habes α*C* *et* (enim *s. u. m2*) *E* dicens *PL*  19 est eis *BCET*  20 umbrae *O* umbra α (e *eras.*) umbra est *a*  23 consumsit (s *alt. s. u.*) *P*  naturae ornamenta *C*  24 quia *pr. P* (a *eras.*) γ*L*π  26 nec *CFLOV*

similitudinem ligni, quia scriptum est: s i m i l e s  f i a n t  h i s q u i  f a c i u n t  e a.
215 F a c t a  e s t  f a m e s  p e r  r e g i o n e m  i l l a m: fames non
15, 14 epularum, sed bonorum operum atque uirtutum. quae sunt
miserabiliora ieiunia? etenim qui recedit a uerbo dei, esurit
quia n o n  i n  p a n e  s o l o  u i u i t  h o m o, s e d  i n  o m n i  u e r b o
d e i. qui recedit a fonte sitit, qui recedit a thesauro eget, qui
recedit a sapientia hebetatur, qui recedit a uirtute dissoluitur. C
merito ergo iste egere coepit, qui thesauros sapientiae et
scientiae dei diuitiarumque caelestium altitudinem dereliquit.
egere ergo ideo coepit et famem pati, quia nihil prodigae
satis est uoluptati. semper famem patitur sui qui alimentis
216 perpetuis nescit inpleri. a b i i t  i t a q u e  e t  h a e s i t  u n i  c i u i u m;
15, 15 qui enim haeret in laqueo est. et uidetur ciuis iste princeps D
esse istius mundi. denique ad uillam eius mittitur, quam
emit qui excusat a regno; et pascit porcos, illos utique in
quos petit diabolus introire, quos praecipitat in mare istius
217 mundi in sordibus ac faetore uiuentes. e t  c u p i e b a t  inquit
15, 16 s i l i q u i s  i n p l e r e  u e n t r e m  s u u m. neque enim alia cura est
luxuriosis nisi ut uentrem suum inpleant, q u o r u m  d e u s
u e n t e r  e s t. qui autem aptior huiuscemodi hominibus cibus E
quam is qui siliquae modo intus inanis, foris mollis est, quo
corpus non reficitur, sed inpletur, ut sit magis oneri quam
218 usui? sunt qui porcos accipiant pro gregibus daemonum, sili-

1 Ps. 114, 16 (113, 8) 6 Luc. 4, 4 9 Coloss. 2, 3 15 Ioh. 12, 31 16 Luc. 14, 18 17 Matth. 8, 32 20 Philipp. 3, 19 23 Sallust. Iug. 14, 4

1 similis *L et* (-es *corr.*) *P*π illis fiant χ 3 est autem χ famis *bis LX et* (-es *m3*) *P*, (*m2 B*) 6 pane solo *P* (ne *s. u.*) *αBL* solo pane *cet.* 8 *ante* a uirtute *add.* ạ ṣạpịẹṇṭịạ ḥẹ *P*, a sapientiae *L* 9 quia *PBGγL* 11 pati****** (*erasa* tur sui) *P* quia . . . sui *in mg. m3 P*, pati . . . famem *om. L* 13 haesit *αBC*χ adhaesit *cet.* ciuium (i *pr. s. u.*) *P* 14 adhaeret *X* ciues *P* (-is *m3*) *LX* (-is *m2* π) 16 emit] enim *P* (*s. u. add. m3* peregre proficiscitur) *L* et quos *PBL* 17 quod (*alt.*) *P* (*corr.* quos) *L* 18 ac] et *PBL* 21 quis γ *et* (s *s. u. m2*) *αT* 22 ịs qui *om. PL* inliquae (si *s.* ịṇ) *P* 24 sunt qui (qui *s. u. P*) siliquas saecularia uerba significant (re *s.* ṇṭ *m3 P*) porcos accipiant *PL*

quas pro exili uirtute inanium hominum sermonumque iactantia,
qui nihil prodesse possunt, inani quadam philosophiae seduc-
tione et quodam sonorum facundiae plausu pompam magis quam
utilitatem aliquam demonstrantes sed haec diuturna oblec-
219 tamenta esse non possunt et ideo nemo illi dabat; erat F
15, 16 enim in regione illius qui neminem habet, quia eos qui sunt
non habet. omnes quippe gentes in nihilo aestimantur, solus
autem deus qui uiuificat mortuos et uocat quae
220 non sunt tamquam quae sunt. in se autem reuersus
15, 17 dixit: quantis panibus mercennarii patris mei
abundant! bene in se reuertitur qui a se recessit. etenim
qui ad dominum regreditur se sibi reddit et qui recedit a 1464 A
Christo se sibi abdicat. mercennarii autem qui sunt nisi qui
ad mercedem seruiunt, qui sunt ex Israhel, non id quod bonum
est probitatis studio persequentes, nec uirtutis gratia sed
utilitatis studio prouocati? at uero filius, qui habet sancti
spiritus pignus in corde, saecularis mercedis lucella non quaerit.
qui ius seruat heredis. sunt etiam mercennarii, qui condu-
cuntur ad uineam. bonus mercennarius Petrus Iohannes Iaco-
bus, quibus dicitur: uenite, faciam uos piscatores B
hominum. isti non siliquis, sed panibus abundant. denique
collegerunt fragmentorum cofinos duodecim. o domine Iesu,
si nobis auferas siliquas et panes tribuas — tu enim dispensator

2 Coloss. 2, 8 7 Esai. 40, 17 8 Rom. 4. 17 14 Rom. 9, 6 17 II Cor. 1, 22 18 Matth. 20, 1 20 Matth. 4, 19 21 Luc. 9, 17 23 Luc. 22, 19 Luc. 12, 42

1 iactantiā *P* (ā *ex* a *m2*) *X* 2 seductione filosophiae *P* 3 sonoro *PBCL* 7 in nihilo *P* (in *s. u.*) *αLX* nihilo *B* in nihilum *Cχ* 8 dš est *CLπ* et *om. BC* 9 sint *αGγ* 11 habundant (a *alt. ex* e *m2*) *P* 12 reddidit *P* (di *pr. del.*) *BL* 14 mercedes *PBL* 15 prosequentes (es *ex* is *m2*) *P* 16 sps sci *X* 17 lucella] pulchra *G et* (h *s. u.*) *γ* 18 qui ius *P* (bus *s.* ius *m3*) qui ei' *G* quiuis *γOπV* seruat *BGTX* seruiat *PaCγLT et* (i *s. u. m2*) *E* heredes *PX et α m1 E m2* (heredis *m2 V*) 19 iohannis (-es *m3*) *P* 20 uenite et *PBL* 22 cofinos XII *P* cophinos XII *CLχ* cophinos (cofinos *B*) duodecim *αB* duodecim cofinos *FOV* XII chophinos *π* ihs (s *in ras.; s. m3* ihu) *P* 23 si *in ras. P* auferras (r *pr. eras.*) *P*

in domo es patris — o si nos quoque mercennarios digneris conducere licet sero uenientes! nam et undecima conducis hora et aequalem dignaris mercedem soluere, aequalem mercedem uitae, non gloriae; neque enim omnibus reposita est corona iustitiae, sed ei qui potest dicere: certamen bonum C

221 certaui. quod ideo non praetermittendum arbitratus sum, quia scio quosdam dicere quod ad mortem sibi lauacri gratiam uel paenitentiam seruent. primum qui scis an nocte proxima tua a te anima reposcatur? deinde cur putes otioso tibi omnia posse deferri? pone unam gratiam, unam esse mercedem, diuersum tamen brauium uictoriae est, ad quod se non frustra Paulus extendit, qui post mercedem gratiae brauium tamen ut D conprehenderet sequebatur, quia sciebat etsi par esset merces gratiae, palmam tamen esse paucorum.

222 Et quoniam in uineam domini uenimus, non uacui recedamus; iuuat enim fructus legere, mercennarios eius uidere. quid enim sibi uult quod una die diuersis horis conducuntur operarii, nisi quia mille anni in oculis domini sicut dies hesterna quae praeteriit et hora in nocte? quae est nox nisi quae praecessit, ut dies adpropinquaret? et bene hora in nocte, E quia mille anni sicut dies una. nouit uim diei huius ille qui dixit: Iesus Christus heri et hodie ipse est et in saecula. sciuit et ille diem esse multiplicem qui scripsit; hic dies generationis caeli et terrae, cum facta sunt; qua die fecit deus caelum et terram et omne uiride

2 Matth. 20, 6 sqq. 4 sq. II Tim. 4, 7 sq. 8 Luc. 12, 20 12 Philipp. 3, 14 15 Matth. 20, 4 et 7 16 Matth. 20, 3 sqq. 18 Ps. 89, 4 19 Rom. 13, 12 21 II Petr. 3, 8 22 Hebr. 13, 8 24 Gen. 2, 4

1 o *om.* αχ 3 digneris αχ 4 reposita est omnibus *C* proposita *PBL* 5 posset *P* (-it *m3*) *L* 8 reseruent χ qui] unde *X* an] hac α (*in ras. m2*) *G* (h *s. u. m2*) γ*T* an (*s. u. m2*) hac *E* 9 a te *om. X* reposcare *P* (tur *s.* rę *m2*) *L* putas χ 10 unam gratiam] gratiam unam *C* 13 mercis *CFV et m2* α*O* 15 Et] sed χ 17 condu*cuntur *P* 18 *et* 21 mille *om. PL* 20 hora (h *s. u. m3*) *P* 22 qui* (a *eras.*) *P*, qui *in ras. L* 25 ds fecit *PBL*

agri. cum enim supra septem descripsisset dies, postea uno
die omnia facta conplexus est totum mundi tempus ostendens
in conspectu domini tamquam diem unum, eo quod ex in-
conpositis atque tenebrosis forma istius mundi diuini operis F
claritate processerit. ergo si dies totum tempus est mundi,
habet utique etiam in saeculis horas suas aut ipsa saecula
horae sunt. horae autem diei duodecim sunt. unde bene in
mysterio dies Christus, cuius apostoli duodecim, qui caelesti
223 lumine distinctis in se gratiae uicibus refulserunt. uenit ergo
pater familias et prima hora conduxit operarios, fortasse eos
qui a principio mundi usque ad diluuium iusti esse meruerunt,
de quibus dicit: et locutus sum ad uos ante lucem et 14
misi ad uos seruos meos prophetas ante lucem.
tertia post diluuium incipit Noe ceterorumque tempora conpre-
hendens, qui quasi boni operarii in uineam destinantur. ideo
quasi in prandio inebriatus est Noe. sextam et reliquas
Abrahae, Isaac et Iacob patriarcharum merita distingunt. nona
inclinante iam saeculo et tamquam pallescente luce uirtutis
lex et prophetae decoloratos mores hominum notauerunt. unde- B
cimam et quod superest diei sacer producit aduentus. unde
et ipse in euangelio dicit: ambulate, dum lucem habetis.

224 Sed iam redeamus ad patrem. licet non uerear, ne istius
paenitentiam gerentis exemplo diu afuisse uideamur — num-

3 Gen. 1, 2 7 Ioh. 11, 9 8 Matth. 10, 2 9 Matth. 20, 1
12 Hier. 25, 3 sq. 14 Matth. 20, 3 16 Gen. 9, 21 ·Matth. 20, 5
19 Matth. 20, 6 sq. 19 Luc. 16, 16 21 Ioh. 12, 35

1 VII *PL* dies descripsisset *PBL* 4 istius *post* diuini *transponunt PBL* 7 XII *PLX* 8 XII *PγLX* 9 uicibus (us *s. u. m3*) rafulserunt (e *s.* ạ *m3*) *P* uicibus (us *in ras.*) fulxerunt *L* 12 dicit] ait *PL* loquutus *αFV* 15 distinantur *X* 16 sextā *αCχ* sexta* π sexta *cet.* reliquas *αFX* (reliqua* *πO* reliquis *m2 V*) χ reliquos *P* (in *s. u. m2 et* ł derelinquo *s. u. m3*) *BCL* 17 et isaac *Cχ* patriarcharumque *Xχ* distingunt *P* (i *s.* n *alt. m3*) *αBC* distinguunt *L* distinguntur *Xχ* (distinguunt *E e corr.*) 19 decoloratos *αEγT* decoloros *CG* decolores *cet.* undecimam *αCGX* undecima *cet.* 23 gerentes *PL* affuisse *PL* abfuisse *C et m2 Eπ*

quam enim afuimus, qui uersabamur in uinea, in qua si et
iste mansisset, non recessisset a patre — cauendum tamen est,
ne nos ei reconciliationis faciamus moram, quam non fecit
pater. facile reconciliatur, quando inpense rogatur. et ideo C
discamus quali pater obsecratione sit ambiendus. *pater inquit*.
15, 18 quam misericors, quam pius, qui nec offensus patrium dedi-
gnatur nomen audire! *pater inquit peccaui in caelum et*
225 *coram te*. haec est prima confessio aput auctorem naturae,
praesulem misericordiae, arbitrum culpae. sed etsi deus nouit
omnia, uocem tamen tuae confessionis exspectat. *ore enim
confessio fit ad salutem*, quia ableuat pondus erroris D
quisquis ipse se onerat et accusationis excludit inuidiam qui
accusatorem praeuenit confitendo; *iustus enim in primordio
sermonis accusator est sui*. frustra autem uelis occulere
quem nihil fallas et sine periculo prodas quod scias esse iam
cognitum. confitere magis, ut interueniat pro te Christus, quem
aduocatum habemus aput patrem, roget pro te ecclesia, inla-
crimet populus. nec uereare ne non inpetres. aduocatus spondet
ueniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paternae E
pietatis pollicetur adsertor. crede, quia ueritas est, adquiesce,
quia uirtus est. habet causam ut pro te interueniat, ne pro
te gratis mortuus sit. habet et causam ignoscendi pater, quia
226 quod uult filius uult pater. *peccaui in caelum et coram
te*. non utique elementum exprimitur, sed peccato animae

10 Rom. 10, 10 13 Prouerb. 18, 17 16 I Ioh. 2, 1 20 I Ioh. 5, 6; Ioh. 14, 6 22 Gal. 2, 21

1 affuimus (f *pr. s. u. m3*) *P* abfuimus *C et m2 E* adfuimus *X* (abf. *m2* π) uersamur *PL* si et] et si *X*χ 2 non] numquam *X* 8 auctorem (c *s. u.*) *P* narrare *PL* 9 dns *PBL* 10 enim] autem χ 11 quia (qui *FO*) abluebat *X* (it *s.* ebat *m2 V*) 12 quo (*s. u. m3*) quisquis (e *s.* is *alt. m3*) ipse (ip *exp. m3*) *P* se *om. PL*π 14 occultare *PCE*γ*LT et m2* α 15 fallat *PFLO* prodas (i *s.* a *m2*) *P* 17 et inlacrimet χ et lacrimet *X* 18 uerearis *PBCL* 19 paternae (e *alt. eras.*) pietas *P* 20 adsertori *PLV* 21 nec (c *eras.*) *P* 22 habet et α*CX*χ habet *cet.* ignoscendi et pater *X* (et *in VO eras.*) 23 et pater χ caelo *X* et *s. u. m3 P* 24 utique] enim utile *X*

caelestia significantur dona spiritus inminuta uel quia ab illius
gremio matris Hierusalem quae in caelo est non oportuit F
227 deuiari. iam non sum dignus uocari filius tuus; deiectus
15, 19 enim se exaltare non debet, ut merito suae possit humilitatis
228 adtolli. fac me sicut unum mercennariorum tuorum. nouit
15, 19 esse distantiam inter filios amicos mercennarios seruos. filius 1466 A
per lauacrum, amicus per uirtutem, mercennarius per laborem,
seruus per timorem. sed etiam ex seruis et mercennariis fiunt
amici, iuxta quod scriptum est: uos amici mei estis, si
feceritis quae ego praecipio uobis; iam non dico uos
seruos.

229 Haec aput se, sed non satis est dicere nisi ad patrem uenias.
ubi illum requiras, ubi inuenias? exsurge primo, hoc est qui
sedens ante dormiebas. et ideo dicit apostolus: surge qui dor- B
mis et exsurge a mortuis. iniquitas in talento plumbeo.
sed et Moysi dicitur: tu autem hic sta. stantes elegit Chri-
stus. exsurge ergo, curre ad ecclesiam; hic est pater, hic est
230 filius, hic est spiritus sanctus. occurrit tibi, qui audit te intra
15, 20 sq. mentis secreta tractantem. et cum adhuc longe sis, uidet et
adcurrit. uidet in pectore tuo, adcurrit ne quis inpediat, con-
plectitur quoque. in occursu praescientia est, in conplexu
clementia et quasi quidam patrii amoris adfectus. supra collum C
cadit, ut iacentem erigat et oneratum peccatis atque in ter-

2 Gal. 4, 26 Hebr. 12, 22 9 Ioh. 15, 13 sq. 13 cf. Act. 20, 9
14 Ephes. 5, 14 15 Zach. 5, 7 16 Deut. 5, 31

2 oportuit] debuit χ 3 deuiare *X* uocare *P* (-ri *m3*) *L* 4 debet (e *alt. ex* i *m2*) *P* 6 filium *CX*χ et seruos *X* 7 amicos (v *s.* o *m3*) *P* mercennariis (s *s. u.*) *P* 10 dicam *E*γπ*T* 12 se (*s. m3* te) *P* sed *exp. m2 P* *post* non *add.* dico uos (*exp m2*) *P*, dico uobis *L* sat α*BC* 13 ubi *pr.* (*s.* nisi *m3*) *P* hoc est *om.* α*C* qui *s. u. P* 14 sedens ante] sedis antea *X* et *om. P* 15 et *s. u. m3 P*, *om. X* 16 *sta (*fort.* i *eras.*) *P* eligit *P* (i *pr. ex* e *m3*) *G* 18 quia α (a *eras.*) *C et* (a *s. u. sed rursus eras.*) *P* 20 accurrit *P* occurrit *X* occurrit *X* 21 praestientia *P* (*corr. m3*) praesentia *XL* 22 clementia est χ quidam (o *s.* i *m3*) *P* quodam χ*C* adfectus (s *eras.*) *PE* adfectu *T* 23 terrena (e *alt. ex* i *m2*) *P*

rena deflexum reflectat ad caelum, in quo suum quaerat auc-
15, 20 torem. cadit in collum tuum Christus, ut ceruicem iugo exuat
seruitutis et collo tuo iugum suaue suspendat. nonne tibi
uidetur cecidisse in collum Iohannis, quando erat Iohannes in
sinu Iesu ceruice recumbens reflexa? et ideo uerbum aput
deum uidit, quia erectus est ad superna. cadit in collum, cum D
dicit: uenite ad me qui laboratis et ego uos reficiam;
tollite iugum meum super uos. cadit ergo hoc modo, si
231 conuertaris. et iubet proferri stolam anulum calciamenta. stola
15, 22 amictus est sapientiae, quo nuda corporis apostoli tegunt, eo
quod se unusquisque conuoluat. et ideo stolam accipiunt, ut
corporis infirmitatem sapientiae spiritalis uirtute conuestiant.
de sapientia enim dictum est: lauabit in uino stolam
suam. ergo stola spiritale indumentum et uestimentum est E
nuptiale. anulus quid est aliud nisi sincerae fidei signaculum
et expressio ueritatis? calciamentum autem euangelii praedi-
catio est. et ideo accepit sapientiam primam — est enim et alia,
quae mysterium nescit — accepit dictorum suorum fac-
torumque signaculum et quoddam munimentum bonae inten-
tionis et cursus, necubi offendat ad lapidem pedem suum et
subplantatus a diabolo dominicae praedicationis officium dere-

3 Matth. 11, 30 4 Ioh. 13, 23; 21, 20, cf. Uerg. Aen. X, 535; Ouid. Her. 16, 233 5 Ioh. 1, 1 sq. 7 Matth. 11, 28 sq. 13 Gen. 49, 11 14 Matth. 22, 11 16 Ephes. 6, 15 20 Ps. 90, 12. Matth. 4, 6

1 defluxum *P et* (e *s.* u *pr.*) π 2 cadet *X* 4 erat iohannis (-es *m3*) π 8 *post* ergo *add.* in collum χ 9 iubebit *X*χ 11 conuolluat (l *alt. eras.*) *P* stolas α*C* 12 sapientia* (e *eras*) *P* 13 lauauit *X*χ 14 stolam *P* (?) *L et* (m *exp. uel eras.*) *BX* spiritalem *PLBX* (m *del. PBO*π*V*) 16 et *s. u. P* 17 sapientia *X* primam *P* (v *s.* a) prima *X* alia α*CX*χ *P m1 L m1* aliud *P m3 L m2 B* 18 quae mysterium] mysterium quae *P* (quia *m3*) *L* (quod *m2*) *B* *ante* accepit *add.* quae α*CL* (qui *m2*) qua* *P* (nisi qui *m3*) quam *B* est enim et aliud mysterium, quod nescit nisi qui accepit *Maurini ex P m3 L m2* accipit *P* (i *pr. ex* e *m3*) *X* 19 monimentum *X* (v *s.* o *m2* π) monumentum αχ (monim. *m2 ET*) 20 tuum χ 21 subplantata (us *m3 s.* a *tert.*) *P* supplantata *B*

linquat. haec est praeparatio euangelii ad caelestium cursum F
dirigens praeparatos, ut non in carne ambulemus, sed in
spiritu.
232 Occiditur et uitulus saginatus, ut carnem domini spiritali
15, 23 opimam uirtute per gratiam sacramenti mysteriorum consortio
restitutus epuletur. nemo enim nisi qui timuerit deum —
quod est initium sapientiae — nisi signaculum spiritale uel 1467 A
custodierit uel receperit, nisi dominum praedicauerit, sacramentis debet interesse caelestibus. qui autem anulum habet
et patrem habet et filium et spiritum sanctum, quia signauit
deus, cuius imago Christus, et dedit pignus spiritum in
cordibus nostris, ut sciamus hoc anuli istius qui in manu
datur esse signaculum, quo cordis interiora factorumque nostrorum ministeria signantur. ergo signati sumus, sicut et legimus:
credentes inquit signati estis spiritu sancto. bene autem B
carnem uituli, quia sacerdotalis est uictima, quae pro peccatis
233 fiebat, epulantem patrem inducit, filius ut ostenderet quoniam
15, 23 paternus cibus est salus nostra et patris gaudium nostrorum
redemtio peccatorum est. et hic quidem si ad patrem referas,
quia hostia pro peccatis filius est, delectatur pater reditu
peccatoris: supra delectatur filius inuenta oue, ut scias quia
una est patris et filii delectatio, una operatio in ecclesiae C
fundamento.
234 Laetatur autem pater, quia filius perierat et inuentus
15, 24 est, mortuus fuerat et reuixit. ille perit qui fuit; non
enim potest perire qui non fuit. itaque gentes non sunt, Chri-

2 Rom. 8, 4 7 Ps. 110, 10 Prouerb. 9, 10 11 II Cor. 1, 22; 4, 4 15 Ephes. 1, 13 16 Leuit. 4, 3; 8, 14 18 Ioh. 4, 34 21 Luc. 15, 5

1 haec est] haec *Fm1* π, ecce χ praedicatio χ 2 praeparatus *X* 7 spiritalem *αLF et* (m *del.*) *PBV* 8 praedicarit (ue *s.* ar *m3*) *P* praedicaret *L* 10 *post* signauit *add.* nos *a* 13 quo] quod *X om. PL* 14 mysteria *BL*π 15 signati estis *om. T et Em1* 17 *post* quoniam *add.* quia *X* 19 est peccatorum *ET* si quidem *αC* 21 inuenta ouem (m *eras.*) *P* inuentam ouem *X* 22 filii *P* (i *tert. s. u. m2*) 24 filius qui perierat inuentus est *α*

stianus est iuxta quod supra dictum est quia elegit deus
quae non sunt, ut quae sunt destrueret. potest tamen et
hic in uno species accipi generis humani. fuit Adam et in illo
fuimus omnes: periit Adam et in illo omnes perierunt. homo D
igitur et in illo homine qui perierat reformatur et ille ad
similitudinem dei factus et imaginem diuina patientia et
magnanimitate reparatur. quid est ergo: elegit deus quae
non sunt, ut quae sunt destrueret? id est: elegit populum
gentium qui non erat, ut destrueret populum Iudaeorum.
235 potest et de agente paenitentiam dictum uideri, quia non mori-
tur nisi qui aliquando uixit. et ideo gentes non moriuntur, E
sed mortui sunt; etenim qui in Christum non credidit, semper
est mortuus. et gentes quidem cum crediderint per gratiam
uiuificantur, qui uero lapsus fuerit per paenitentiam reui-
uescit.

236 Sequitur locus, ut remittendis post paenitentiam debeamus
fauere peccatis, ne dum ueniae alterius inuidemus ipsi eam
non mereamur a domino. quis enim tu es, qui domino contra-
dicas, ne cui uelit culpam relaxet, cum tu cui uolueris F
ignoscas? uult rogari, uult obsecrari. si omnium iustitia, ubi
237 dei gratia? quis tu es qui inuideas deo? et ideo notatur hic
15, 25 sqq. frater, usque adeo ut de uilla uenire dicatur, hoc est terrenis
operibus occupatus, ignorans quae sunt spiritus dei, ut deni-

1 I Cor. 1, 28 3 Augustinus contra Iul. Pelag. I 3, 10 (cf. I 7, 32) et contra sec. Iul. resp. I 47. 48. 112, II 36. 164. 176, IIII 104, VI 26 (*fuit ... perierunt*) 4 I Cor. 15, 22 6 Gen. 1, 27 12 Ioh. 3, 36 23 I Cor. 2, 11

2 tamen] quoque $\chi$ 3 accipi species $\chi$ 4 omnes fuimus *PL* homines perierunt *P* (*corr.* omnes) *L* perierunt omnes *X* 5 et *pr. om.* $\alpha CB\chi$ 6 et *pr.*] est *P* (s *eras.*) *BL*, et *om. C* 7 reformatur (*s. m3* reparatur) *P*, *in quo deinde repetuntur uerba* et ille ... factus est imaginem ... reparatur, *expuncta m2* 12 mortui (-ę *m2*) *PE* mortuae $\alpha C$ credit $X\chi$ 13 est mortuus (est *eras.*) *L* mortuus est $X\gamma$ 14 reuiuescit *m1 PO*, reuiuiscit $\pi$ *et m3 P. m2 O* 18 qui domino ... *u. 21* tu es *om. PL* 20 si in omnibus *B* 21 et *om. X* 23 ignorat *PL* ut denique] unde neque *PL*

que numquam pro se uel haedum queratur occisum; non enim pro inuidia, sed pro uenia mundi agnus est inmolatus. inuidus 1468 A haedum quaerit, innocens agnum pro se desiderat inmolari. ideo et senior dicitur, eo quod cito aliquis per inuidiam consenescat. ideo et foris stat, eo quod maliuolentia eum animi liuentis excludat. ideo chorum et symphoniam audire non potest, hoc est non illa theatralis incentiua lasciuiae nec aulicorum concentus sonorum, sed plebis concordiam concinentis, quae de peccatore seruato dulcem resultet laetitiae
238 suauitatem. constituite mihi aliquem ex his qui sibi iusti B uidentur, qui trabem in oculo suo non uident et alieni festucam uitii ferre non possunt. quomodo indignatur, quando alicui peccatum fatenti et diu indulgentiam deploranti uenia relaxatur? quomodo aures eius symphoniam populi spiritalem ferre non possunt? haec est enim symphonia, quando concinit in ecclesia diuersarum aetatum atque uirtutum uelut uariarum cordarum indiscreta concordia psalmus, respondetur, amen C dicitur. haec est symphonia, quam sciuit et Paulus. et ideo ait: psallam spiritu, psallam et mente. haec de parabola praesenti putauimus esse tractanda.

239 Nec inuidemus si qui duos fratres istos uelit referre ad populos duos, ut sit adulescentior populus ex gentibus támquam Israhel, cui frater maior beneficium paternae benedictionis in

1 et 3 Exod. 12, 5 sqq. 2 Ioh. 1, 29 et 36 9 Luc. 15, 7 11 Luc. 6, 41 sqq. 19 I Cor. 14, 15 23 Gen. 27, 34

1 numquam (n *eras.*) *P*, unumquam *V m1 π m1 ET* enim *om. X* 2 inuidea (i *s.* e) *P* mundi agnus] munus *P* (*corr. m3*) *L* est *om. X* 3 agnus *P* (us *corr. in* ū) *L* 4 et (*del.*) ideo et *P* 5 maliuolentia (i *pr. ex* e) *B* 6 animi *aC* nimia *P* (*in quo m2* animi *s. u. add. post* liuentis) *cet.* 6 *et* 14 symfoniam *P* 7 theatralis (e *s. u.*) *P*, theatralis et *X* luxuriae *ET* 8 concordia *χ* 9 saluato *C* 10 constitue *BC* 11 *post* uidentur *add.* et alieni fistuca *P* (fest. *m2*) *L* festucam (e *ex* i *m2*) *P* 15 est *om. PLX* 16 diuersarum (o *s.* a *m3*) *P* actuum *PL* aequitatum *X* 17 respondatur *P* (e *s.* a) *L* 18 et] *om. B*, scs *PL* 21 quis (s *s. u. m2*) *ET* referamus *Oπ et* (*s. m2* referre) *V* referemus *F* 23 inuidit (-et *m3*) *P* inuidet *X*

uidit. quod faciebant Iudaei, cum quererentur quia Christus
cum gentibus epularetur, et ideo haedum, mali odoris sacri- D
ficium, requisierunt. Iudaeus haedum requirit, Christianus
agnum, et ideo illis Barabbas soluitur, nobis agnus immo-
latur. unde aput illos faetor est criminum, aput nos remissio
peccatorum, dulcis in spe, suauis in fructu. qui haedum quaerit
exspectat antichristum; Christus enim boni odoris est uictima.
240 queri etiam in haedo uidetur quia Iudaei ritum ueteris sacri-
ficii perdiderunt uel quia nullius sanguis his profuit sicut E
Christi sanguis ecclesiae; non enim redimere eos sanguis potuit
prophetarum. inpudens autem et similis illius Pharisaei iusti-
ficantis se arroganti prece, qui putabat quod numquam prae-
terierit mandatum dei, quia legem seruabat in littera, inpius,
qui accusabat fratrem quod cum meretricibus paternam substan-
tiam prodegisset, cum debuerit aduertere quia sibi dictum est:
meretrices et publicani praecedunt uos in regnum F
241 caelorum, stat autem foris nec excluditur, sed non ingreditur
15, 28 ignorans uoluntatem dei de uocatione gentium seruus iam
factus ex filio; seruus enim nescit quid dominus agat.
ubi cognouit, inuidet et torquetur ecclesiae bonis et foris stat.
foris enim Israhel audit chorum et symphoniam et irascitur,
quia hic concinit plebis gratia et consona populi iubilatio.
242 sed bonus pater etiam hunc saluare cupiebat dicens: tu 1463 A
15, 31 mecum semper fuisti, uel quasi Iudaeus in lege uel quasi

1 Luc. 5, 30 4 Luc. 23, 18 7 Ephes. 5, 2 11 Luc. 18, 11 sq. 16 Matth. 21, 31 18 Galat. 4, 7 19 Ioh. 15, 14

3 requisiuerunt *Bχ* requisiuit *αX* Iudaeus . . . *u.* 6 fructu *om. X* 4 barabas *P* barrabas *αC* 5 foetores (t *post* s *add s. u. m3*) *P* 6 quaerunt exspectant *χ* 7 antixpm (i *m2 ex* e) *P* 9 profluit (l *eras.*) *PB* 10 eos redimere potuit sanguis *X* 11 pharisaei *ET* publicani π (*s. m2* pharisei) *cet.* 13 littera *αBC* litteram *X* (m *del.* π*V*) litteris *PLχ* 16 praecedunt *P* (e *s.* u *m3*) praecedent *CL* regno *CFOV* 17 nec (c *s. u.*) *P* 18 ignorant *P* (s *m2 s.* t) *L* dī* (s *eras.*) *P* 19 quod *P* (*m3* quid) *L* 20 cognouit (er *s.* ui *m2*) *P* 21 *alt.* et *αCχ*, sed *PBL*, *om. X* 22 et *om. C* consonat *Cχ* 23 *ante* tu *add.* fili *P* 24 semper mecum *αET*

iustus in communione; sed et, si desinas inuidere: et omnia
243 mea tua sunt, uel Iudaeus sacramenta ueteris testamenti,
uel baptizatus etiam noui possidens.
244 Nemo seruus potest duobus dominis seruire, non B
16, 13 quia duo, sed unus est dominus. nam etsi sunt qui mamonae
seruiant, tamen non ille nouit aliqua iura dominatus; sed ipsi
sibi iugum seruitutis inponunt; neque enim iusta potestas,
245 sed iniusta est seruitus. et ideo ait: facite uobis amicos
16, 9 de iniquo mamona, ut largiendo pauperibus angelorum
nobis ceterorumque sanctorum gratiam conparemus. nec repre- C
16, 8 henditur uilicus, in quo discimus non ipsi esse domini, sed
potius alienarum uilici facultatum. et ideo licet peccauerit,
tamen quia sibi in posterum ex indulgentia domini quaesiuit
auxilia, praedicatur. pulchre autem iniquum mamona dixit, quia
uariis diuitiarum inlecebris nostros auaritia temtabat adfectus,
246 ut uellemus seruire diuitiis. unde ait: si in alieno fideles
16, 12 non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? alienae
nobis diuitiae sunt, quia praeter naturam sunt neque nobiscum 1470 A
nascuntur neque nobiscum transeunt, Christus autem noster
est, quia uita est. denique in sua propria uenit, et sui
eum non receperunt. ergo nemo dabit quod uestrum est,
247 quia uestrum non credidistis, uestrum non recepistis. argui
igitur uidentur Iudaei et fraudis et auaritiae et ideo qui in
facultatibus fideles non fuerunt, quas cum alienas scirent —

5 Matth. 6, 24 20 Ioh. 1, 4. Ioh. 1, 11

1 sed et, si] et es, si χ et *om.* *PL* 3 possidens *post* sacramenta *transponunt* χ 4 quia non *ed. Rom.* 5 sed *αCO* (?), sed quia *PBFLπγ* *et* (quia *s. u.*) *V* mamonae *P* (mām. *m3*) *αO* mammonae π (m *alt. s. u. m2*) *cet.* 6 seruiunt γ 7 sibi (i *alt. ex* e) *P* 8 iniusta] iusta γ 9 de *om.* *B* iniquos *P* (s *eras.*) *L* (s *exp.*) mamona *PαCX* mammona *cet.* 11 quodiscimus (i *pr. ins. m2*) *P* quod scimus *L* 14 pulcre *P* mamona *P* (mām. *m3*) *FLOV* mamonā α mammona *CπT* mammonam *cet.* 16 uelimus *E* (i *m2 ex* le) *V* (i *ex* e *m2*) 18 diuitias *P* (e *s. as*) *L* 20 uia *PL* 22 recepistis (e *alt. ex* i *m2*) *P* 24 facultatis *P* (-ibus *m2*) *L* fuerunt] erunt *P* (a *s.* u *m2*) *BL* quas cum] quascumque *X*

conmunem enim ad usum fructus terrarum a domino deo datus B
est omnibus —, debuerunt utique participare pauperibus, nec
Christum accipere meruerunt, quem Zacchaeus ut adquireret,
248 dimidiam partem bonorum suorum obtulit. ergo non seruiamus
alienis, quia nullum dominum debemus scire nisi Christum;
unus enim deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et
unus dominus Iesus, per quem omnia. quid ergo? pater
dominus aut filius deus non est? sed et pater dominus, quia
uerbo domini caeli firmati sunt, et filius deus, qui est C
super omnia deus benedictus in saecula. quomodo ergo
16, 13 nemo potest duobus dominis seruire? unus enim dominus,
quia unus deus. denique dominum deum tuum adorabis
et ipsi soli seruies. unde claret unum patris et filii esse
dominatum. unus autem est, si non diuidatur, sed totus in
patre, totus in filio sit. itaque quia unius deitatis atque dominatus adserimus trinitatem, unum deum et unum dominum confitemur. qui autem aliam patris, aliam filii, aliam spiritus memorant potestatem plures deos et plures dominos in ecclesiam gentilis uitio erroris inducunt.

3 Luc. 19, 8 6 I Cor. 8, 6 9 Ps. 32, 6. Rom. 9, 5 11 Eph. 4, 5 sq. 12 Matth. 4, 10 18 I Cor. 8, 5

1 deo *om.* *X* dumnatus *P m1* damnatus *L* donatus *P m2 B* 2 utique debuerunt χ 3 quō *P* (quē *m2*) *L* 4 dimediam *P* (e *in* i *corr. m3*) *L* seruiamus (a *in ras.*) *O* seruiemus χ (a *s.* e *alt. m2 E*) 5 qui *O*πχ scire debemus *X* 7 Iesus] pater *B* 8 et *s. u. P*, *om.* χ 9 quia *Maurini* 10 super omnia *C*π *et* (*exp. m2*) *V* (*cf. de fide I 68. de spir sanc'o II 68*); omnes *cet.* (super omnia *om. FO*) deus *om. X s. u. C* 13 illi *ET* 14 si] etsi *P* (et *exp. m2*) *BL* totus] totum *P* (s *s.* m) *L* 15 ita (*om.* que) qui unius α quia] qui α (?) *X* unius] unum se *m1 PL* (unum esse *m3 P*, *m2 L*) EXPLICIT LIBER V. INCPT LIBER ·VI· *B* DE EVANGELIO LIBER SEXTUS EXPLICIT. INCIPIT EIUSDEM LIBER SEPTIMUS α EXPLICIT (FINIT *C*) LIBER SEXTUS. INCIPIT LIBER SEPTIMUS χ (DE LEGE ET PROPHETIS USQ. AD IOHANNEM *E*γ*T*). *in ceteris neque subscriptio cst neque inscriptio*

## LIBER OCTAVVS.

1 Lex et prophetae usque ad Iohannem, non quia lex 1469 D
16, 16 defecit sed quia incipit euangelii praedicatio; uidentur enim
minora conpleri, cum potiora succedunt. et ideo uim faciamus
regno caelorum; omnis enim qui uim facit uehementi studio
properat, non torpenti lentescit affectu. est ergo fidei religiosa
uiolentia, segnitia criminosa. lex multa secundum naturam, ut E
naturalibus indulgentior desideriis ad iustitiae studium nos
uocaret; Christus naturam incidit, quia naturales quoque
amputat uoluptates. et ideo uim faciamus naturae, ut non ad
terrena demergat, sed ad superna se subrigat.

2 Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram
16 18 moechatur et qui dimissam a uiro ducit moechatur.
prius dicendum arbitror de lege coniugii, ut postea de prohi- 1470 D
bendo diuortio disputemus. quidam enim putant omne coniu
gium a deo esse, maxime quia scriptum est: quae deus
coniunxit homo non separet. ergo si omne coniugium a
deo, omne coniugium non licet solui: et quomodo apostolus
dixit: quod si infidelis discedit, discedat? in quo mi-
rabiliter et noluit aput Christianos causam residere diuortii
et ostendit non a deo omne coniugium; neque enim Christianae
3 gentilibus dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat. sed E
occurrit illud quod ait Salomon: domum et substantiam
patres partiuntur filiis; a deo autem praeparabitur

2 cf. Rom. 8, 1 sq. 16 Matth. 19, 6 19 I Cor. 7, 15 23 Prouerb. 19, 14

3 enim *s. u. m3 P* 6 affectus *P* (s *eras.*) *αX* (s *exp. πV*) 7 segnitia (e *pr. ex* i *m2*) *P* *post* naturam *add.* statuit *s. u. m3 P* ut] et *X* 9 uocare *P* (-et *corr.*) *L*, reuocaret *X* 10 sed *P* (*s. m3* et) *BCL* 11 superna se *P* (s *alt. s. u. m3*) supernae *L* 12 demittit *ubique P m1* 14 prohibendo (is *s.* o *alt. m2*) *P* 15 diuortiis *PL* 17 a deo est *α* a dno est *C* 19 mirabiliter et] et mirabiliter *P* (et *s. u. m3*) mirabiliter *L* 20 et *s. u. m3 P*, *om. BL* 22 gentili*bus (s *eras.*) *P* dī (*in ras. m2*) *P* ei' *L* 24 patres *Cγ* patris *cet.* filii *PLV m2 O m2* praeparatur *ed. Rom.* (*ut de Abraham I 84*)

uiro uxor. quod qui in Graeco legit non putat esse contrarium. bene enim dixit Graecus ἁρμόζεται; armonia enim conueniens et apta rerum omnium dicitur conmissa conexio. armonia est, cum fistulae organi per ordinem copulatae legitimae tenent gratiam cantilenae cordarumque aptus seruat ordo concordiam. itaque non habent armoniam suam nuptiae, quando Christiano 1471 A uiro gentilis mulier non legitime copulatur. ergo, ubi nuptiae, armonia? ubi armonia, deus iungit, ubi armonia non est, pugna atque dissensio est, quae non est a deo, quia deus caritas est.

4 Noli ergo uxorem dimittere, ne deum tuae copulae diffitearis auctorem. etenim si alienos, multo magis uxorios debes tolerare et emendare mores. audi quid dixerit dominus: qui dimittit mulierem facit eam moechari. etenim cui non licet uiuente uiro mutare coniugium potest obrepere libido B peccandi. itaque qui auctor erroris etiam reus culpae est, quod cum paruulis feta dimittitur, quod titubanti uestigio grandaeua detruditur. durum, si excludas parentem, pignora teneas, ut ad contumeliam caritatis addas etiam pietatis iniuriam; durius, si propter matrem etiam filios simul pellas, cum magis redimere a patre liberi debeant culpam parentis. quam periculosum, si fragilem adulescentulae aetatem errori offeras! quam inpium, si C eius destituas senectutem, cuius defloraueris iuuentutem! ergo inhonoratis stipendiis et ueteranum inperator dimittat inglorium atque imperii possessione detrudat et rusticum laboris sui

9 I Ioh. 4, 8 13 Matth. 5, 32 15 I Cor. 7, 39, Rom. 7, 2

1 greco (c *ex* g) *P* 2 grecus (c *ex* g) *P* apmoZeTa: *G* apmoZeTAI *T* armozetai γ aRmoζaeτa (ζaeτa *in ras.*) *P* armozeta *BX* aPMOZTω *C* apmozeIN *E* ΔpMOZeTΔZ&a *α* armozeta ZeτaRMONTa *L* conueniens enim *L* enim conueniens *in ras. m2 P* 8 *signum interrogationis posuit Engelbrecht* 9 discordia *α* est *om. αC* 12 alienus*X* uxoris *PL* 14 moecchari (c *alt. eras.*) *P* 15 obrepere *P m1 L* obripere *cet.* 16 quia *PB* 17 titubante (e *ex* i *m3*) *P* 18 durum *P m1* durus *P m2 ELT* 19 contumeliam (e *ex* i) *P* durus *P* (-ius *m2*) *L* (*α*?) 20 redimi *PBL* redemi *α* 21 culpa *αB* 25 *post* imperii *add.* sui *PBLγ*

effetum agro suo propulset agricola? an quod in subditos nefas
5 est in conparem fas est? dimittis ergo uxorem quasi iure sine crimine et putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet. sed diuina prohibet; qui hominibus obsequeris, deum uerere. D
audi legem domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt:
6 quae deus coniunxit homo non separet. sed non solum hic caeleste praeceptum, sed quoddam etiam opus dei soluitur. paterisne, oro, liberos tuos uiuente te esse sub uitrico aut incolumi matre degere sub nouerca? pone, si repudiata non nubat: et haec uiro tibi debuit displicere, cui adultero fidem
16, 18 seruat? pone, si nubat: necessitas illius tuum crimen est et coniugium quod putas adulterium est. quid enim refert utrum E
id aperta criminis confessione an mariti specie adulter admittas nisi quod grauius est legem criminis fecisse quam furtum?

7 Sed fortasse dicit aliquis: quomodo Moyses mandauit dari librum repudii et dimittere uxorem? qui hoc dicit Iudaeus est, qui hoc dicit Christianus non est. et ideo quia hoc obicit quod obiectum est domino, respondeat ei dominus: ad duritiam inquit cordis uestri permisit uobis Moyses F
dare librum repudii et dimittere uxores; ab initio autem non fuit sic. Moyses permisit, inquit, non deus iussit; ab initio autem dei lex est. quae est lex dei? relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt ambo in carne una. ergo qui dimittit uxorem carnem suam

6 Matth. 19, 6 11 Matth. 19, 9 16 Matth. 19, 7 Deut. 24, 1 20 Matth. 19, 8 23 Gen. 2, 24 Matth. 19, 5

1 effetum *B* affectum *X* uacuum χ effectum *cet.* an] ad *P* (n *s.* d *m3, eras.*) *L* 3 putas id] putasti *X* 5 cui] qui *P* (ā *s.* i *m3*) *L* obsecuntur *EFGOTV* obsequantur *PBL* 10 uiro] uero *P in mg.* uerum *L* 13 adulter admittas α*BL et P corr.* adulteram admittas *X* adultera demittas *P m1* adulterā dimittas *C*χ (admittas *m2 E*) 14 lege *PBL* 15 furtum (-ta *m3*) *P* 16 fortasse *om. PL* dicet α aliqui *G*π 19 dō *PBL* 20 moyses uobis *G*γ 21 dari librum *BCX* librum dare α uxorem *LX* 25 ambo] duo *X* suam carnem *L*

8 scindit, diuidit corpus. ostendit autem hic locus quae propter 1472 A
fragilitatem humanam scripta sunt non a deo scripta. unde et
apostolus denuntio inquit non ego, sed dominus uxorem
a uiro non discedere et infra caeteris inquit ego dico,
non dominus: si quis frater infidelem habet uxorem et
relinquit eam. itaque ubi est inpar coniugium, addidit: quod
si infidelis discedit, discedat. simul idem apostolus
negauit legis esse diuinae, ut coniugium qualecumque sol-
uatur, nec ipse praecepit nec dedit deserenti auctoritatem, B
9 sed culpam abstulit destituto. haec moraliter. tamen quia supra
16, 16 sq. proposuit regnum dei euangelizari et cum dixisset de lege
16, 18 unum apicem non posse cadere, subiecit: omnis qui dimittit
uxorem suam et ducit alteram moechatur. recte ammonet
apostolus dicens sacramentum hoc magnum esse de Christo et
ecclesia. inuenis igitur coniugium quod nemo dubitet a deo
iunctum, cum ipse dicat: nemo uenit ad me nisi pater
meus. qui misit me, adtraxerit eum; ille enim solus has C
nuptias potuit copulare. et ideo mystice Salomon dixit: a deo
praeparabitur uiro uxor. uir Christus, uxor ecclesia est,
caritate uxor, integritate uirgo. ergo quem deus traxit ad
filium non separet persecutio, non auertat luxuria, non philo-
sophia depraedetur, non Manicheus contaminet, non Arrianus
auertat, non Sabellianus inficiat. deus iunxit, Iudaeus non
separet. adulteri sunt omnes qui adulterare cupiunt fidei et
sapientiae ueritatem. D

3 I Cor. 7, 10 4 I Cor. 7, 12 6 I Cor. 7, 15 13 Ephes. 5, 32 16 Ioh. 6, 44 18 Prouerb. 19, 14 21 Rom. 8, 35. Coloss. 2, 8

1 locus hic *χ* 2 et *om. X* 5 habet uxorem infidelem *χ* 6 relinquit eam *PBCL* relinquet eam *X* reliquit eam *α* reliqua *χ* *post* coniugium *add.* lex dei non est. et *αCχ* 7 *post* idem *add.* et hic *χ* 9 deserendi *α* 10 de instituto *PLα et* (de *add. m2*) *B* 11 euangelizare *PBCGL* 14 et de ecclesia *αC* 15 inuenis (s *add. m2*) *PX* (*praeter* π) 17 potuit has nuptias *χ* 18 et ideo (et i *in ras*) *P* 20 ergo *om. BXχ* dn̄s *χ* 24 adultera (-rā *O*) recipiunt *X*

10 Quis liber inquit iste est repudii matris uestrae, quo dimisi eam? audisti repudium, crede coniugium. audisti quid Iudaeorum plebi ipse uir dicat: ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis et peccatis uestris dimisi matrem uestram. mane ergo tu in domo patris, mane cum sponso, enitere ut placeas uiro. mens, quae credidisti deo, esto fortis mulier, qualis illa uel anima ecclesiastica uel ecclesia, de qua dicit Salomon: mulierem fortem quis inueniet? pretiosior E autem est lapidibus pretiosis quae talis est: confidit in ea uir suus. uideamus quid haec uiro faciat suo, quod opus eius, quod sit obsequium, cur confidat in ea Christus.
11 bona uxor uirum suum uestit. uestiat Iesum fides nostra corpore suo, uestiat carnem eius diuinitatis suae gloria, sicut et illa bina uestimenta fecit uiro suo, ut et in praesenti et in futuro saeculo honorificet eum. non mediocris haec femina F cuius tale textrinum est, quam non mollia lanae fila carpentem, sed pretiosae uirtutis pensa tractantem uir eius inueniat, quae manus extollat in noctibus et ad libram dirigat opus morumque suorum pondus examinet, gestorum quoque nouerit seruare mensuram, gloriosi subtegmen laboris intexens, sollicita quando uir redeat, anxia atque suspirans et iam cum uiro suo 1473 A esse desiderans, dicens: moras facit uir meus uenire, festi-

1 Esai. 50, 1 3 Esai. 50, 1 8 Prouerb. 29, 28 sq. (31, 10 sq.) 14 Prouerb. 29, 39 (31, 21 sq.) 17 Prouerb. 29, 31 et 33 (31, 13 et 15) 22 Matth. 24, 48. Luc. 12, 45

1 est inquit iste *PL* quo dimisi eam *aCχP m3* quod demisit eam *P m1* quod dimisit eam *P m2 BL* quod dimisi eam *X* 3 in iniquitatibus (in *alt. eras.*) *L* iniquitatibus *B* 4 in peccatis *P* (in *s. u. m2*) *ELT* 8 inueniat *P* (e *s.* a *m3*) *BCLX* 9 confidet *Gγ* 10 eam *a* quid] quod *Xχ plerique* faciat uiro *χ* 11 quod] quid *χ* 13 eius] suam *PL* 16 mollia (l *pr. s. u.*) *P* lanae *s. u. m3 P, om. L* 17 pensata tantum *P* (pensa tractantem *m3*) *L* 20 subtegmen (g *eras.*) *BCE* subtemen *a* 22 moras *F* (as *ex* ã) moram *PBL*

nabo ipsa ad eum; occurram ei faciem ad faciem, cum uenire
12 coeperit in gloria sua. ueni, domine Iesu, ut inuenias sponsam
tuam, non contaminatam, non adulteratam, quae non uiolauerit
domum tuam, non mandata neglexerit. dicat tibi: inueni
quem dilexit anima mea, introducat te in domum uini —
uinum enim laetificat cor hominis — inebrietur in spiritu, agnoscat mysterium, loquatur oraculum.

13 Homo autem quidam diues induebatur purpuram. B
16, 19 narratio magis quam parabola uidetur, quando etiam nomen
exprimitur. non otiose autem hic diuitem dominus perfunctum
deliciis saecularibus in perpetuae famis aput inferos consti-
16, 28 tutum significauit aerumna, cui non inmerito quinque fratres,
id est quinque sensus corporis naturali quadam germanitate
uidentur fuisse sociati, qui inmodicis atque innumeris cupidi- C
16, 23 tatibus aestuabant, Lazarum uero in Abrahae gremio quasi in
quodam sinu quietis et sanctitatis recessu locauit, ne inlecti
praesentium uoluptate maneamus in uitiis uel taedio uicti
laborum dura fugiamus. siue itaque Lazarus pauper in saeculo,
sed deo diues, siue apostolicus aliqui pauper in uerbo, locu-
ples fide — neque enim omnis sancta paupertas aut diuitiae
criminosae, sed ut luxuria infamat diuitias, ita paupertatem
conmendat sanctitas — siue ergo apostolicus qui ueram teneat D
fidem, uerborum infulas, fucum argumentorum, ambitiosa senten-
tiarum uelamina non requirat, faeneratam mercedem accipit
inpugnans haereticos, Manicheum Marcionem Sabellium Arrium
Fotinumque — isti enim non aliud quam fratres sunt Iudae-
orum, quibus perfidiae germanitate nectuntur — reprimens

4 Cant. 3, 4 6 Ps. 103, 15 Cant. 5, 1 19 Iac. 2, 5

1 faciem *PBLX* (m *del. PBπV*) facie *cet.* 2 gloriam suam *PαBLX* (m *bis eras. V*) 5 domom (v *s.* o *alt.*) *P* 8 purpuram *PαBCGL* (m *del. PB*) purpura *EγT* purpora *X* 10 hic autem *PL* 12 aerumnam *PBL* 15 eleazarum *X* (*item u. 8 et 398, 5*) 17 uitiis (ii *ex* i *m2*) *P* 18 siue (*in mg., eras.*) *P*, *om. L* 19 aliqui *BGX* aliquis *P* (s *s. u.*) *cet.* 20 in fide *C* 24 intemeratam *P* (foene *s.* inteme *m3*) *BL* 26 fotinem*que (v *s.* e *pr. ungue*) *P*

quoque carnis cupiditates, quae illis, ut dixi, quinque sensibus uaporantur, faeneratam inquam mercedem accipit, cui conpen-
14 satio exuberantium copiarum et perpetuitatis usura est. nec E
16, 21 alienum putamus, ut de fide quoque opinemur hunc esse tractatum, quam Lazarus abiectam de mensa diuitis colligit, cuius utique ulcera secundum litteram diues fastidiosus horreret nec inter pretiosas epulas unguentatosque conuiuas faetorem ulcerum lambentibus canibus sustineret, cui odor aeris et ipsa
esset natura fastidio, quamquam insolentia et tumor diuitum F
indiciis conpetentibus exprimatur, quod ita condicionis inmemores humanae sint, ut tamquam supra naturam siti de miseriis pauperum incentiua suarum capiant uoluptatum, rideant inopem, insultent egenti et quorum misereri deceat his auferant.

15 Utrumque ergo qui uolet tamquam Lazarus colligat. cui similem illum puto, qui caesus saepius a Iudaeis ad patientiam credentium et uocationem gentium ulcera sui corporis lambenda quibusdam uelut canibus offerebat, quia scriptum est: c o n u e r t e n t u r a d u e s p e r u m e t f a m e m p a t i e n t u r u t
c a n e s. quod agnouit Chananitis illa mysterium, cui dicitur: 1474 A
n e m o t o l l i t p a n e m f i l i o r u m e t m i t t i t c a n i b u s. agnouit hunc panem non panem esse qui uidetur, sed illum qui intellegitur et ideo respondit: u t i q u e, d o m i n e; n a m e t c a t e l l i e d u n t d e m i c i s q u a e c a d u n t d e m e n s a d o m i n o r u m s u o r u m. micae istae de illo pane sunt. et quia panis uerbum est et fides uerbi est, micae uelut quaedam dogmata fidei sunt. unde respondit dominus, ut ostenderet fideliter dictum: o

16 II Cor. 11, 24 sq. 19 Ps. 58, 15 20 Matth. 15, 22 21 Matth. 15, 26 23 Matth. 15, 27 27 Matth. 15, 28

2 mercedam *P* accepit *BL* 4 de *s. u. P* 5 abiectam *CEX* abiecta *cet.* colligit π (e *s.* i *pr.*) collegit *ELT* 7 nec (c *s. u.*) *P* 8 cui] qui *PL* 11 sitis (s *alt. s. u. m2*) *P* sit *X* (sint *corr.* π) sint γ 13 rideant (t *s. u.*) *P* et *om. X* doceat *P* (e *s.* ϙ *m3*) *L* 15 utrumque] uirumque *P* (que *exp. m2*) *L* lazarum (-us *m2*) *P* 16 qui *P* (c *s.* q *m3*) *L* 19 uesperam *X*γ 20 cógnouit α*L* cananitis *PCL* chananites α (i *s. u. et* i *s.* es *m2*) *C* chananitidis *X*γ chananiditis *B*

16 mulier, magna est fides tua. o felicia ulcera, quae per- B
petuum excludunt dolorem, o uberes micae, quae repellitis
ieiunium sempiternum, quae colligentem pauperem aeternis
expletis alimentis! abiciebat uos de mensa sua archisynagogus,
cum propheticarum scripturarum et legis interna mysteria refu-
taret; micae enim sermones sunt scripturarum, de quibus
dicitur: et proiecisti sermones meos post te. abiciebat
uos scriba, sed Paulus diligentissime colligebat in iniuriis
suis legens plebem. lambebant ulcera eius qui morsu serpentis C
intrepidum excusso serpente uiderunt et crediderunt. lambebat
ille carceris custos, qui uulnera Pauli lauit et credidit. beati
canes, in quos ulcerum talium destillat umor, ut adinpleat cor
et inpinguet fauces eorum, quo custodire domum, seruare
gregem, cauere adsuescant lupos.

17 Pone nunc ante conspectum saecularibus Arrianos studiis
intentos, qui societatem potentiae regalis adfectant, ut armis D
militaribus inpugnent ecclesiae ueritatem, nonne tibi uidentur
in quadam purpura et bysso exstructis iacentes toris, qui
pro ueris fucata defendant, ditibus abundare sermonibus, cum
iactant dominico terram tremuisse sub corpore, caelum tene-
bris obductum, excita uerbo maria uel sedata, uerum tamen
dei filium denegantes? constitue et illum pauperem, qui sciens
non in sermone, sed in uirtute regnum dei esse paucis quid
sentiret expressit dicens: tu es filius dei uiui: nonne tibi E
illae uidentur egere diuitiae, haec redundare paupertas? diues
haeresis euangelia multa conposuit, pauper fides hoc solum

4 Luc. 13, 14 7 Ps. 49, 17 9 Act. 28, 3 sqq. 10 Act. 16, 33
19 Luc. 23, 44. Matth. 27, 51 23 I Cor. 4, 20 24 Matth. 16, 16

1 uulnera *X* 2 o *om. PBL* 7 proiecistis *P* (s *alt. eras.*) *L* 8 in *om. X* 9 morsus *X* 10 excussu serpentem *X* 11 patibuli *P* paululi (lu *eras.*) *L* 12 destillat *P m1* distillat *P m2 aCX* 13 quo *a* quos *P* qui *cet.* 15 arrianos (s *exp. m2*) *P* arrianus *X* (*qui* intentus *quoque*) 17 uidetur *PLX* (-entur *m3 P, m2 πV*) 18 exstructis *aET* et structis *PBL* et exstructis *CGγX* 23 dei regnum *X* qui *P* (quid *m2*) *LX* 24 tibi uidentur illae *PL* illae tibi uidentur *X* 26 fidis *X* fidelis *χ*

euangelium tenuit, quod accepit: diues philosophia plures sibi
18 deos fecit, pauper ecclesia unum deum nouit. inter hunc igitur
16, 26 diuitem et pauperem chaos magnum est, quia post mortem
16, 24 nequeunt merita mutari, eoque in inferno diues inducitur cu- F
piens aliquid de paupere spiritus refrigerantis haurire; aqua
enim refectio est animae in doloribus constitutae, de qua dicit
Esaias: et saliet aqua cum delectatione de fontibus
salutaris. cur autem cruciatur ante iudicium? quia luxurioso
carere deliciis poena est. nam et dominus dicit: ibi erit fletus
et stridor dentium, cum uideritis Abraham, Isaac et
19 Iacob et omnes prophetas in regno caelorum. serus
16, 27 autem diues iste magister esse incipit, cum iam discendi tempus
habeat nec docendi. quo loco euidentissime declarat dominus
uetus testamentum esse fidei firmamentum retundens perfidiam 1475 A
Iudaeorum et excludens nequitias haereticorum, a quibus mens
supplantatur infirmior; ipsi enim pusilli sunt, qui adhuc ne-
20 sciunt incrementa uirtutis. licet autem aduertere quod in uilici
illius superiore et istius diuitis praesenti comparatione incen-
tiuum misericordiae sit, et ibi fortasse sanctis, quos amicos
dicit et quibus tabernacula tribuit, hic uero docet pauperibus
conferendum.

21 Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum. quam B
17, 3 bene post diuitem, qui cruciatur in poenis, subiecit praeceptum
ueniae largiendae, his utique qui se ab errore conuertunt, ne
quem desperatio non reuocet a culpa! quam uero moderatus
est, ut neque difficilis uenia nec remissa sit indulgentia, ne

7 Esai. 12, 3  9 Luc. 13, 28  16 Hebr. 5, 13  17 Luc. 16, 1  20 Luc. 16, 9

3 pauperem et diuitem *X*  6 constitutus (us *in ras*) erat (*s. u. m3*) *P* constitutus *L*  qua dicit] quo diuite *P* (cit *m3 s.* uite) *L*  7 delectibus *P* (laticibus *s.* lectibus *m3*) *L*  8 luxorioso (v *s.* o *pr. m2*) *P*  10 cum . . . caelorum *om. PBLX, cf. 188, 4*  et isaac χ  14 firmitatem *X*  iudaeorum perfidiam χ  16 supplantatis *P* (-tur *m2*) *L*  19 sit] est *FOV*  fortassis *C*  20 hoc *P* (hic *m3*) *L*  25 quem] que *PBLX*

quem uel austera percellat inuectio uel coniuentia inuitet ad
culpam! sic et alibi: si peccauerit in te frater tuus, uade C
et corripe eum inter te et ipsum; plus enim proficit
amica correptio quam accusatio turbulenta: illa pudorem in-
cutit, haec indignationem mouet. seruetur potius quod prodi
metuat qui monetur. bonum quippe est ut amicum magis te
qui corripitur credat quam inimicum; facilius enim consiliis
adquiescitur quam iniuriae subcumbitur. unde et apostolus
corripite inquit, ut fratrem, ut erubescat, non ut ini-
micum eum existimetis. infirmus enim custos diuturnitatis D
est timor, pudor autem bonus magister officii; qui enim metuit
reprimitur, non emendatur, quem pudet facere in naturam
22 uertit. pulchre autem posuit: si peccauerit in te; non enim
aequa condicio in deum hominemque peccare. denique apo-
stolus, qui diuini est uerus interpres oraculi: haereticum
inquit post unam correptionem deuita, quia non est aeque
perfidia ut culpa ueniabilis. et quoniam plerumque per inpe- E
ritiam error obrepit, corripiendum praecepit, ut aut pertinacia
uitetur aut prolapsio corrigatur.

23 Uerum quid est: si septies conuersus fuerit ad te,
17, 4 dimitte illi? num ueniae numerus praefinitur an uero quia,
cum septimo die requieuerit deus ab omnibus operibus suis,
post ebdomadam istius mundi quies nobis diuturna promittitur,
ut quemadmodum mala istius mundi feriata cessabunt ita F
etiam uindictae seueritas conquiescat? sabbatum autem non
solum dierum, sed etiam mensum est, et ideo septimi mensis

2 Matth. 18, 15 9 II Thess. 3, 15 14 Reg. I 2, 25 15 Tit. 3, 10 22 Gen. 2, 2

1 coniuentia *G* conhibentia *PBL* cohibentia *αX* (h *s. u.* π) conibentia *CEγT* 3 illum *ET* te et] temet *FOV* 6 amicum] ad amicum *P* (ad *eras.*) *L* te magis *PL* 10 aestimetis *PL* infirmus (i *s.* u *m3*) *P* 13 in te *s. u. m3 P*, *om. L* 14 hominesque *P* hominisque *L* 15 uersus (s *pr. eras.*) *P* 18 praecipit *FOV* ut *om.* χ 22 cum *om. X* 23 ebdomadā *PαCETV* ebdomada *cet.* 26 *et 402, 1* mensum *P* (-ium *m2*) *L* mensuum *B* (uū *loco pr. in ras.*) *αFG et* (u *pr. ex* i) *COπV* mensium *cet.*

decima die sabbata sabbatorum, nec solum mensum, sed anno-
rum quoque nec annorum tantummodo, sed etiam genera-
tionum, postremo ipsius mundi, cuius typus est sabbatum 1476 A
magnum, sicut in lege est ebdomada septima, post quam
celebratur annus iubelaeus. quod mysterium nobis uoluit
dominus reuelare, cum dicit: non solum septies, sed etiam
septuagies septies, quia septima generatione, ut habes
secundum Lucan, Enoch raptus est, ne malitia mutaret cor
eius, et in eo aculeus doloris quieuit. septuagesima autem et
septima generatione dominus natus est ex Maria humani generis
in se peccata suscipiens remissionem tribuit omnium delictorum. B
24 ergo quamuis secundum litteram discas frequenter ignoscere
nec indignationem tenere — nihil enim est quo possit offendi
cui ignoscendi est consuetudo —, tamen agnosce mysterium.
neque enim otiose sabbato dixit dominus mulieri: dimissa
es ab infirmitate tua ostendens plebi suae, quae sicut
mulier illa uocata sequeretur, aduentu suo se remisisse peccata.
septuagies itaque et septies Lamech condemnatur, quia gra- C
uius delinquit qui scelus dum punit admittit. omnem autem
enormitatem sceleris baptismi sacramenta dimittunt. disce
ergo donare iniurias tuas, quia persecutoribus suis Christus
ignouit.

1 Leuit. 23, 15 sq.; 25, 8 et 10 sq. 6 Matth. 18, 22 7 Luc. 3, 37 8 Sap. 4, 11 9 Luc. 3, 23 sqq. 15 Luc. 13, 12 18 Gen. 4, 24 21 Luc. 23, 34

1 decimo *L* nec] non *PBL* 2 quoque nec annorum *s. u. m3 P, om. L* nec] neque *BFO* regenerationum *E* (re *eras.*) *γT* uenerationum *PL* 4 ebdomada *αCLχ* ebdomadas (s *del.*) *Bπ* ebdomas *PFO et* (as *ex* adas) *V* 5 iubeleus (i *s.* e *pr.*) *Eγ* iubileus *Lπ* nobis dns uoluit *χ* uoluit nobis dns *CX* 7 septuagies (u *et* es *s. u.*) *P* 8 lucan *Pm1* lucam *Pm3 cet.* enoc *PCL* malitiam *L* mutaret (im *add. m2*) *P* 9 septuagesima (a *pr. s. u. m2*) *P* septuagensima *X* (n *eras. Oπ*) 10 natus est *V* (est *exp.*) natus *αγ* ex] de *PL* 12 discam *PL* dicas *O et* (*corr. m2*) *πV* 13 uel indignationem non tenere *γ* quod *FOV* 15 dns dixit *C* demissa (dim. *m2*) *P* 17 se *om. Cχ* peccato *X* 18 et *om. Gγ et m1 F*, itaque et *om. L* 20 inormitatem *P* (en. *m2*) *LX* 21 Christus *om. X* (*in V add. m2*)

25 Nec illud otiosum, quod sabbato passus est magno signi-
ficans fore sabbatum, quo mors destrueretur a Christo. quodsi
Iudaei sabbatum ita celebrant, ut et mensem et annum totum
quasi sabbatum habeant, quanto magis nos resurrectionem D
domini celebrare debemus! et ideo maiores tradidere nobis pente-
costes omnes quinquaginta dies ut paschae celebrandos, quia oc-
tauae ebdomadae initium pentecosten facit. unde et apostolus
quasi Christi discipulus, qui sciret diuersitatem esse temporum,
scribens ad Corinthios aput uos inquit forsitan manebo
et hiemabo et infra: manebo autem Ephesi usque ad
pentecosten; ostium enim mihi apertum est magnum.
itaque aput Corinthios hiemem agit quorum erroribus ange- E
batur, quod eorum circa dei cultum frigeret adfectus; cum
Ephesiis pentecosten celebrat atque his tradit mysteria, relaxat
animum, quia fidei cernebat ardore feruentes. ergo per hos quin-
quaginta dies ieiunium nescit ecclesia sicut dominica, qua do-
26 minus resurrexit, et sunt omnes dies tamquam dominica. erit et
alia dominica, qua dominicum corpus resurgat. nouit hanc
Paulus, qui ait: uos autem estis corpus Christi et mem- F
bra ex membris. hoc enim corpus domini et ossa de ossibus
eius capiti cohaerebunt, caput autem ecclesiae Christus.
tunc ergo cessabit ieiunium, quoniam in perpetua iocunditate

1 Luc. 23, 54 Matth. 27, 62 2 Leuit. 25, 10 sq. 9 I Cor. 16, 6 10 I Cor. 16, 8 sq. 19 I Cor. 12, 27 21 Ephes. 5, 23

1 quod] qm̄ *E* quo̅ *T* ut *G* passus (pas *in ras.*) *P* magno *G* (o *ex* a) γ *et* (ū *s.* ǫ) *m3 P*, *m2* π*V* magna *E* (v̄ *s.* a *m2*) *T* 2 destruetur *α*χ 3 indī (*s. m3* iudei) *P* iudaeis *C*π (s *eras.*) *V* 5 tradedere (i *s.* e *pr. m3*) *P* tradere *L* tradiderunt χ 6 L *P* octauae ebdomade *C* octauae ebdomades *α* octauae ebdomadis *X*χ octo ebdomadae *PL* octo ebdomades *B* 7 d̦e̦ initium *P* faciunt *PL* 9 *et* 12 chorinthios *PL* 10 efesi *P* 11 ostium (i *ex* e *m2*) *P* 13 frigesceret *P* (e *pr. ex* i *m2*, t *s. u. m1*) *L* 14 efesiis *P* ephesis χ*L* pentecoste χ tradet *P* (-it *m3*) *BLX* (-it *m2* π) 15 ardorem *P m2 X* (in π*V corr.*) L *PL* L^ta *C* 16 qua (a *in ras.*) *P* quia *LX* (qua *corr. O*π*V*) 17 et *alt. om. CG* 18 hunc *P* (a *s.* u̦ *m2*) *L* 21 coherebunt capiti *ET* 22 iucunditate *B*

fatigatio cura lassitudo cessabit. tunc mors destruetur; nouis-
sima enim mors destruetur. nam etsi cessauit in Enoch et 1477
non est inuenta in eo, destructa tamen non est; ille enim
raptus est ut euaderet, Christus ut destrueret inmolatus est.
et ideo bene dixit: ubi est, mors, uictoria tua? ubi est,
mors, aculeus tuus? ergo in hac resurrectione iterum Chri-
stus tamquam suo resurget in corpore. beatus itaque qui
habuerit partem in prima resurrectione; sicut enim
primitiae dormientium Christus, sic tunc primitiae resur-
27 gentium ecclesiae sancti eius. hoc mysterium Petrus scire B
non potuit. fortasse scierit de Enoch: quis tamen potuit myste-
rium absconditum in deo humana mente conprehendere? ueniat
ergo dominus in meam animam, in meam mentem atque eam
subiciat sibi, ut cum subiecta mens fuerit mea, dicam: non
timebo mala, quoniam tu mecum es.

28 Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis
7, 6 huic arbori mori: 'eradicare et iactare in mare', et
obaudiet uos. de grano sinapis supra dictum est, nunc de C
arbore mori est disputandum. arborem lego, non tamen arborem
credo. nam quae ratio, qui profectus hic noster, ut arbor, quae
laborantibus agricolis ferat fructus, eradicetur et mittatur in
mare? licet hoc pro uirtute fidei possibile iudicemus, ut
sensibilibus inperiis natura insensibilis obsequatur, quid sibi
uult tamen etiam ipsa arboris species? legi quidem: pastor

1 I Cor. 15, 26 4 Gen. 5, 24. Sap. 4, 11 5 I Cor. 15, 55
7 Apoc. 20, 6 9 I Cor. 15, 20 11 Coloss. 1, 26 14 Ps. 22, 4
18 l. VII ss. 176 sqq. 24 Amos 7, 14

1 cessauit *PBLX* (-bit *corr. PπV*) 2 distruitur *X* 3 destructa* (m *eras.*) *P* 4 destrueret et *P* (et *exp. m2*) *L* 7 resurget (i *s.* e *alt.*) *P* resurgit *X* 8 partem (a *ex* u *m2*) *P* 10 ecclesia et *L* ecclesia est et *P* 12 humanu (a *s.* u) *P* 13 mea anima *P* (*m2* meā animā) *B* mea mente *P* (meā mentē *m2*) *B* 14 fuerit mens mea *EγT* mea mens fuerit *X* 16 dicetis (e *ex* i *m3*) *P* dicitis π 17 mori] *om. PL* moro *C* (*item u. 19*) 18 uos] uobis *χF* 19 moris (s *del.*) *χ* non] dum *P* (*exp. et s. m2* non) *B* 22 mari *αBπ* maria *χ*

eram caprarum uellicans mora et puto prophetam signifi- D
casse nobis quod ex peccatorum grege peccator ipse conuersus
sit, licet conueniat ut futurus propheta gentium fructum
quaesisse uideatur in sentibus, cibum ex sentibus eruisse,
decoloros et faetidos greges gentium, populos nationum in suo-
rum scriptorum pascuis locaturus, ut spiritali refectione
pinguescerent, ipse autem de peccatore conuerso lac spiritale
29 mulgeret. sed cum in alio euangelii libro de monte sit dictum, E
cuius species nuda gignentium uitium olearumque ieiuna,
infecunda messibus, apta latibulis bestiarum ferarumque cur-
sibus inquieta extollentem se altitudinem nequitiae spiritalis
uideatur exprimere, sicut scriptum est: ecce ego ad te,
mons corrupte, qui corrumpis omnem terram, congruit
ut hoc quoque loco opinemur id dictum, quoniam fides spi-
ritum excludit inmundum, maxime cum arboris natura huic
concurrat opinioni. nam fructus eius primo albet in flore, F
deinde iam formatus inrutilat, maturitate nigrescit. diabolus
quoque ex albenti angelicae flore naturae et potestate rutilanti
praeuaricatione deiectus taetro inhorruit odore peccati. en tibi
17, 6 illud arbori mori dicentem: eradicare et iactare in mare,
cum legionem eicit ex homine, in porcos transire permittit,
30 qui exagitati diabolico spiritu se in maria demerserunt. hic
igitur locus hortatorius ad fidem docens moraliter etiam ea 1478 A
quae solidata sunt fide posse dissolui. ex fide autem caritas,

8 Matth. 17, 19 9 Sallust. bell. Iug. 79, 6 11 II Cor. 10, 5 Ephes. 6, 12 12 Hier. 28 (51), 25 21 Luc. 8, 30 sqq. 24 I Cor. 13, 13

1 cabrarum (p *s.* ḅ *m3*) *P* 3 gentium propheta *X* fructus *PBL* 4 seruisse (s *pr. eras.*, se *s. u. m3*) sed (d *s. u. m3*) *P* eruisse sed *BX* 5 decolores *PLχ* 6 nutriturus χ 8 dictum sit *C* 9 uitiorum *P* (or *eras.*) *BL* 10 latibulis *P* (lis *in ras. m2*) latibus *L* 12 sicut et *PBX* (et *s. u. PF*) 16 fructus eius (ius *in u. ult. m3*) *P* fructu se *L* albet] habet χ 18 potestate *P* (tes *in ras.*, tate *s. u.*) post *BL* 20 illud χ illum *X* erit illud *cet.* arboris *PL* dicentem *αCX* dicenti *ET* dicente *P* (-is *m3*) *BGγL* 21 eicit *αCX* eiecit *cet.* 22 in *m2 in mg. P* 23 horta*torius (r *eras.*) *P* 24 solida *PBL*

ex caritate spes et rursus in se sancto quodam circuitu refun-
duntur.
31 Sequitur ut nemo in operibus glorietur, quia iure domino
17, 7 sqq. debemus obsequium. nam si tu non dicis seruo aranti aut oues
pascenti: transi, recumbe — ubi intellegitur quia nullus
recumbit, nisi ante transierit; denique et Moyses ante transiuit,
ut magnum uisum uideret — si ergo tu non solum non dicis B
seruo tuo: recumbe, sed exigis ab eo aliud ministerium et
gratias ei non agis, ita nec in te patitur dominus unius usum
esse operis aut laboris, quia, dum uiuimus, debemus semper
32 operari. ergo agnosce esse te seruum plurimis obsequiis defae-
17, 10 neratum. non te praeferas, quia filius dei diceris — agno-
scenda gratia, sed non ignoranda natura — neque te iactes, si
bene seruisti, quod facere debuisti. obsequitur sol, obtemperat C
luna, seruiunt angeli. uas gentium electus a domino non sum
inquit dignus uocari apostolus, quia persecutus sum
ecclesiam dei. deinde alibi nullius se ostendens conscium
culpae subiecit: sed non in hoc iustificatus sum. et nos
ergo non a nobis laudem exigamus nec praeripiamus iudicium
dei et praeueniamus sententiam iudicis, sed suo tempori, suo
17, 16 sq. iudici reseruemus. posthac reprehenduntur ingrati atque ita
demum ad tractatum futuri uenitur iudicii.
17, 31 sq. In illa hora qui fuerit in tecto et uasa eius in domo, D
ne descendat tollere illa et qui in agro similiter non
33 redeat retro. memores estote uxoris Loth. interrogatus
17, 20 sq. a discipulis dominus quando ueniret regnum dei ait: regnum
dei intra uos est, utique per ueritatem gratiae, non per

6 Exod. 3, 3 15 Act. 9, 15. I Cor. 15, 9 18 I Cor. 4, 4
25 Luc. 17, 20 sq. (ὑπὸ τῶν Φαρισαίων); cf. Act. 1, 6

1 rursum *X* 4 seuoranti *P* (*m2* seruo aranti) seueranti *L* 7 non solum *om. PBL* 8 exiges *P* (-is *m3*) *BL* 9 ages *P* (-is *m3*) *BL* 11 agnosce te esse *Cχ* agnoscite esse *X* obsequiis (ii *in ras. ex* i) *P* 16 persequutus *αFV* 19 nec] ne *P* praeponamus *P* (praeripiamus *m3*) *L* 21 posthac *scripsi* post hanc (haec *m2 E*) *libri* 22 iudicii uenitur *χ* 27 non *s. u. m3 P om. L*

seruitutem culpae. itaque qui uult liber esse sit seruus in
domino; ea enim parte qua participamur seruitute participamur
et regno. ait ergo: regnum dei intra uos est. quando autem E
ueniret, noluit dicere, sed dixit iudicii diem esse uenturum, ut
34 terrorem omnibus iudicii inminentis incuteret nec securitatem
dilationis adferret. et ne uideretur contristare discipulos, si
his aliquid denegaret, ait in alio libro: de die autem et
hora nemo scit, neque angeli caelorum neque filius.
bene medie posuit filium; est enim idem filius hominis filius
dei, ut magis dictum secundum filium hominis aestimemus,
quia temporum finem non per naturam hominis, sed per F
naturam dei nouit. nec alienum tamen a fide est, si filium
accipias dei. quid enim est quod bonus pater filium celauerit,
cui omnia dedit? aut quomodo non dedit cognitionem temporis
qui dedit ipsius iudicii potestatem? quomodo autem filius
nescire potest quod pater nouit, cum in patre filius sit et spiri-
tus scrutetur etiam alta dei, cum ipse filius altitudo sit diui-
tiarum sapientiae et scientiae dei? sed cur nolit dicere ostendit 1479 A
alio loco: non est uestrum scire tempora et annos,
35 quae pater posuit in sua potestate. uidetis quo tendat
qui trinitatem negat unius potestatis, ut sit aliquid quod
nesciat filius? cur enim celaret filium proprium pater? aut
enim inuidiae causa nolumus aliis intimare quod scimus aut

1 I Cor. 7, 22 4 Matth. 24, 30 sq. 7 Matth. 24, 36 13 Ioh. 3, 35 15 Ioh. 5, 22 16 Ioh. 14, 11. I Cor. 2, 10 17 Rom. 11, 33 19 Act. 1, 7

1 esse liber χ 2 eam enim partem χ 4 uenturus *P* (*m2* -um) *L* 5 nec... adferret *in mg. inf. m3 P, om. L;* nec... (7) denegaret *om.* α et ne uideretur] nec miseretur *P* (et ne uide *s.* ṇẹç ṃịṣẹ *m3*) *L* 7 digeret (*m3* denegaret) *P* diceret *L* negaret χ sed ait *P* (sed *exp. m2*) *L* de hac hora nemo scit (*om.* in alio libro de die autem et) *PL* 9 bene enim m. α bene autem m. *ET* medie α*CT et* (ũ *m2 s.* e) *E* mediae *PBG*γ medium *LX* 13 filium (o *m2 s.* ụṃ) *P* 14 cui] qui α*BFV et* (c *s.* q) *m3 P, m2* π 15 qui *P* (c *s.* q *m3*) cui *CG*π 17 * sit (e *eras.*) *P* 18 nolit *P* (t *s. u.*) *BC*χ noluit α*X* noluerit (uer *s. u. m2*) *L* 21 qui *om. OV* 22 celaret filium *s. u. m2 P, om. L* proprius *P* (-um *corr.*) *L*

ne forte prodamur, sed nec inuidi in patrem nec proditoris in
filium suspicio cadit. ergo unius sunt cognitionis, quia unius
sunt potestatis. deinde qui signa nouit futuri iudicii utique B
36 nouit et finem. quid enim est quod nesciat ille sicut fulgur
17, 24 coruscans, eo quod lux, dei filius, interna mysterii caelestis
17, 31 inluminet? in illa, inquit, hora. ergo et horam nouit, sed
nouit sibi, mihi nescit. bene autem causam diluuii et incendii
et iudicii de nostris adserit prodisse peccatis, quia deus malum
non creauit, sed nostra sibi merita reppererunt.

17, 27 Edebant enim et bibebant, uxores ducebant et nube- C
37 bant. non quia coniugia damnentur, neque enim alimenta
damnantur, cum in istis successionis, in illis naturae subsidia
sint — alioquin de hoc mundo est exeundum — sed in
omnibus modus quaeritur, quidquid autem abundantius a
malo est. sit aliqui consensus ad tempus, ut uacemus orationi:
sit aliqua inter sollicitudines mundi et intemperantiae crapulam
38 sobrietas religionis et indutiae castitatis. ergo quia propter D
inprobos necesse est probi in hoc saeculo contritionem cordis
animique patiantur, quo uberiorem mercedem accipiant in
futurum, remediis instruuntur, ut qui in Iudaea sunt fugiant
in montes. quae est ista Iudaea? noui enim et aliam Iudaeam
secundum spiritum, non secundum litteram; notus enim in

6 Ioh. 1, 9 14 Matth. 5, 37 16 I Cor. 7, 5 20 Matth. 24, 16 22 Ps. 75, 2

1 prodamus (*sic quoque L*)... proditoris *in mg. inf. P* in *om. P m1 BL;* inuidia in *P m2* inuidiae in *ET* suspicio in filium *ET* 5 diei *P* (*m2* dī) *L* inferna *P* (t *s.* f *m3*) *L* 7 deluuii (i *m3 s.* e) *P* 8 et iudicii *om. X* prodisse *in mg. P* dn̄s *ET* 9 merita sibi *X* 10 bibunt (*m3* bibebant) *P* et uxores *EγT* ducebunt et nubebunt (*bis* -bant *m3*) *P* 11 elementa *PBL* 12 successiones *PBLχ* 14 autem] enim *C* 15 est *P m3, om. P m1 BL* sit *om. X* aliquis *EγT et* (s *s. u.*) *V* orationi (i *alt. ex* is) *P* oratio *FOV* 16 sit *αCπχ et* (*m2 in ras.*) *P* set *B* sed *L* si *FO* si* *V* crapulam *απχ* crapulas *P* (*cf. adn. sequ.*) crapula *cet.* 17 sob Rietas (s *pr. s. u. et* R *ex corr. m2*) *P* oblitus *L* quia (a *s. u. m2*) *P* qui *L* 19 animaeque *PBL* quod *PLX* (d *del. Pπ*) 20 fugient *χ* (*in G corr.*)

Iudaea deus. quales autem isti montes, qui possint motum
futuri cohibere iudicii, cum scriptum sit: tremor autem E
montes occupabit? caelum et terra transibunt: quomodo terrarum portio manebit inmunis aut tueri me poterit,
quae nec ipsa se seruat? ubi igitur me ab ira eius abscondam,
qui conturbat profundum maris? si ascendero in caelum,
ibi est; si descendero in infernum, adest. non ergo falli
potest qui ubique est, sed placari.
39 Adest itaque iudicii dies. si uis non conprehendi, cottidie
time, cottidie fuge. quaeris quo fugias? ascende in montem F
qui euangelizas Sion, ut excelsorum uertice possis eminere
meritorum; deus enim montium et non deus uallium est.
ascende eo, ubi Christus sedet ad dexteram dei, cuius fundamenta in montibus sanctis et montes in circuitu eius.
mons tuus Paulus, mons tuus Petrus est. supra illorum fidem
mentis tuae locato uestigium. in lege dei atque haereditate
fidei constitutos iudicii dies non ad poenam inuenit, sed ad
40 gloriam. si quis etiam in tecto situs, hoc est superiora iam 1480 A
17, 31 domus suae eminentiumque uirtutum culmen ascendit, ad
terrena mundi huius opera non recidat. noui enim tectum in
quo Rahab, illa typo meretrix, mysterio ecclesia, sacramentorum
consortio populis copulata gentilibus exploratores, quos Iesus
direxit, abscondit. qui si ad inferiora descendissent domus, ab

2 Esai. 64, 1 et 3 3 Luc. 21, 33 6 Ps. 138, 8 10 Esai. 40, 9 12 Reg. III 21 (20), 28 13 Rom. 8, 34. Coloss. 3, 1. Ps. 86, 1 14 Ps. 124, 2 20 Ios. 2, 1

1 possint *PBL* metum *αC* 2 sit scriptum (scriptum *s. u. m3*) *P*, scriptum *om. L* autem] ante te χ, a te *B*, a *F et* (tremona *sic!*) *O*π 3 montis *FOV* occupabit α *et* (b *ex* u) *EG* occupauit *cet.* 4 poterint *et* seruant *X* 5 me igitur χ 6 profundum] fundum *C*πχ 10 quo (*om.* modo) *PL* 11 ut *s. u. m2 P*, *om. L* 13 sedit *X* 17 constitutos *V* (o *alt. ex* u) *C*πχ constitutis *P m1 αBL* constitutus *P m2 FO* dies iudicii *PBL* uenit *PBL* te inuenit *αC* 18 quid *P* (s *s.* d) *L* positus χ 20 recedat *P* (recidat *m3*) *αL* recedat *X* (recidat *m2* π) accedat χ 21 rahab *C*γ *et* (h *s. u.*) π raab *cet.* 22 genitalibus *P* (gentilibus *corr.*) *L* gentibus αγ ihus (s *s. u. m3*) *P*

exploratoribus, qui ad corripiendos eos missi fuerant, occidissent. tectum ergo sublimis est mentis officium animaeque B fastigium, quo nuda corporis operitur infirmitas. unde mihi uidetur etiam paralyticus ille idcirco esse sanctus, qui a quattuor iuuenibus demissus e tecto est, quia quattuor adminiculo uirtutum, prudentiae fortitudinis temperantiae atque iustitiae, ad pedes Christi alta quadam se ratione subiecit. nihil enim excelsius humilitate, quae tamquam superior nescit extolli, quia nemo id adfectat quod infra se iudicat.

41 Sed quoniam in iudicio uersamur, non digrediamur a tecto, C
17, 31 ne dum uasa quae in domo sunt cupimus auferre, capiamur. non enim in omni domo sunt uasa aurea et argentea, sed in plerisque sunt lignea, nec omnis domus plena; sunt enim et uacuae, quas nouit propheta, qui dixit: q u i d  f a c t u m  e s t  t i b i  n u n c  q u i a  a s c e n d i s t i  i n  d o m u s  u a c u a s?  i n p l e t a  e s t  c i u i t a s  c l a m a n t i u m. et subiecit: o m n e s  p r i n c i p e s  t u i  f u g e r u n t, quicumque in te uulnerati sunt, et ad perfidiam de fide lapsi sunt. uulneratus est Sabellius, uulneratus est Ualen- D tinus, uulneratus est Arrius; in domo enim uacua sunt repperti.

42 uis domum uidere plenam? sequere Petrum, cum esuriret, ad domus superiora gradientem. ibi agnouit mysterium ecclesiae congregandae, ut gentilem populum non iudicaret inmundum quem fides ab omni possit mundare contagio. uasa autem de luto sunt, ergo uas corpus est. et ideo caue ne desiderio

4 Marc. 2, 3 sq. 12 II Tim. 2, 20 14 Esai. 22, 3 sq. 20 Act. 10, 9 sqq.

1 occidissent (*m2* occiderentur) *P* occisi essent *χ* 3 fastidium *X* 4 quia a *PB* 5 IIII *PLπ* (*bis*) dimissus *αCXχ* *et* (*m2*) *P* e (de *m2*) *P* 9 infra *PFγOπ* intra *cet.* (*nescio an recte*) 12 et *om.* *X*, atque *C* sed et (et *s. u. m3*) *P* 13 omnes *ET* *et* (e *ex* i *m2*) *Pγ* plenae *P* (ae *ex* a *m2*) *αEγT* (*in* plenae *fortasse latet* plena est) 14 quod *χ* 15 qui *αχ* ascendistis *αBC* (s *alt. eras.*) impletae sunt ciuitates *X* 17 a perfidia *P* (i *alt. s. u.*; ad perfidiam *m2*) *BL* 18 ualentius *P* (*m2* -inus) *L* 21 domos *FOV* 23 fidem *P* (s *s.* m *m3*) *L* ab omni possit *αX* posset (possit *B*) ab omni *PBCLχ* contagione *Cχ* autem] ergo *PBL*

corporis praeclara mentis studia derelinquas. si Petrus non E
accepit mysterium in inferioribus positus, tu quemadmodum
accipies? ille accepit, quia ascendit, ut euangelizaret dominum,
passionem corporis non timeret.
43 Ergo qui in tecto est non descendat et qui in agro
17, 31 est non reuertatur retro. unde intellegam quid sit ager,
nisi ipse me doceat Iesus dicens: nemo mittens manum in
aratrum et respiciens retro aptus est regno caelorum?
otiosus in uilla sedet, laboriosus in agro seminat: debilis ad F
focum, fortis ad aratrum. bonus odor agri; odor enim Iacob
odor agri pleni. ager plenus est florum, plenus est fructuum
diuersorum. ara igitur agrum tuum, si uis dirigi ad dei regnum.
floreat tibi bonorum seges fecunda meritorum. sit uitis abundans
in lateribus domus tuae et nouella oliuarum in
circuitu mensae tuae. dicat anima tua Christo fertilitatis
suae iam conscia et seminata dei uerbo, spiritalibus quoque 1481 A
inarata culturis: ueni, frater meus, exeamus in agrum,
ille respondeat: introiui in hortum meum, soror mea
sponsa: uindemiaui myrram meam. quae enim melior
quam fidei uindemia, qua resurrectionis fructus reconditur,
44 qua perpetuae laetitiae fons rigatur? itaque cum respicere
prohibearis, multo magis redire prohiberis et tollere tunicam;
conperisti enim quod ei qui tunicam te petierit remittere debeas
et pallium. ergo directus ad dei regnum opes et patrimonium B
non requiras. noui et aliam scriptam tunicam, de qua nos

7 Luc. 9, 62 10 Gen. 27, 27 13 Ps. 127, 3 17 Cant. 7, 11 18 Cant. 5, 1 23 Matth. 5, 40

2 situs *αX* quēammodum (d *s.* m *pr.*) *P* quaeammodum *L* 3 quia *X* qui *cet.* 6 quid *P* (d *s. u. m2*) *CE* qui *cet.* 8 ad (*s. u. m2*) regnum *P* regnum( -o *m2*) *V* 9 sedet] sed *X* 16 iam suae *αC* semina *X* (-nata *m2 πV*) 17 exarata *PBL* 19 uinde**** (miaui *s. ras. m2*) *P* myrra mea *BL* 20 quam fidei uindemia] *haec praeter* demia *in ras. P* qua] quare (re *exp. m2*) *P* 21 qua* (e *eras.*) *P* quae *χ* fonte *EγT* 25 nouit *CXχ* alia *CFOV* scribtam *P* scripturam *E m1 GT* scriptura *CγX* tonicam *αEFGγT m1 V*

hortatur apostolus, ut exspoliantes ueterem hominem cum
actibus eius induti nouum superioris tunicam non requi-
ramus erroris. unde et illa ait: nocte exui me tunicam
meam, quomodo induam eam? quod non solum renuntiare
peccatis, sed etiam memoriam omnem debeas actus superioris
abolere. denique Paulus superiora obliuiscens culpam exuit,
45 paenitentiam non omisit. et ideo dominus memores inquit C
17, 32 estote uxoris Loth, quae ideo quia respexit retro perdidit
naturae suae munus; retro enim Satanas, retro Sodoma. qua-
propter fuge intemperantiam, declinato luxuriam. et ut cogno-
scas quia non omnes possunt fugere in montem, recordare quia
ille qui se ueteribus studiis non reflexit — Sodomam enim
ante delegerat — ideo euasit, quia peruenit ad montem, illa
quae infirmior fuit, quoniam ad posteriora respexit, nec mariti D
adiuta suffragio ad montem peruenire potuit, sed remansit.
46 In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus adsu-
17, 34 metur et alius relinquetur. bene noctem dixit, quia anti-
christus hora tenebrarum est, eo quod pectoribus hominum
tenebras offundat, cum dicat se esse Christum, exsurgentibus
pseudoprophetis, qui adserant nunc in desertis Iesum degere,
ut uagae errore opinionis inludant nunc in penetralibus, ut E
qui audierint praecelsae nomine potestatis artentur. Christus

1 Coloss. 3, 9 sq. 3 Cant. 5, 3 6 Philipp. 3, 13 8 Gen. 19, 26 8 I Tim. 5, 15 12 Gen. 13, 10 13 Gen. 19, 30 20 Matth. 24, 24 et 26 sq.

1 *ante* ut *add.* dicens *CLγ* 2 induti *PBLχπ* indute *FV* induite *O et* (induete *m2*) *C* indutie *α* superioris istam tunicam *αET* 4 induam (m *in ras.*) *E* induar *PL* *eam *P* 5 omnes *P* (-ẽ *corr.*) *L* (*in B* omnẽ *add. in marg.*, debeas *in ras.*) superiores *P* (-is *m3*) *L* 6 scs paulus *P* (scs *extra u. m2*) *L* posteriora *BG* anteriora *γ* 10 et ut] et tunc *P* ut tunc *L* cognoscas (e *s.* a *m3*) *P* 12 se a *BET et* (a *s. u.*) *γ* sodoma *BGL* 13 diligerat *αET et m2 P* dilegerat *X* delerat *L* delegarat *G* 14 inferior *PBL* quoniam] quando *FOV* ad *om. α* 17 alius] unus *L* 19 esse se *X*, ṣesse se *α* 20 desertum *X* 21 uagi errorem *χ* inludat *P* (-ant *corr.*) *BL* penetralibus *PB* (*F?*) penetrabilibus *cet.* 22 audierit *P* (-int *corr.*) *BL* praecelsae (e *tert. s. u.*) *P*

autem sicut fulgur coruscans per uniuersum mundum luminis
sui globos spargit et ideo nec in desertis uagatur nec aliquibus
locis clauditur, quia caelum et terram ego conpleo dicit
17, 24 dominus, sed luce fulgoris sui fulget, ut in illa nocte resurrec-
tionis gloriam uidere possimus. quid igitur sibi uult quod ait:
47 duo in lecto uno et duae molentes et duo in agro, F
17, 35 unus adsumetur et alter relinquetur? numquid iniquus
deus, ut pares studiis et societate uiuendi atque indiscretos
actuum qualitate meritorum remuneratione discernat? non ita
est, sed pro actibus hominis remunerationis est qualitas. non
ergo merita hominum copulae usus exaequat; nam et pater in
filium et filius in patrem studio religionis insurgunt, quia non
omnes quod adoriuntur efficiunt, sed qui perseuerauerit in
finem hic saluus erit. tum deinde non forense obsequium,
sed interiorem dominus rimatur affectum; neque enim si iuste
offeras et non iuste diuidas, acceptum est sacrificium deo.
ergo ex uno strato — est enim stratum infirmitatis humanae, 1482 A
quia scriptum est: uniuersum stratum eius uersasti in
infirmitate eius — unus relinquitur, alter adsumitur. qui
adsumitur rapitur obuiam Christo in aera, qui autem relinquitur
48 inprobatur. duae molentes in pistrino. sensus quidem est
17, 35 quod hi significari uideantur qui ex occultis alimenta quaerant
et in apertum ex interioribus proferant. sed tamen quid molant
istae mulieres requirendum est, nisi forte quod legimus in Esaia: B
si adferatis similaginem, uanum est, ut similago sit quae
a molentibus offeratur. discutiamus ergo quae molant quidue

2 Uerg. Georg. I 473 Aen. III 576 3 Hier. 23, 24 11 Luc. 12, 53 13 Matth. 10, 22 15 Gen. 4, 7 18 Ps. 40, 4 19 I Thess. 4, 16 25 Esai. 1, 13

3 laudibus *P* (clauditur *m2*) *L* impleo *Cχ* 7 adsumitur *P* (-etur *m2*) *BL* relinquitur *P* (-etur *m2*) *BL* 8 indiscreta *χ et Cm2* indiscreto *αCm1* 10 hominum *X* 12 in patre *α CFLOV* 14 tunc *PBEFLOT* 16 acceptus *P* (-ũ *corr.*) *L* 18 eius *om. X*, meum *C* 19 relinquetur .. adsumetur .. adsumetur (e *ex* i *απ*) .. relinquetur *αX* et alter *αC* 22 hii *P* uidentur *FOV* 23 in aperto (et *om.*) *X* molent *αX* 25 similagines *PL* similagine *α* 26 a *s. u. m2 P*, *om. L*

molant quidue pistrinum sit. et fortasse mundus iste pistrinum sit, in quo aptius reor quia humani corporis forma referatur, in quo anima nostra uelut quodam carcere includitur corporali, panem, si boni consulat, operatura caelestem. in hoc
ergo pistrino uel synagoga uel anima obnoxia delictis triticum C
molendo madefactum et graui umore corruptum non potest interiora ab exterioribus separare et ideo relinquetur, quia eius similago displicuit. at uero sancta ecclesia uel anima nullis maculata contagiis delictorum, quae tale triticum molit, quod solis aeterni calore sit torridum, quod deus quemadmodum uoluit sic uestiuit et angeli ab omni purgamentorum labe mundarunt, bonam similaginem de penetralibus hominum deo
offerens sacrificii sui libamenta conmendat. D

49 Nec solum molentes duae, sed etiam operantes duo erunt in agro uno, e quibus adsumetur unus, bonus seminator, qui non supra uias seminauerit, sed supra aratum et cultum solum, ut fructum humilitate pressum, non iactatione dispersum terra multiplicet, relinquetur autem seminator zizaniorum, ex quibus refutabilis similago conficitur. qui sint autem isti agricolae
differentes possumus repperire, si aduertamus qua ratione E
duos νοῦς, hoc est duas mentes esse in nobis apostolus dixerit; fortasse enim ideo, quia altera exterioris est hominis, qui

4 cf. Cic. disp. Tusc. I 74, de re publ. VI 14; Ioh. 6, 51 I Cor. 10, 17   11 Luc. 12, 28; Matth. 6, 30 Ps. 77, 25   15 Luc. 8, 5 et 8   18 Matth. 13, 25 sqq.   21 Rom. 7, 23   22 II Cor. 4, 16·

1 quodue *αX* quod *C*   sit] est *CET*   2 uereor *P* (u *ex* r *m2;* ue *exp. m3*) *L*   quia] quod *Gγ* qui *X*   reformatur *X* preferatur *m3 P*   3 uel*t (u *s. ras.*) *P*   4 si boni *αCX* si bonis *PL* sibi *GT* si (*s. u. m2*) sibi *E* sibi ut *γ*   operatur *χ*   6 molendum *BL et* (o *ex* um *m2*) *PF*   malefactum *LX* (mal. *m2 πV*)   7 separari *X*   relinquetur *Xχ* relinquitur *cet.*   9 molit triticum *χ*   13 libamina *ETX* liba *Gγ*   15 agro uno *CXχ* uno agro *cet.*   adsumitur *PBL*   unus adsumetur *ET*   17 terram *P* (m *del. m2*) *L*   18 relinquitur *PBL*   19 refutasilis *P* (-bilis *corr.*) *L*   sint (i *ex* u) *B* sunt *L*   21 duo *PBL*   νοῦς *χ* unus sint *P* (NOYC *s.* unus *et* n *alt. s. u. m2*) *B* unus sit *L* sit (*in ras. m2*) NOYC (*hoc in mg. m2*) *α* NOYT *X*

corrumpitur, altera interioris, qui per sacramenta renouatur. et
eo ille fortasse deterior, qui extollitur frustra inflatus mente
carnis suae et non tenens caput, quia a domini nostri Iesu
Christi salutarium praeceptorum obseruatione declinat; ipse
enim caput omnium, qui auctor est omnium. alter est ille
praestabilior, qui humilitatem diligit, sapientiam quaerit, miseri- F
cordiam non omittit, bonus scilicet seminator; dispersit enim,
dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. hic
igitur spiritalis est, ille carnalis. nam sicut uerbis apostolicis
conprehendimus illum extollentem se tumido animo seductorem
mente carnis inflari, ita etiam sanctum uirum renouari spiritu
mentis ostendimus dicente eodem: renouamini autem spiritu mentis uestrae. duas ergo mentes esse demonstrat.
unam, quae mens carnis efficitur uicta peccato, alteram, quae
50 spiritui copulata carnis abiurat inlecebras. nec solum duae
mentes, sed etiam duae leges in nobis sunt, quarum utramque
nobis apostolus explicauit dicens: condelector enim legi 1483 A
dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam
legem in membris meis repugnantem legi mentis meae
et captiuantem me in lege peccati, quod est in membris meis. est ergo lex interioris hominis, est etiam exterioris.
illa quae peccatum prohibet, ista quae suadet: illa quae
damnat errorem, ista quae suggerit: illa quae mentem instruit,
ista quae temtat. sunt etiam duae aliae uehementiores in nobis
leges, una dei, altera peccati, secundum eundem magistrum, B

2 Coloss. 2, 18 sq. 5 Coloss. 2, 10 7 Ps. 111, 9 12 Ephes. 4, 23 17 Rom. 7, 22 sq.

2 et eo] ideo *X* et ideo (id *s. u. m2*) *E* mentē *α* mentis *FOV* 3 a *s. u. P*, *om. αCX* 8 manet *om. P* 9 nam *om. PL* 10 tumido (mi *s. u.*) *P* 12 ostendimus (-emus *m2*) *P* 13 esse constat *X* 14 una *et* altera *αX* uincta *X* 15 spiritu *X* nec solum] olim *P* (*s. m3* ñ solum) *L* 17 explicuit *X* 20 quod] quae *Lγ* 24 aliae duae *X* 25 eundem *s. u. m3 P*, *om. L* magistrum, qui ait] apostolum dicentem *PL*

qui ait: igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. et ostenditur quod si mentem tantummodo dicas, contrariam carnis ostendas; cum enim dicit Paulus se legi dei mente seruire, utique mentem per se ipsam, nisi carne uincatur, bonam esse demonstrat et natura ita creatam, ut resistat errori. itaque cum uincitur, mens carnis est, non ex natura habens, sed ex carne quod labitur et quasi in nomen proprietatemque uictricis uicta succedit; natura autem aduersa C carnis est. denique mente deo seruimus, carne peccato. melior autem mens erit, si cooperaria sancto spiritui religiosum non intermittat officium.

51 Istae sunt igitur operantes in agro nostro, quarum altera bonum fructum diligentia dat, altera amittit incuria, quam sanguinem legis lator adpellat dicens: anima omnis carnis sanguis eius. quo plerique referunt etiam illud quod scri- D ptum est: non manducabis carnem in sanguine, ne uulneribus animae cruentatas corporis uoluptates refectionis potius loco quam reatum sanguinis aestimemus, quos oportet refici dei uerbo. est ergo cibus refectionis, est cibus sanguinis; sicut enim caro domini uere est cibus, ita sanguis uere noster est potus. bonam ergo de nostris operibus escam domino suggeramus, ne rursus cum uenerit et sicut in illa ficu pomum non inuenerit, nostrorum meritorum infecunditate ieiunus propositum pietatis auertat dicens ad illam animam, quam nudam E pomorum reppererit et sanguine cruentatam: numquam ex

1 Rom. 7, 25 14 Leuit. 17, 14 16 Gen. 9, 4 20 Ioh. 6, 56 23 et 25 Matth. 21, 19

1 ego *om.* *X* (*s. u. m. rec.* π) *post* igitur *transp.* *L* 2 lege *XEGT* (*in* *E*π *corr. m2*) tantum *X* 3 carnis *P* (n *s. u. m2*, s *exp.*) *BLX* (s *exp.* π) χ carni α*C* dicit *om.* *P* (*in quo* dicat *post* Paulus *s. u. m3*) *L* 4 et . . . errori *s. u. m3* *P*, *om.* *L* 8 ultricis (*om.* que) α 10 cooperaria (o *alt. s. u.*) *P* 10 non *om.* *X* 11 intermittat (t *alt. s. u.*) *P* 15 quo *PBG*γ*L* quod α*CX* (d *exp.* π*V*) quos *E* (d *s.* s *m2*) *T* ad illud *C et* (ad *s. u. m2*) *E* 17 uoluntates *PBL* 18 reatu αχ 25 repperit *FOV* sanguinem *P* (m *eras.*) *L* cruentam *X*

te fructus nascatur in sempiternum. est ergo anima
carnis omnis sanguis eius. est etiam praestabilior anima,
de qua deus dixit: omnes animae meae sunt, sicut
52 anima patris ita etiam anima filii meae sunt. nec
illud praeterit ut duos populos interpretemur, id est quod in
hoc mundo, qui agro frequentissime conparatur, duo populi
sint, unus credentium, alter qui non credit, relaturi meri-
torum uicem suorum, et ideo alter qui fidelis est adsumatur, F
alter qui infidelis est relinquatur. duae autem illae molentes
duae animae uel certe ecclesia atque synagoga; non enim
una tantum figura, sed multiplex in diuinis scripturis esse
consueuit, ut unus sermo plures species conprehendat. itaque
mens carnis et anima carnis et synagoga id triticum colligunt
et eam similaginem molunt, quae offeruntur in uanum, mens
autem quae coniuncta animae et anima quae receptrix est
salutis uel ecclesia dei excolunt et molunt uerae legis simi-
laginem spiritalem. unde etiam panes propositionis fiunt, 1484 A
quos soli sacerdotes edunt, quibus puriorem panem man-
ducare praescriptum est, illum utique qui descendit e caelo.
omnes autem sumus, si merita nostra patiantur, iustitiae
sacerdotes, qui unctione laetitiae in regnum et sacerdotium
53 consecramur. ergo ita exerceamus et colamus agrum no-
strum in istius culturae munere constituti, ut in illa supe-

1 Leuit. 17, 11 3 Ezech. 18, 4 6 Matth. 13, 38; 24, 40 9 Matth. 24, 41 14 Esai. 1, 13 18 Leuit. 24, 5 sqq. 19 Ioh. 6, 51 21 Ps. 44, 8. Leuit. 10, 7 23 Galat. 4, 26

1 nascatur fructus *ET et* (*corr. m1*) *G* ergo] enim *X* 3 dixit dš *EγT* 4 ita *s. u. m2 P*, *om. BL* filii (i *tert. s. u.*) *Oπ* fili *FGV* mea sunt (est ∴ sunt *m2*) *C* 5 praeterit (i *ex* e) *α* praeteriit *P* (i *alt. s. u.*; -iet *m2*) *L* ut *s. u. m2 P*, *om. L* duo (*m2* duos) *P* 7 credit *Xχ* credidit (di *pr. eras.*) *P cet.* uicem meritorum *LX*, meritorum (*om.* uicem) *α* 9 est *om. χ* 10 atque] aut *X* 12 itaque (ita *s. u. m2*) *P* quae *BL* 13 id] ad *α*, idem *C* 14 offeruntur *Xχ* offerunt *L* offertur *cet.* 15 *ante* animae *add.* est *PL et s. u. m2 E* 16 salutis] salutaris uerbi *αC* ecclesiā (ā *ex* a *m2*) *PFO*, die *P* (*m2* dī) *L* 19 de *P* (d *s. u. m3*) *C* (d *eras.*) *χ* 20 nostrae (e *postea add.*) *P* 22 ita *om. X* 23 munera *P* (-re *m3*) *L*

riore Hierusalem, ubi legis custodia uera celebratur, habeamus B
similaginem de manipulis nostris, quos beati qui potuerint
congregare, ut uenientes ueniant in exsultatione
tollentes manipulos suos. isti igitur fructus sunt spiri-
tales et felices ueri prouentus laboris, qui nullo inutili imbre
madefiant; fructus autem carnis corruptelae obnoxius, et ideo
qui carnalia seminauerit, carnalia metet. de agro uero quid
dicam, cum manifestum sit in opere cultoris uel laudem esse
uel culpam?

54 Et respondentes dixerunt: ubi domine? hoc disci- C
17, 36 puli locuti sunt, dominus autem. ubi praemonuit et quo fugi-
endum et ubi conmorandum et quid esset cauendum, conplexus
55 est summam definitione generali dicens: ubi fuerit corpus,
13, 37 ibi congregabuntur aquilae. itaque prius quae sint aquilae
coniciamus, ut quid sit corpus definiamus. iustorum enim
animae aquilis conparantur, quod alta petant, humilia derelin- D
quant, longaeuam ducere ferantur aetatem. unde et Dauid
animae suae dicit: renouabitur sicut aquilae iuuentus
tua. si igitur intelleximus aquilas, de corpore iam dubitare
non possumus, maxime si meminerimus quod a Pilato Ioseph
corpus acceperit. nonne tibi uidentur aquilae circa corpus
Maria Cleopae et Maria Magdalene et Maria mater domini
apostolorumque conuentus circa domini sepulturam? nonne tibi E
uidentur aquilae circa corpus, quando ueniet cum intellegibi-

3 Ps. 125, 6 6 Galat. 6, 8 18 Ps. 102, 5 21 Ioh. 19, 38 22 Ioh. 19, 25

4 manipulos *extra u. P* 5 labores *P* (-is *m3*) *Bπχ* 7 et metet *PBELT et* (ex *m. rec. s. u.*) π metit *L et* (-et *m3*) *P*, (*m2*) π et de *P* (et *exp. m2*) *L* 8 laudes *P* (-is *m2*) *L* 11 quod *P* (d *eras.*) *L* 13 summa *PBGL* 14 et aquilae *PBL* prius *post* aquilae *transponunt PL* 15 quid (*ex* quod) α quod *G et* (i *s.* o) *V* enim] autem χ, enim autem *X* (autem *del. m2 V*) 16 aquilis *P* (is *m3 ex* es) aquilaes *L* 17 induere *P* (ducere *m3*) *L* 18 aquilae *PBγLπ et* (ae *ex* a) *G* aquila *αCEFG m1 OTV* 19 aquilam *PBL* 22 cleophae *LπV et* (h *exp.*) *BG* magdalenae *PG* magdalena *αBC* 23 apostolorumque conuentus *om. Gγ*; conuentus *om. E m1 T* 24 uidetur *X* ueniet in illa die cum *Gγ*

libus nubibus filius hominis, et uidebit eum omnis oculus
56 et qui eum conpunxerunt? est etiam corpus, de quo
dictum est: caro mea uere est esca et sanguis meus
uere est potus. circa hoc corpus aquilae sunt, quae alis
circumuolant spiritalibus. sunt et circa corpus aquilae, quae
credunt Iesum in carne uenisse, quia omnis spiritus qui
confitetur Iesum Christum in carne uenisse de F
deo est. ubi ergo fides ibi sacramentum, ibi deuersorium
sanctitatis. est etiam corpus ecclesia, in qua per baptismi gratiam
renouamur spiritu et occidua senectutis in rediuiuas
reparantur aetates.

57 Sinite pueros uenire ad me et nolite eos uetare;
18, 16 talium est enim regnum dei. atque aetas haec infirma
est uiribus, inualida ingenio, inmatura consilio. non ergo aetas
praefertur aetati; alioquin obesset adolescere. quid uotis opus 1485 A
est ut aeui maturitas consequatur, si mihi meritum regni
demtura caelestis est? ergo deus uitae processum ad uitia
dedit, non ad incrementa uirtutis? et cur ipse apostolos non
puerilis, sed prouectioris aetatis elegit? cur autem pueros
aptos regno dicit esse caelorum? fortasse quia malitiam nesciant,
fraudare non nouerint, referire non audeant, scrutari

1 Apoc. 1, 7 3 Ioh. 6, 56 6 I Ioh. 4, 2 10 Ephes. 4, 23 18 Luc. 6, 13 19 Matth. 19, 14 21 I Petr. 2, 22 sq.

3 est *pr. s. u. P* esca] cibus χ 4 aquilae] uere aquilae *αC* 5 circumuolunt *P* (a *s.* ụ) *αL* 8 sacramentis *P* (-ti *corr.*) *L* ibi *alt.*] ubi *X* deuersorium *P* (diu. *m3*) *B* diuersorum *X* diuersorium *cet.* 9 sci*tatis (∼ *m2*) *P* est. est etiam *X* ecclesia est *PL* ecclesiae *B* (e *ult. eras.*) *FGπ* 12 *post* me *add.* et *Xχ et s. u. m3 P, om. αBCL* prohibere χ 13 est enim *CXχ* enim est *cet.* atque *P* (-i *m3*) *αC* atquin *B* at (ad *G m1*) quia χ adqui *FO et* (*m1*) *V* atqui *V m2* etqui π 15 alioquin obesset (nobis obesset *m2*) *P* alioqui nobis esset *L* 16 si *om. X* 17 caelestes *P* (-is *m2*) caeleste *L* uitia *P* (i *alt. s. u. m2*) uṭa *L* 18 crementa *X* apostolus *P* (-os *m2*) *GLX* 19 puerilis (i *alt. in ras.*) *P* pueriles *X* prouectioris (pro *ex* pos) *P* postuectioris *L* prouectiores *X* aetates *P* (-is *m3*) *LX* 20 dicit esse regno *PL* regno dī dicit dignos esse *X* (*in quibus* apostolus *pro* aptos) 21 norent *FO et* (*m1*) *V* norint *V m2* π scortari *ed. Rom.*

ignorent opes, honorem, ambitionem non appetant. sed non ignorare ista uirtus est, sed contemnere nec continentiae laus, ubi B infirmitatis integritas. non igitur pueritia, sed aemula puerilis simplicitatis bonitas designatur. non enim uirtus est non posse peccare, sed nolle atque ita tenere perseuerantiam uoluntatis, ut uoluntas infantiam, unus imitetur naturam. denique ipse hoc saluator expressit dicens: *nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum caelorum.*

58 Quis est ergo puer imitandus apostolis Christi? num unus C ex paruulis? haec igitur uirtus apostolorum? quis ergo puer? ne forte ille de quo Esaias dicit: *puer natus est nobis, filius datus est nobis?* ipse enim tibi puer dixit: tolle crucem tuam et sequere me. et ut agnoscas puerum: *cum malediceretur, non remaledixit; cum percuteretur, non repercussit;* haec est enim perfecta uirtus. itaque et in pueritia est quaedam uenerabilis morum senectus et in senectute innocens pueritia; *senectus enim uenerabilis est, non diuturna, nec numero annorum conputata;* D *cani sunt autem sensus hominum et aetas senectutis uita inmaculata.* unde et scriptum est: *laudate, pueri, dominum, laudate nomen domini,* quia nemo nisi perfectus laudat dominum; *nemo enim dicit*
59 *dominum Iesum nisi in spiritu sancto.* quod uidetur de ecclesiae populo prophetatum, qui iunior seniorem populum Iudaeorum uirtutis studiis anteiuit. et ideo illud: *ecce ego*

3 I Cor. 14, 20 7 Matth. 18, 3 12 Esai. 9, 6 13 cf. Matth. 16, 24; Marc. 8, 34; Luc. 9, 23 15 I Petr. 2, 23 18 Sap. 4, 8 sq. 22 Ps. 112, 1 23 I Cor. 12, 3 26 Esai. 8, 18; cf. Hebr. 2, 13

2 est] eius *X* laus (s *ex* i) *P* laui *L* 3 infirmitatem *P* (is *s.* em *m3*) *L* 4 uirtutis *X* non] noli *FO et* (non *s. u. m2*) π 5 uoluntates *P* (-is *m2*) *L* 6 hic (o *s.* i) *P* 7 et] ut *L* 8 pueri isti *L* 10 est *om. X* apostolus *P* (i *s.* u *m2*) *GL* num *om. X* 11 puer *om. X* 12 ait *X* 13 et filius *a* puer tibi *X* 16 est *aCγ*, *om. cet.* inperfecta *P* (in *exp.*) *B* (in *eras.*) *L* 17 uenerabilis (bi *s. u.*) *P* 20 hominū (ū *ex* is) *G* hominis *Bγ* 21 et *om. ETX* 23 perfectus laudat* (e *eras.*) *P* 25 quia χ infirmior (iunior *m3*) *P* ininuior *L* 26 uirtutis* *P*

et pueri mei quos dedisti mihi. isti sunt pueri, qui E
dominum pullo asinae superuectum propheticis uocibus prose-
quentes redemptionem gentium uenisse dicebant, isti sunt pueri
uel infantes, qui Christi illa ubera super uinum haustu pleniore
suxerunt; ex ore enim infantium et lactantium perfe-
60 cisti laudem. durum itaque aliquibus et inmite uideri potest
quod discipuli ad dominum infantulos adire prohibebant, nisi
uel mysterium intellegas uel affectum; neque enim inuidae
in pueros mentis asperitate faciebant, sed sedulae seruitutis F
obsequia domino deferebant, ne conprimeretur a turbis. deni-
que alibi scriptum est: magister, conprimunt te turbae;
respuenda quippe est utilitas nostra, ubi diuinitatis iniuria est.
ergo fugiamus superbiam, sequamur puerilem simplicitatem,
quia ueritas aduersaria superbiae, simplicitas autem concurrens
ueritati, in ipsa humilitate sublimis. non enim in abiecto corde
habitat deus. sed sicut tradiderunt nobis prophetae: thronus
uirtutis exaltatus est, in eo scilicet, cuius eleuatur
sapientia ad altitudinem ueritatis. nec sicut Cain fraterna specie 1486 A
dolum percussoris abscondat, sed foris intraque sit frater. haec
in affectu. in mysterio autem, quia prius saluari populum
Iudaeorum, ex quo secundum carnem nati fuerant, gestiebant.
sed et pro Chananaea muliere supplicarunt. sciebant ergo
mysterium, quod utriusque populi uocatio deberetur, sed for-
tasse adhuc ordinem nesciebant.

1 Matth. 21, 7—9 et 16 4 Cant. 7, 12 5 Matth. 21, 16 Ps. 8, 3 11 Luc. 8, 45 16 Hier. 17, 12 18 Gen. 4, 8 22 Matth. 15, 23

1 qui dm̄ *s. u. m3 P, om. L* 4 hausto *L* 5 enim *om. CX, s. u. m2 E* lactentium (e *ex* a *m2*) *V* 7 dm̄ *X* prohibebant (b *alt. s. u.*) *P* prohibeant *C* 8 *post* enim *add.* id *ed. Rom.* inuidiae *P* (i *tert. eras.*) *αBFO* inuidaę *V* 10 dno (in *ras.*) *P* non *L* a *om. PL* 15 humilitate (ta *s. u. m3*) *P* 16 profetae** (st *ut uidetur eras.*) *P* thron** (o *s. ras. m2*) *P* thronum *L* 19 frater *om. X* 20 in affectu* *P* affectum *X* (m *eras. V*) in *ante* mysterio *om. X* 21 gestiebunt (a *s.* u *m3*) *P* 22 supplicauerunt *X* 23 ut*riusque *P* ut prius quae *L*

61 Nunc distantiam intende uerborum. ubi ad se infantes acce-
dere iubet, ut eos uel precatione uel manuum inpositione B
benediceret, pueros adpellat, ubi praecipit non scandalizandos.
pusillos appellat; non enim scandalizantur qui tanguntur a
Christo, non labuntur qui Christo propinquant, sed labuntur
illi quos pusillos non aetatis exiguitas, sed uirtutis pusillitas
fecit. simul etiam docet infirmos non esse temtandos, ne in
nos eorum delicta uertantur quorum preces ad dominum, etsi
ipsi uirtutum meritis infirmi sint, angelorum tamen patrociniis C
euehuntur. nemo ergo inrideat pauperem, quia *exacerbat*
*illum qui fecit eum*; nemo temtet inualidum, ne angelos
laedat; nemo praecipitet infirmum, ne soluat beneficium redem-
62 toris. et ideo dixit: *uae huic mundo ab scandalis*, quia
crucem domini plerique scandalum iudicarunt, cum dominicae
humilitas passionis nostrae sit sacramentum salutis, ut ado-
riamur uirtutis officium, sumamus humilitatis exemplum. uae D
igitur ei qui in crucem domini non crediderit, qua scandali-
zantur infirmi; *expedit ei ut suspendatur mola asina-*
*ria in collo eius et demergatur in profundum*
63 *maris*. in diuinis quidem scripturis non uerborum seriem, sed
rerum pondus examinare debemus; plus enim proficit ad repri-
menda peccata inauditi generis atque deformis beluina quaedam
pompa supplicii. tamen ne cui hinc quoque scandalum gene-
retur infirmo, non otiose simul positam putamus molam E
asinariam, collum hominis, profundum maris. etenim cum asini

3 Matth. 18, 6 10 Prouerb. 17, 5 13 Matth. 18, 7 14 Galat. 5, 11 18 Matth. 18, 6 25 cf. Exod. 13, 13; 34, 20

1 intende *ante* distantiam *transp. ET, om. G* ubi] iubet (*s. u. m2* ubi) *P* 2 iubet *om. PL* precatione *ed. Rom.* praedicatione *libri* 3 adpellat] nominat *α* praecepit *P* (-ipit *m3*) *αLπ* 4 pusillus (o *s.* u *alt. m2*) *P* uocat *ed. Rom.* scandalizantur (n *alt. s. u.*) *P* 6 posillos (v *s.* o *pr.*) *P* 8 nos] nobis *X* 9 sunt *C* 11 temptat *FO et* (*corr. m2*) *V* 14 praedicarunt *PBL* 15 humilitatis *γ* (passio *pro* passionis *γ*) 16 uirtutis *s. u. m3 P, om. L* exemplum humilitatis *γ* 17 qua] quia *X* 18 inprimis *FOV* 23 poma *P* (*m2* pompa) *L* 24 positum *X* 25 hominis et (et *s. u. m3*) *P*

typum populus gentilis acceperit, nonne tibi uidetur tamquam molam asinariam uoluere, quamdiu in inperitiae suae errore uersatur, naturae quidem uinculis adligatus, ut uerbum emolat, deum quaerat, sed opertae mentis caecitate suffusus, ut uultum animi erigere ad deum, oculos cordis aperire non nouerit? et ideo sine ulla cursus alacritate uestigiis in se saepe redeuntibus
inuitus usui laborat alieno. tamen qui molam uoluit consum- F
mandi aliquando finem operis habet et exuendae spem gerit caecitatis; cui uero mola ad collum suspenditur? portat lapidem, qui portare iugum domini recusauit. asinus ergo ad molam, caecus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adoret eum, quem non uidet nec agnoscit; deus enim non in manufactis
64 habitat nec in saxo agnoscitur, sed in spiritu. uterque igitur populus et gentilis et Iudaeus pompa quadam sermonis huius exponitur, sed uehementior in Iudaeos poena decernitur. genti-
lium enim memoria saeculi istius fluctibus obruetur et caeno 1487 A
mundi huius abolebitur, qui inter ea quae non sunt esse uoluerunt et alienati a scientia dei tamquam in profundum maris mersi sunt; at uero Iudaei per patriarchas adsumti, circumcisione signati, per legem eruditi non tamquam ignoti peribunt, sed tamquam sacrilegi punientur. etenim Atheniensibus ignotus deus in Iudaea notus, sed non receptus. et ideo qui ignorat ignorabitur, qui praeuaricatur damnabitur nec ille
exutus a culpa qui suum nesciuit auctorem et ille exutus a B

10 Matth. 11, 29 12 Act. 7, 48; cf. 17, 24. Ioh. 1, 10 13 Ioh. 4, 24 17 I Cor. 1, 28 21 Act. 17, 23 22 Ps. 75, 2

2 quamdiu in] quam diuini *X* (quam diu in π *e corr.*, quam diu *O e corr.*) quam diuinis χ 4 apertae *X* ut] *om. PL*, est ut *G*γ 5 et oculos γ 6 nulla *FOV* 7 usui] sui *X* 9 a collum *T et* (ad *m2*) *E* de collum *G* de collo γ 10 refutauit *X* asinus *in ras. P* 11 adorat *C et* (at *ex* et) *m3 P*, *m2 E*π*V* 13 in *pr. exp. P m2* in spu (in *eras.*) *L* spu *PB* 14 et *post* populus *om.* χ 15 iudeos (iu *in ras.*, e *s. u. m3*) *P* iudos *L* poena* *P* poene *L* 16 obruitur α*CX* scli huius *C* 18 alienat**| (*fortasse* as *eras.*) *P* alienata *B* alienatur *L* a *in uersus initio m2 P*, *om. BL*, ab *CGX* dni *PBCGL* 21 adheniensibus *P* (t *s.* d) *L* 22 in *om. FOV* 24 auctorem nesciuit χ

uenia qui dominum non recepit. tolerabilius tamen est fidem
non detulisse Christo quam manus intulisse.
18, 18 sq. Interrogauit autem eum quidam princeps dicens:
magister bone, quid faciendo uitam aeternam possi-
debo? dicit autem ei Iesus: quid me dicis bonum?
65 nemo bonus nisi solus deus. uersuta interrogatio et ideo
arguta responsio. temtator enim princeps iste magistrum bonum C
dixit, qui deum bonum dicere debuisset. nam licet et in diui-
nitate bonitas sit et in bonitate diuinitas — nemo enim bonus
nisi solus deus, omnis autem homo mendax, quidquid autem
mendax, utique non bonum — tamen addendo magister
bone in portione bonum dixit, non in uniuersitate; nam deus
uniuersitate bonus, homo ex parte. propterea dominus: quid
me dicis bonum, quem negas deum? quid bonum dicis, cum
bonus nemo nisi unus deus? non ergo bonum se negat, sed D
deum signat; bonus enim quid est nisi plenus bonitatis? at
uero cum scriptum sit: non est qui faciat bonitatem,
non est usque ad unum, utique de hominibus, non de deo
dixit; deus enim unus est, non unus e numero. ita et dei filius
quasi unicus exceptus est, non quasi unus ex multis et unige-
nitus est, non unus ex genitis. et ideo nemo bonus non
praeiudicat Christo, quia nemo iudicat Christum. nemo enim
tamquam conmuniter de nobis dicitur, sed nihil Christo con- E
66 mune nobiscum. quodsi quem mouet quia nemo bonus nisi

10 Ps. 115, 2 (11) Rom. 3, 4 17 Ps. 13, 3 19 Ioh. 1, 14

1 tollerabilius *P* (l *pr. exp.*) *L* 2 *post* intulisse *add.* EXPLICIT LIB̄ VII. INCIPIT LIB̄ VIII. *α et m. al.* FINIT LIBER SEPTIMVS INCIPIT LIBER OCTAVVS *C* 3 dicens *om. EγT* 5 autem *om. C*, ei *om. α* 7 temtatur (o *s.* ụ *m2*) *P* temptatur *L* magistrum (t *in ras.*) *P* 11 utique *om. X* 12 bonae (a *eras.*) *P* bonũș (*corr. m3*) *P* nam deus uniuersitate *om. X* 13 *post* dn̄s *add.* ait *PL* 14 dn̄m *X* bonum dicis *in ras. m2 B*, dicis bonum *X* 15 nemo] n̄ sit *s. u. C* 16 designat *PL* est *om. L*, ē**** (ē *ex* e *m2*) *P* 20 est *om. X* ex *αCχ*, e *cet.* et unigenitus *αCχ* unigenitus *cet.* 21 est non] est non quasi *C* est sed *L* ex] e *χ* genitus· *L et* (-is *corr.*) *PV* bonus nemo (*om.* non) *X* 22 Christo] xp̄m *X*

unus deus, moueat et illud, quia nemo bonus nisi deus. quodsi a deo filius non excipitur, utique nec a bono Christus excipitur. sed cum in deo filius persona alter, potestate unus sit — unus enim deus, ex quo omnia, et unus dominus, per quem omnia — deus autem et dominus non duo dii, sed unus deus sit, quia dominus deus tuus dominus unus est, utique cum secundum maiestatem deus unus in F utraque persona sit, et bonus unus in utroque est. nam quomodo non bonus ex bono natus? arbor enim bona bonos fructus facit. quomodo non bonus, cum bonitatis substantia adsumta ex patre non degenerarit in filio, quae non degenerauit in spiritu? et ideo spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. quodsi bonus spiritus, qui accepit ex filio, bonus utique et ille qui tradidit. et cum bonus pater, utique et ille bonus qui omnia habet quae pater habet, aut si negatis filium habere bonitatem, negatis et patrem.

67 Ratio euidens exemplis non eget, tamen uel auctoritatem 1488 A sequimini scripturarum; scriptum est enim: dominus iudex bonus domui Israhel. de filio an de patre dicit? sed pater non iudicat quemquam, quia omne iudicium dedit filio. ergo dominus bonus filius. accipe aliud. trinitatem utique confitentur qui ad baptismum ueniunt, quia baptizantur in nomine patris et fili et spiritus sancti: ergo et patri et filio et sancto spiritui confitentur. cum ergo dicitur: confitemini domino quoniam bonus, bonus utique

4 I Cor. 8, 6  6 Deut. 6, 4  9 Matth. 7, 17  12 Ps. 142, 10  15 Ioh. 17, 10  18 Esai. 33, 22  20 Ioh. 5, 22  25 Ps. 135, 1

1 deus *pr. exp. m2 E, om. PBLX*  mouet *P* (-eat *m2*) *L*  et *s. u. P, om. X*  4 sit et (et *s. u., eras.*) *P*  6 dij *m3 ex* dī *P* dn̄i *C*  dominus *alt.*] dš *αEγT*  7 in *αCγ om. cet.*  8 persona *it (s *m2 s. ras.*) *P* personabit *L*  et *om. α*  est *om. C*  9 bonos (o *alt. ex* u *m2*) *P*  13 uiam] terram *C*  15 negastis *ET et* (negatis *corr.*) *G*  16 negatis et . . . euidens *in ras. P*  19 filio *s. u. P*  21 trinitatem] trinitati *αX*  22 baptisma *PBL*  qui *PBL*  23 filii *P* (i *tert. m3*) *cet.*  24 sc̄o sp̄ui *αCEγT* sp̄ui sc̄o *cet.*

pater, bonus filius, bonus et spiritus sanctus, sed deus unus; B et, quia bonus dominus exspectantibus eum. an non bonus, qui bona tribuit animae quaerenti eum? an non bonus, qui satiat in bonis animam tuam? an non bonus,
68 qui ait: ego sum pastor bonus? sed putatis ideo deum bonum, quia iudicium non habet, in quo necessitas uindicandi. quamquam iam praemissum sit iudicem bonum esse domui Israhel, tamen alibi habes: quam bonus deus Israhel C rectis corde! de quo igitur putatis dictum, de patre an de filio? si de patre, ergo non omnibus bonus. cur igitur filio derogatis? si de filio, ergo bonum deum et filium confitemini: ipse est enim benedictus deus Israhel, quia uisitauit et fecit redemtionem plebis suae. ipse est rex et deus Israhel, cui dicitur: rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israhel. sic igitur hic dicit: quoniam tu bonum me non potes sentire qui temtas, quid me dicis bonum? bonus quidem ego, sed rectis corde, cui bonum esse ex natura suppetat, non D ex uersutia. bonus ergo filius; candor est enim lucis aeternae et speculum sine macula dei maiestatis et imago bonitatis illius. quomodo ergo non bonus, qui est imago bonitatis? sicut enim imago dei deus, sed unus deus, ita et diuinae imago bonitatis bona, sed una bonitas. mihi certe utile est bonum deum credere, quem meorum habiturus sum iudicem delictorum. illi uiderint qui credere bonum

2 sq. Thren. 3, 25 4 Ps. 102, 5 5 Ioh. 10, 11 8 Ps. 72, 1 12 Luc. 1, 68 14 Ioh. 1, 49 17 Ps. 72, 1 18 Sap. 7, 26

1 et filius *X* et *ante* spiritus *om.* χ 2 et] est et *EγT*, est *Maurini* dn̄s *in ras. E*, dš *PBL* 3 bonus dn̄s *ET* quia *X* quaerenti eum *αC*, *s. u. m3 P*, *om. BL*, quaerentium eum χ quaerenti eam *X* (ea π) 6 quo est χ (est *postea add. G*) necessitas (sitas *in ras. m2*) *P* necesse has *L* uindicandi (u *in uersus initio m2*) *P* 7 quanquam (quan *s. u. m3*) *P* quam *L* 8 isrł dš *CX* 10 de omnibus χ (de *eras. E*) bonus (s *in ras.*) *P* filio *om. αC* 12 deus *om. X* qui *PBL* 13 est *om. X* 14 filius *in mg. m3 P*, *om. L* deus *P* (*m3* dei) *L* 15 hic *s. u. V*, *om.* π, huic χ

nolunt. itaque quia legis peritus est iste qui temtat, sicut in E
libro alio demonstratur, bene dixit: nemo bonus nisi unus
deus, ut admoneret quia scriptum est: non temtabis dominum deum tuum, sed magis confiteretur domino quoniam
69 bonus. denique eum saepe perstringit; nam glorianti in lege
18, 21 quod a iuuentute sua omnia custodisset, ut inanem iactantiam
eius exponeret, ostendit ei adhuc deesse quod legis est. et
ideo ad misericordiae praeceptum tristis inducitur, et in eum F
naturalis quaedam datur forma sententiae.

70 Facilius camellum per foramen acus transire quam
18, 25 diuitem intrare in regnum dei. magna uis, magnum pondus
in uerbis. quibus enim uerbis aliis uehementius exprimeret
non debere iactare se diuitem in diuitiis suis quam talibus,
quibus definitur contra naturam esse diues misericors? aufer
mihi lenocinia fucumque uerborum, quae solent eneruare sententias. lactari non debuit iste, sed frangi qui misericordiam
respuebat. tamen si quos uerborum magis ornamenta quam 1489 A
sensus uirilis naturalis quidam habitus et forma delectant,
quod boni faciunt petitores in uxore ducenda, ut mores discutiant, non decorem nec aspectus offensione reuocentur, cum
uirtute animi prouocantur, hi quoque in uerbis mysterium
quaerant quod est mens quaedam et anima uerborum nec in
71 mysterio uerba discutiant. camellus ergo in typo populus gen- B
tilis accipitur, quem leo ille quaerens quem deuoret

1 de fide II 1, 17 2 Marc. 10, 18 3 Luc. 4, 12. Matth. 4, 7. Deut. 6, 16 4 Ps. 135, 1 24 I Petr. 5, 8

1 est] $\overline{\text{sps}}$ est *X* quia *X* 2 unus] solus *ET* 4 confitetur *X* 5 praestringit *PBL* 6 iactationem *X* 8 misericordiam *P* (-iae *m2*) *L* et] ut *EγTX* 9 detur *C*, daetur (a *exp.*) π sententiae (ten *add. m2*) *P* 10 facilius est γ 10 *sqq.* camellum (l *pr. exp.*) *P* camelum *cet.* 11 in regnum intrare *X* dei] caelorum *C* 13 nec *X* 14 aufers *X* 15 qua *P* (o *s.* a) *L* enercari (i *ex* e *m3*) *P* sententiae (ae *ex* as *m3*) *P* 16 laetari *X* iactari γ iste non debuit *G* (*corr.* non debuit iste) γ 18 *ante* naturalis *add.* et *P m3 L* 21 hii *P* uerbo *L*, uerbi *B* mysteriū | a (ū *extra u. add. m3*, a *ex* o *factum exp. m3*) *P* mysterio *BL* mysterium in uerbis *X* 22 quaedat (-dam *m2*) *P*

onustum thesauro propheticis agit aspectibus in desertum:
in tribulatione enim et angustia leo et catulus leonis;
ad aspides et progenies aspidum uolantium ferebant
in asinis et camellis diuitias suas. et bene camellus pro
gentili figuratus est populo, quia superstitionis deformitate
degenerans, priusquam crederet populus nationum; beluinae
speciem foeditatis, absurda uestigia, ora turpia praeferebat.
facilius igitur iste peccator per uiam intrauit angustam, quae
est uia Christi, qui proprii corporis passione mortis pene- C
trans uiam uelut acus redintegrauit scissa quaedam nostrae
uestimenta naturae, quam populus Iudaeorum diues in lege,
egenus in fide, praeruptus in furore, probrosus in crimine.
72 potes etiam moraliter de omni intellegere peccatore et de
18, 10–14 arrogante diuite. nonne tibi uidetur publicanus ille oneratus
suorum conscientia delictorum, cum oculos ad deum non auderet
adtollere, uelut quidam camellus in foramen acus confessionis D
suae remediis facilius introire quam Pharisaeus ille in regnum
dei, adrogans in prece, iactans innocentiae, praesumtor gloriae,
exprobrator misericordiae, praedicator sui, criminator alieni,
qui magis conueniret dominum quam rogaret? si quis igitur
horret camellum, horrescat eum qui factis foedior sit camello.
73 Honora patrem et matrem. pulchre mihi hodie legitur E
18, 20 legis exordium, quando mei natalis est sacerdotii; quotannis
enim quasi de integro uidetur incipere sacerdotium, quando
temporum renouatur aetate. bonum etiam quod legitur: honora

2 Esai. 30, 6    9 Matth. 7, 13 sq.    23 Exod. 20, 12

1 honustum *PBL* bonum *X* (*s. m2* honustum *V*) onestum *α m1 C* agitat specibus *P* (-iebus *m3*) *L*    3 ad *om.* *χ* (*s. u. m2 E*), *exp. V*    ferebant] sedebant *X*    7 speciem deformitatis *X*    9 qui per *PL et* (er *in ras. m2*) *B*    proprii *om. PL*    passionem *PαBFLOπ*    10 acus *αBX* acum *P* (s *s.* m *m2*) *L* acu *Cχ*    12 furorem *P*    13 potes *B* potest *P* (t *alt. eras.*) *V* (t *alt. exp.*) *cet.*    intellegi *Cγ*    19 exprobator *P* (-rator *m2*) *Lπ*    20 se inueniret *P* (con *s.* se in *m2*) *L*    22 patrem tuum *χ*    pulchre (h *s. u. m3*) *P*    23 quo annis (o *ex* i *m2;* quot *s.* quo *m3*) *P* quiannis *L* quoquotannis *α* quotquotannis *EγT*

patrem et matrem; uos enim mihi estis parentes, qui sacer-
dotium detulistis, uos inquam filii uel parentes, filii singuli,
uniuersi parentes. libenter enim meos dixerim uos uel liberos
uel parentes, qui uerbum dei auditis et facitis, filios, quia
scriptum est: uenite, filii, audite me, parentes, quia ipse F
dominus dixit: quae mihi mater aut fratres? mater et
fratres mei sunt qui audiunt uerbum dei et faciunt.
74 bene ergo lex, quae praemiserat: diliges dominum deum
tuum et diliges proximum tuum, subiecit: honora
patrem tuum et matrem. primus enim gradus iste pie-
tatis; namque hos auctores tibi esse uoluit deus. honora obse- 1490 A
quiis, ut abstineas a contumeliis, quia ne uultu quidem laedenda
pietas est parentum. sed parum est non laedere, quia lex pro-
spexit ne patiantur iniuriam — qui enim maledixerit patri
uel matri morte morietur — tu honora, ut bonus sis.
aliud est legis beneficium, aliud pietatis officium. honora tuos,
quia suos dei filius honorauit; legisti enim: et erat subditus
illis. si deus seruulis, quemadmodum tu parentibus? hono-
rabat igitur Ioseph et Mariam Christus non naturae debito, B.
sed pietatis officio, honorabat et patrem deum, quemadmodum
nemo potuit honorare, ut esset oboediens usque ad mor-
tem: honora ergo et tu parentes.

75 Est autem honor non solum honorificentiae, sed etiam largi-
tatis. uiduas honora, quae uere uiduae sunt; honor est.

5 Ps. 33, 12 6 Matth. 12, 46; Marc. 3, 31; Luc. 8, 21 8 Deut. 6, 5; cf. Marc. 12, 30 9 Leu. 19, 18; Deut. 5, 16 12 Cic. pro S. Rosc. Am. 37 14 Exod. 21, 17. Matth. 15, 4 17 Luc. 2, 51 21 Philipp. 2, 8 24 I Tim. 5, 3

1 *in mg. post* parentes *add.* filii singuli uniuersi parentes *P* (*in quo ante* filii *in marg.* et filii *add. m3*) *BL* 2 inquam] tamquam *PBL* 3 enim eos *P* (*m2* enī meos) *ELT et* (*m1*) *O* 4 audistis *X* 7 mei hi sunt χ dn̄i *PBCL* 8 *et* 9 diligis *LX et* (-es *m3*) *P*, (*m2*) *BG* 10 matrem tuam χ *post* gradus *add.* est *ET*, *post* pietatis *G*γ 11 namqui *X* autores *P* 12 *uerba* quia ne uultu *usque ad* dicit (*p. 431 u. 4*) *om.* α (*in cuius locum substituitur* α¹; *cf. praef.*) nec *PG et* (c *s. u. m3*) γ 13 prospexit (s *s. u. m2*) *P*π 15 uel] aut *X* moriatur *FOV* 16 est] enim *X* aliud est pietatis α¹*C* 18 et honorabat *X* 24 honor enim est *O m1* (*corr. m2*).

enim deferre pro meritis. pasce patrem tuum, pasce matrem. et si paueris matrem, adhuc non reddidisti dolores, non reddidisti C cruciatus, quos pro te passa est, non reddidisti obsequia, quibus te illa gestauit, non reddidisti alimenta, quae tribuit tenero pietatis adfectu inmulgens labris tuis ubera, non reddidisti famem, quam pro te illa tolerauit, ne quid quod tibi noxium esset ederet, ne quid quod lacti noceret hauriret. tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa quem uoluit cibum non accepit, tibi quem noluit cibum sumsit, tibi uigilauit, tibi fleuit: et tu illam egere patieris? o fili, quantum tibi sumis iudicium, si non pascas D parentem! illi debes quod habes, cui debes quod es. quantum iudicium, si pascat ecclesia quos tu nolis pascere! si quis fidelis inquit aut si qua fidelis habet uiduas, subministret illis, ut non grauetur ecclesia, ut his quae uere uiduae sunt sufficiat. hoc de extraneis: quid de parentibus?

76 Non otiose diximus proxime quia nos matris querella praestrinxit, sed maluimus eum qui talis est publice monere quam domestice coercere. et si nostra uoce non proditur, uel suo E tamen erubescat adfectu. ne conmiseris, fili, ut parentes tuos aliorum fames pascat, ne conmiseris, fili, ut ieiunia pauperum parentibus tuis cibum quaerant. si non propter gratiam et salutem, propter uerecundiam pasce uel tu, fili. an non pudet si te ingrediente in ecclesiam alienis manus suas anus mater

2 Tob. 4, 4. Eccli. 7, 27 sq. 5 Uerg. Aen. XI 572 12 I Tim. 5, 16

1 matrem tuam χ 2 non reddidisti *om.* *X* 5 adfectum *P* 6 nexium (o *s.* e) *P* 7 noceret (re *s. u.*) hauriret (h *s. u. m3*) *P* haurire *X* 8 quem uoluit tibi *om.* χ 9 fleuit et tu illam] quem noluit cibum *P m1* (*corr. m2*) *L* 10 pateris *CX* 13 fideles (-is *m2*) *P* infidelis α¹*C* 13 aut] ut *X* qua *PL* quis α¹*C*, quasi *cet.* (si *del. m2 V*) fideles *PL* 14 qui *X* uerae *PO*π 15 qui *X* 17 matris α¹*BC*χ maternis *P* (a *s.* is *m2*) *L* magis *X* 20 erubescat α¹*C*χ erubescit *P* (cit *s. u.*) *BL* erubescet *X* ut *in ras. P*, *om. L* 21 aliena famis *X* 23 uel tu fili] uelut filius α¹*C*, uel tu filia *X*χ *et m3 in mg. P* an non α¹*C* non *cet.* 24 ingredientē *PL* anus *om. P;* mater anus *X*

extendat et praetermissa filia de extraneis stipem poscat, cum tu transeas sublimi collo et nutibus oculorum trahens uestem, F habens inaures et dextralia et anulos et reliqua, quae Esaias dicit? quid si in te sermonem suum uertat reposcens naturae debitum, nutrimentorum pretium, manus tuae quod genetrici 77 debetur officium? quid respondebis? dabisne aliis? quid si tibi obiciant: uade, prius matrem tuam pasce? nam, etsi pauperes sunt, inpiam tamen non quaerunt conlationem. nonne 1491 A audisti supra quia diues ille in bysso et purpura recubans, cuius de mensa micas Lazarus colligebat, poenis cruciatur aeternis, quia pauperi non inpertiuit alimenta? si non donare extraneis graue est, quanto grauius excludere parentes! sed dicis te quod eras parentibus conlaturus ecclesiae malle conferre. non quaerit deus donum de fame parentum. unde reprehendentibus Iudaeis quia discipuli domini manus non lauarent respondit dominus: quicumque dixerit: ‘munus quodcum- B que est ex me tibi proderit’ non honorificauit patrem aut matrem.

78 Quapropter obscuritatem sensus non inprudenter deflexImus. nam Iudaei, dum hominum traditionem sequuntur, dei neglegunt. disciputi traditionem dei praeferentes hominum neglegebant, ut manus non lauarent, cum panem manducarent, quoniam qui lotus est totus non habet necesse ut manus lauet. lauerat eos Iesus, lauacrum aliud non quaerebant; uno enim Christus baptismate omnia soluit baptismata. itaque quem C

2 Esai. 3, 16 et 20 8 Luc. 16, 19 sqq. 16 Matth. 15, 5 20 Matth. 15, 1 sq. 23 Ioh. 13, 10 24 Eph. 4, 5

3 destralia *P* (x *s.* ș *m3*) *L* 4 quod si *Gγ* in sermone suo (*om.* te) *X* 5 de (*eras.*) genetrici *P* 6 debeat χ (-ant γ) si** (bi *eras.*) *P* 9 recumbens *PX et* (m *eras.*) *L* recumbans (s *ex* t) *G* 11 *post* inpertiuit *add.* si non inpertiuit *P* (*exp. haec m2*) *L* donasse *EγT* 12 grauius est *PL*, magis grauius est *X* 14 quaeret *X* donum dš χ 16 dominus] ihs χ 17 honorificabit χ (honorificauerit *G m1*) aut] et *C* 19 quapropter *P* (ł quo *m2 s.* qua) *αB* quopropter *Cχ* (*s.* o *pr. est ras. E*) quod propter *X* 20 secuntur *BEGπT* 21 dni χ 24 alium *X* 25 xpc *s. u. P*

lauerit ecclesia, non habet necesse iterum lauare. ergo mysterio
intendebant discipuli non sui munditiam corporis sed animae
requirentes. hoc reprehendebant Iudaei, sed argute redarguuntur
a domino, quod inania obseruent, profutura despiciant. et ideo
illis dicit: uos quare dicitis patri aut matri, quos lex prae-
cipit honorari: munus quodcumque est ex me tibi pro-
derit? id est: cum petit aliquid ad sumptum egens pater
aut mater a filio, quia legem timens Iudaeus excusationem D
non dandi requirit, dicere solet: munus [est] quod ex me tibi
proderit, ut dicatam deo pecuniam pater religiosus acci-
pere reformidet. sed haec traditio hominum excusationes ob-
texentium auaritiae suae, ceterum dei traditio est, ut prius
pascas parentes. nam si iuxta diuinum oraculum contumelia
parentis morte luitur, quanto magis fames, quae morte grauior
79 est! quo loco insolentem dominus infrenat iactantiam. multi E
enim, ut praedicentur ab hominibus, ecclesiae conferunt quae
suis auferunt, cum misericordia a domestico progredi debeat
pietatis officio. da ergo prius parenti, da etiam pauperi, da
illi presbytero quod tibi abundat terrenum, ut ab illo accipias
spiritale quod tibi deest; etenim qui honorat honorabitur. uide
ergo quia ille cum accipit tradit et accipit non quasi inops,
sed quasi remuneraturus maiore mensura. da pauperi in requiem F
eius, ut et tu conmunicans de tuo inopi requiem consequaris.
sed ut pascendos scriptura dicit parentes ita propter deum
relinquendos parentes, si inpediant deuotae mentis adfectum.

4 Matth. 15, 4 sq. Exod. 20, 12  9 cf. Marc. 7, 11  13 Exod. 21, 17  24 Luc. 14, 26; cf. Marc. 7, 11

1 lauari *P* (u *corr. e* b) *L*  2 non suae munditiam animae, non corporis *PBLX* (non *pr. exp.* π)  3 repraesentabant *X*  argu*te *P* arguite α*L* arguẹnte *G* astute *X*  5 quod *X* (*corr.* quos *OV*π) *L* praecepit *BL*χ  6 est *om. PBL*  7 petat χ  egens (n *s. u.*) *P* patrem pater *X*  8 a *om. X*  9 est quod ex me] est *deleui;* quod ex me est *X* quod est ex me *ed. Rom.*  10 deo] a filiis deo (a *extra u. m2*) *P* filiis deo *L*  11 formidet α (re *eras.*) *CX*  13 si *om. CL*, iuxta *om.* α  14 mortem *P* (m *exp. m2*) *L*  famis *C*χ  morte] multo *Gratianus*  15 frenat *ET*  16 hominum *P* (ibus *s.* ụm *m3*) *L* 17 a *om. X*χ  19 illi] illis (s *eras.*) *P*  25 adfectus *PL*

80 Factum est autem cum adpropinquasset Hiericho,
18, 35 quidam caecus sedebat secus uiam. in libro secundum
Matthaeum duo inducuntur, hic unus; ibi egredienti Hiericho, 1492 A
hic adpropinquanti. sed nulla distantia; nam cum in hoc uno
typus populi gentilis sit, qui sacramento dominico recepit
amissi luminis claritatem, nihil interest utrum in uno medi-
cinam an in duobus accipiat, quoniam ex Cham et Iaphet Noe
filiis originem ducens in duobus caecis duos generis sui
81 praetendebat auctores. quod uidetur etiam Lucas non omisisse,
19, 2 sq. cum Zacchaeum subicit, qui statura pusillus, hoc est nulla B
nobilitatis ingenitae dignitate sublimis, exiguus meritis, sicut
populus nationum audito domini salutaris aduentu quem sui
non receperant uidere cupiebat. sed nemo facile Iesum uidet,
nemo potest uidere Iesum constitutus in terra. et quia non
prophetas, non regnum habebat tamquam formae gratiam natu-
ralis, ascendit in sycomorum, uanitatem scilicet Iudaeorum
uestigio suo proterens, errata quoque corrigens superioris
aetatis, et ideo Iesum interioris domus recepit hospitio. et C
bene ascendit in arborem, ut arbor bona bonos fructus faceret
ac naturali excisus oleastro et contra naturam insertus in
bonam oliuam fructum posset legis adferre; radix enim sancta,
etsi rami inutiles, quorum infructuosam gloriam plebs gentium
fide resurrectionis quasi quadam corporis eleuatione tran-
scendit.

2 Matth. 20, 29 sq. 7 Gen. 10, 1 12 Ioh. 1, 11 14 Luc 10, 24; 16, 16 19 Matth. 7, 17

1 adpropiasset *PLχ* (*praeter γ*) 2 uias (*m2* -ā) *P* 3 duo ceci *EγT* introducuntur *C* egrediente *Bγ* in egrediente *L* 4 adpropinquantis *P* (s *eras.*) *L* adpropinquante γ 5 recipit *PB* 7 et *om. X* iafeth *PαXχ* 8 ducunt *PL* duo *BX* (-os *corr. m2 πV*) 9 omisisse *P* (s *pr. eras.*) *L* 10 pusillus erat χ 11 nobilitas *P* (-tatis *m2*) *L* 13 receperant (e *alt. ex* i *m2*) *P* 14 potest (s *s. u.*) *P* ihm uidere *αχ* 15 regnum] alibi regnum χ legem *ed. Rom.* gratia *B* gratię *α* natalis (a *alt. ex* u) *P* naturalis *in ras. L* 16 ascendet *P* (-it *m3*) *L* 17 prosternens *PL* properans *X* (*s. m2* superans *V*) errata (r *pr. s. u.*) *P* 19 in *om. PL* bonos (os *ex* us *m2*) *P* 20 ac] a *E* (c *s. u.*) *γT*

82 Et ecce uir nomine Zacchaeus. Zacchaeus in sycomoro. D
19, 2 caecus in uia. quorum alterum dominus miseraturus exspectat,
19, 4; 18, 35 19, 5; 18, 40 alterum mansionis suae claritate nobilitat: alterum sanaturus
19, 5; 18, 40 sq. interrogat, aput alterum se non inuitatus inuitat; sciebat enim
uberem hospitis sui esse mercedem, sed tamen etsi nondum
83 uocem inuitantis audierat, audierat affectum. uerum ne caecum
illum tamquam fastidiosi pauperum cito reliquisse uideamur
et transisse ad diuitem, exspectemus eum, quia exspectauit et
dominus, interrogemus eum, quia interrogauit et Christus. E
nos interrogemus, quia nescimus, ille, quia nouerat; nos
interrogemus, ut sciamus unde iste curatus sit, ille interrogauit, ut in uno plures disceremus unde dominum uidere
mereamur; interrogauit enim, ut crederemus nisi confitentem
non posse sanari. et confestim inquit uidit et sequebatur
illum magnificans dominum. et perambulabat in Hie-
84 richo. aliter enim non uideret, nisi sequeretur Christum, nisi F
18, 43; 19, 1 dominum praedicaret, nisi saeculum praeteriret. cum diuitibus
quoque in gratiam reuertamur; nolumus enim offendere diuites,
18, 25 qui uolumus, si fieri potest, sanare omnes, ne in camelli
comparatione praestricti, in Zacchaeo citius quam oportuit
85 derelicti iustae habeant commotionis offensam. discant non in
facultatibus crimen haerere, sed in his qui uti nesciant facul- 1493 A
tatibus; nam diuitiae ut inpedimenta in inprobis ita in bonis
sunt adiumenta uirtutis. diues certe Zacchaeus electus a
19, 8 Christo, sed dimidium bonorum suorum pauperibus largiendo,
reddendo etiam in quadruplum quae fraude sustulerat —
alterum enim non sat est, nec habet gratiam liberalitas, si
iniuria perseuerat, quia non spolia, sed dona quaeruntur —
uberiorem mercedem quam conferebat accepit.

4 inuitaturus *P* (-ū *m2*) *L* 5 hospitii *αχ* hospiti *F* 6 audierat *alt.*] iam uiderat χ 8 eum *s. u. P* 13 mereremur *PL* 15 illum (*ex* eum) *P* eum χ dm̄ *CET* in *om. FOχ* hierico *P* 16 et nisi χ 19 qui *Xχ* quia *cet.* posset *PL* in] et in *L* 23 in *pr. om. Lχ* in *alt. om.* χ 25 demedium (*m2* dimidium) *P* dimedium *L* 27 satis *CO* 28 quaerantur *PL* 29 accepit (e *ex* i *m2*) *P*

86 Et bene princeps inducitur publicanorum. quis enim de se B
19, 2 desperet, quando et iste peruenit, cui census ex fraude? et
87 ipse inquit diues, ut scias non omnes diuites auaros. quid
19, 3 sibi uult quod nullius alterius staturam scriptura nisi huius
expressit: quia statura pusillus erat? uide ne forte malitia
pusillus aut adhuc pusillus fide; nondum enim promiserat,
cum ascenderet, nondum uiderat Christum, merito adhuc
pusillus. denique Iohannes magnus, quia et Christum uidit et C
spiritum sicut columbam super Christum manentem, sicut
ipse ait: uidi spiritum descendentem sicut colum-
88 bam et manentem super eum. quae autem turba nisi inpe-
19, 3 ritae confusio multitudinis, quae uerticem nequiuit uidere
sapientiae? ergo Zacchaeus, quamdiu in turba est, non uidet
Christum; supra turbam ascendit et uidit, hoc est: plebeiam
transgressus inscientiam meruit quem desiderabat aspicere.
89 pulchre autem addidit: quia illa parte erat transiturus D
19, 4 dominus, uel ubi sycomorus uel ubi crediturus, ut et myste-
rium seruaret et gratiam seminaret; sic enim uenerat, ut per
90 Iudaeos transiret ad gentes. uidit itaque Zacchaeum sursum;
19, 5 iam enim sublimitate fidei inter fructus nouorum operum uelut
fecundae altitudine arboris eminebat. et quoniam de typo ad
moralia defleximus, inter tot credentium uoluntates dominica E
die relaxare animum, festiuitatem admiscere delectat. Zacchaeus
in sycomoro, nouum uidelicet noui temporis pomum, ut in
hoc quoque conpleretur illud: arbor fici produxit grossos
suos; ad hoc enim Christus aduenit, ut ex lignis non poma,

10 Ioh. 1, 32 25 Cant. 2, 13

3 omnis *P m1* (*corr. m3*) 4 huius] unius *X* 5 uide ne (ne *in u. extr. m2*) *P* uidere *L* malia *P* (malicia *m3*) *L* 6 aut (au *in ras. m2*) *P* 9 spm scm *X* sicut (t *in ras.*) *P* 12 multitudinis confusio *PBL* nequit *BGγX* 13 sapientis *FO* uidet] uidit *CL* 14 plebem iam *αEγTX* 15 transgressus (s *pr. s. u.*) *P* inscitiam *B*, in scientia *X* quam *EγTπ* aspicere] accepit *X* 20 uel *X* ut *C* 21 fecunda *PBL* 22 fleximus *B* refleximus *X* 23 zaccheus (s *in ras.*) *P* zaccheum *L* 24 noui *X* 25 illud *om. X* producit *X* 26 ad hoc (o *ex* u *m2*) *Pγ* enim *om. P* aduenit (e *s. u. m2*) *P* adnuit *L*

sed homines nascerentur. legimus alibi: cum esses sub
arbore fici, uidi te. ergo Nathanahel sub arbore, hoc
est supra radicem, quia iustus — radix enim sancta — sub F
arbore tamen Nathanahel, quia sub lege, Zacchaeus supra
arborem, quia supra legem; ille domini occultus defensor, hic
publicus praedicator; ille adhuc Christum ex lege quaerebat,
iste iam supra legem relinquebat sua et dominum sequebatur.
91 Ecce mna tua decem mnas adquisiuit. bonus ordo, ut 1494 A
19, 16 uocaturus gentes et Iudaeos iussurus interfici, qui noluerunt
19, 12 regnare supra se Christum, hanc praemitteret comparationem,
ne diceretur: 'nihil dederat populo Iudaeorum, unde potuit
melior fieri' aut: 'quid ab eo qui nihil recepit exigitur?' non
mediocris ista est mna, quam supra mulier euangelica, quia
non inuenit, lucernam accendit, lumine quaerit admoto, gratu- B
92 latur inuentam. denique ex una decem mnas alius fecit, alius
19, 18 quinque. fortasse istae moralia habent, quia quinque sunt
corporis sensus, illae decem duplicia, id est mystica legis et
moralia probitatis. unde et Matthaeus quinque talenta et duo
talenta posuit, in quinque talentis ut sint moralia, in duobus
utrumque, mysticum atque morale. ita quod numero inferius re
uberius. et hic possumus decem mnas decem uerba intellegere,
id est legis doctrinam, quinque mnas magisteria disciplinae. C
sed legis peritum in omnibus uolo esse perfectum: non enim
93 in sermone, sed in uirtute est regnum dei. bene autem,
quia de Iudaeis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam defe-

1 Ioh. 1, 48 3 Rom. 11, 16 sq. 7 Matth. 19, 27 13 Luc. 15, 8 sq. 18 Matth. 25, 15 23 I Cor. 4, 20

2 ergo *αCχ* ergo non *cet.* 8 m*na *P* mina *αX* (i *eras. O*) mnas (m *s. u.*) *P* minas *X* (i *eras. O*) odor *P* (*s.* /// Ordo *m2*) *χ* (ordo *m2 E*) 13 iste *X* (ista *corr. Vπ*) mna *χ* mnas *BL et* (s *eras.*) *PC* mina *α* minas *X* 15 inuenta *L et* (ā *ex* a *m2*) *PV* denique fortasse *X* (fortasse *del. V*) minas *αX* fecit (e *ex* a) *G* 16 V *PFLπV* 16 *et* 18 V *PL* 19 V *L* in*duob*s *P* (*ante* s *eras.* i; u *s. ras.*) dō uobis *L* 20 in numero *χ* 21 X *bis PL* minas *αχ* 24 est regnum dī sed in uirtute *PBL* 25 de *om. αO* duo soli (*in ras. m2*) *P* duos illi *L*

runt, non utique aeris, sed disputationis usuris. alia est enim pecuniae faenebris, alia doctrinae caelestis usura.

94 Denique dominus cum dicit: quare non dedisti pecuniam
19, 23 meam ad mensam? non nostrae, sed suae pecuniae quaerit D
95 usuram. unus intra terram abscondisse se dicit, quod rationem, quae ad imaginem et similitudinem dei est data nobis, studio uoluptatis obruit et tamquam in foueam carnis abscondit. de aliis siletur, qui quasi prodigi debitores quae acceperant perdiderunt. in duobus illis pauci sunt qui per duas uices ad cultores uineae destinati sunt, in reliquis omnes Iudaei. quam conparationem Matthaeus etiam nobis uoluit aptare, quod
similiter ut diues qui pecuniam suam non inpertit pauperibus E
ita etiam qui doctrinae suae gratiam non diuidit inperitis, docere cum possit, haut mediocris est reus culpae. de quo quoniam in libris de fide scriptis diximus, transcurrere melius
96 fuit. ciuitates autem decem esse quae possunt nisi forte ani-
19, 17 mae, quibus iure praeponitur qui pecuniam domini et illa
eloquia casta probata sicut argentum mentibus hominum faene- F
rauerit? nam sicut Hierusalem dicitur aedificata sicut ciuitas, ita sunt animae pacificae. et sicut angeli praesunt, ita et hi qui uitam meruerint angelorum.

5 Matth. 25, 18 9 Luc. 20, 10 sq. Matth. 20, 1 sqq. 14 cf. de fide lib. V prol. 13 sq. 17 Ps. 11, 7 19 Ps. 121, 3 20 Apoc. 1, 20, Luc. 20, 36

1 enim in *F* (*in ras. ex* enim) *O et* (in *eras.*) *πV* 2 pecuniae *X* pecunie (a *s.* e *alt. m2*) *C* pecunia *cet.* fenebris *B* funebris *X* fęnoris *α* fenoris *χ* foenoris *PCL* 6 dī est data *αX* dī est data est *P* (*pr.* est *exp. m2*) *C* (*alt.* est *exp. m2*) *BL* dī data est *χ* 7 fouea *πχ* 8 prodige (-i *m3*) *P* 9 illi *PBLX* 10 uineae (e *pr. ex* i *m2*) *P* 11 conparatione *P* (nē *m2*) *L* nobis ... diues qui *in mg. inf. m3 P*, *om. L* 12 non pecuniam *P* (non *exp. m3*) *L* 14 haut (h *s. u. m3*) *P* de quo ... fuit *in mg. sup. m3 P*, *om. L*) 15 quoniam] cum *P* 16 fuerit *γC* X *PL* 20 *post* sicut *add.* illi *s. u. m2 P* 21 his (s *add. m3*) *P* meruerunt *LX* angelorum *in spatio uacuo m2 P*, *om. L* DE EUANGELIO LIB̄ VIII EXPŁ. INCIP̄ EIUSDEM LIB̄ VIIII *α* FINIT LIBER VIII. IN EVANGELIO SCDM LVCA. INCIPIT LIBER NONVS *C* EXPLICIT LIBER .VI. INCIPIT LIBER VII. *B* EXPLICIT LIBER VII: INCIPIT LIBER VIII *χ* *in PLX nec subscriptio est nec inscriptio*

# LIBER NONVS.

19, 29 sq. Et factum est, cum adpropinquasset Bethphage 1495 A
et Bethaniam, ad montem qui uocatur olivueti,
misit duos discipulos dicens: ite in castellum quod
contra est, in quo introeuntes inuenietis pullum
1 asinae adligatum, in quo nemo sedit. pulchre relictis
Iudaeis habitaturus in affectibus gentium templum dominus
ascendit; hoc enim templum est uerum, in quo non in littera,
sed in spiritu dominus adoratur, hoc dei templum est, quod B
fidei series, non lapidum structura fundauit. deseruntur ergo
2 qui oderant, eliguntur qui amaturi erant. et ideo ad montem
uenit olivueti, ut nouellas oleas in sublimi uirtute plantaret.
quorum mater est illa quae sursum est Hierusalem. in
hoc monte est ille caelestis agricola, ut plantati omnes in
domo dei possint uiritim dicere: ego autem sicut oliua
fructifera in domo domini. et fortasse ipse mons Christus est. quis enim alius tales fructus ferret olearum non C
curuescentium ubertate bacarum, sed spiritus plenitudine
gentium fecundarum? ipse est per quem ascendimus et ad
quem ascendimus. ipse est ianua, ipse est uia, qui aperitur
et qui aperit, qui pulsatur ab ingredientibus et ab emeritis
3 adoratur. ergo in castello erat et ligatus erat pullus cum asina.
non poterat solui nisi iussu domini. soluit eum manus apo-

8 II Cor. 3, 6 9 Ioh. 4, 24 12 Ps. 127, 3 13 Galat. 4, 26 14 Ps. 91, 14 15 Ps. 51, 10 19 Ioh. 3, 13 20 Matth. 7, 7 sq., Luc. 11, 9 sq. Ioh. 14, 6

2 adpropiasset *PCL* ad bethphage *PBχ* *post* bethphage *in P est ras. 8 litt., in L repetitur* bethage et 3 a bethania *X*, ad bethaniam *E m2* olivueti *PBL* 3 discipul*s (i *eras.*, o *s. ras. m2*) *P* discipulos suos *αC* 5 contra *PαGL* contra uos *cet.* quod *EγT* 7 affectu *X* 8 uerbum *PGL* 11 &liguntur *P* (e *s.* & *m2*) *L* ad *s. u. P* 15 uiritim (itim *in ras.*) *PF* uirtutum *G* uiridim *O* uideri π 17 alius *om. X* olearum *αBCχ* (*et V m2*) oliuarum *PL* olerum *ETX* 18 spiritu *X* 19 gentilium *BX* infecundarum *P* (in *exp.*) *L* 20 ipse est uia *om. PBL* 21 ab emeritis] *om. X*, a bene meritis χ 22 ligatur *P* (s *s.* r *m2*) *L*

stolica: talis actus, talis uita, talis gratia. esto talis, ut tu
possis ligatos soluere. D
4 Nunc consideremus qui fuerint illi qui errore detecto de
paradiso eiecti in castello sint religati. et uides quemadmodum
quos mors expulerat uita reuocauit. et ideo secundum Mat-
thaeum et asinam et pullum legimus, ut, quia in duobus
hominibus uterque fuerat sexus expulsus, in duobus animalibus
sexus uterque reuocetur. ergo illic in asina matre quasi Euam
figurauit erroris, hic autem in pullo generalitatem populi
5 gentilis expressit. et ideo pullus sedetur asinae. et bene: in E
19, 30 quo nemo sedit, quia nullus antequam Christus nationum
populos uocauit ad ecclesiam. denique secundum Marcum sic
habes: quem nemo adhuc sedit hominum. adligatus
autem perfidiae uinculis tenebatur, iniquo addictus domino
errore famulatus, sed dominatum sibi uindicare non poterat
quem dominum fecerat non natura, sed culpa. et ideo cum
dominus dicitur, unus agnoscitur — nam et multi dii et F
multi domini, sed generaliter — unus deus et unus dominus.
itaque si non exprimitur dominus, definitur non iam per 1496 A
6 adiunctionem personae, sed per uniuersitatem naturae. Marcus
autem induxit ligatum ante ianuam, quia extra Christum qui-
cumque est foris est in uia, qui autem in Christo est foris
non est. in transitu addidit, ubi nullius certa possessio, non
praesepe, non alimenta, non stabulum. misera seruitus, cui
uagum ius est; plures enim dominos habet qui unum non

1 Ps. 145, 7 4 Gen. 3, 23 5 Matth. 21, 2 12 Marc. 11, 2 17 I Cor. 8, 5 sq. 18 Ephes. 4, 5 sq. 20 et 22 Marc. 11, 4 24 Ephes. 6, 5

1 actus (s *s. u.*) *P* ut tu *PαBCL* et tu ut χ ut et tu *X* 4 castellum αχ (-o *m2 E*), *unde* relegati *Gelenius* 5 reuocauerit χ 7 expulsus . . . sexus *in mg. inf. P* 8 asina matrem *αCT*, asinam matrem *X* 9 erroribus *X* 10 pullus] *P m1* pullo *P m2* χ et *om. X* 13 habet *P* (s *s.* t *m2*) *L* 16 dominum (o *in ras. et* minū *s. u. m2*) *P* dm̄ *αBCL* reum χ, *om. X* cum *om. X* 20 adiunctionis *P* (ē *s.* is *m3*) *L* 22 est a uia χ 23 *post* transitu *add. m3 s. u.* ante ianuā *P* 25 enim| etiam *L* termines *P* (*m2* dominos) *L* qui *CX et m2 ET* quae *m1 ET cet.* unus *P* (*m2* -ū) *L*

habet. alieni adligant ut possideant, iste soluit ut teneat; B
uehementiora enim dona nouit esse quam uincula.
7 Nec illud otiosum quod duo discipuli diriguntur, Petrus ad
Cornelium, Paulus ad reliquos. et ideo non personas designauit,
sed numerum definiuit; tamen si quis est qui personas exigat,
potest aestimare de Philippo, quem spiritus misit in Gazam,
quando Candacis reginae baptizauit eunuchum et ab Azoto in
Caesaream per omnes ciuitates uerbum domini seminauit. nec C
illud praetereundum quod mox remittendos adserit, quia diri-
gendi erant qui dominum Iesum in finibus gentium praedi-
carent.
8 Illi ergo directi cum soluerent pullum, numquid suis uerbis
19, 34 usi sunt? minime, sed dixerunt, sicut dixerat illis Iesus, ut
agnoscas quod non suo sermone, sed dei uerbo nec proprio,
sed Christi nomine fidem populis infudere gentilibus atque
aduersariae potestates, quae sibi nationum obsequia uindica-
9 bant, mandato cessere diuino. unde et apostoli propria Christo D
19, 35 uestimenta substernunt siue quo facti gloriam euangelica
praedicatione praeferrent; in scripturis enim diuinis plerumque
uestimenta uirtutes sunt, quae gentium duritiam in aliquan-
tulum propria quoque uirtute mollirent, ut inoffensa uecturae
felicis obsequia sedulis adfectibus exhiberent. non enim mundi
dominum forensi specie gestari dorso asinae delectauit, sed ut
latente mysterio penetralia nostrae mentis insterneret et in E
secretis animorum interiore consessu mysticus uector insideret

3 Act. 10, 24 sq.; 13, 2 6 Act. 8, 26 sqq. 8 Marc. 11, 3

2 dona] iura χ (dona *s. u. m2 E*) 4 non personas] personam *X* 7 ab azoto *PBCLX et m2 ET* a baptizato χ baptizauit α 8 caesaream (a *alt. ex* e *m2*) *P* 9 quia] qui γ 12 uerbis suis *P* 13 usi sunt *in ras. m2 ex* ui *P*, ui *L* minime . . . Iesus *in mg. inf. m2 P*, *om. L* 14 uerbo dei *C* 15 populi *P* (-is *m3*) α*BL*, populus *X* gentilibus infudere (*ex* infundere, n *alt. eras. P*) *PL* 16 uindicabunt *P* (-ant *m2*) *FLO* 17 cessare *X* 18 quod α*C* 20 aliquantum *ET* 21 uictorae (*m3* uecturae) *P* uicturae *L* 22 felices α*X* 23 dorsum animae *X* 24 latente (-i *m2*) *P* penetralia α *et m1 C* penetrabilibus *X* sternerent *X* 25 consessu *C*γ *et m3 P*, *m2 TV* concessu *P m1 L* concessum *B* con-sensu α*X* conscessu *G* concensu *E et m1 T*

quasi quodam corpore diuinitatis infusus, regens mentis uestigia, lasciuias carnis infrenans, ut ductu pietatis adsuetum populi gentilis edomaret adfectum. felices illos, qui talem internis renibus recepere uectorem, felices plane illos, quorum ora ne multiloquio soluerentur, uerbi caelestis habena restrin-
10 xit! quae est ista habena, fratres? quis me doceat quemad- F
modum ora hominum aut restringat aut soluat? monstrauit mihi habenam ille qui dixit: u t d e t u r m i h i s e r m o i n
a p e r t i o n e m o r i s m e i. sermo ergo habena est, sermo 1497 A
stimulus est, et ideo durum tibi est aduersus stimulum calcitrare. docuit igitur hic nos aperire cor, stimulum perpeti, iugum ducere. doceat et alius linguae retinacula pati; rarior enim tacendi uirtus est quam loquendi. doceat plane ille qui uelut mutus aduersus dolum non aperuit os suum paratus in flagella et uerbera non recusans, ut esset pia sessio deo.

11 Disce a domestico dei gestare Christum, quoniam prius te B
19, 36 ille gestauit, cum pastor errantem reduceret ouem, disce sedula mentis tuae dorsa substernere, disce esse sub Christo, ut possis esse supra mundum. non quicumque facile uehit Christum sed ille qui potest dicere: i n c u r u a t u s e t h u m i l i a t u s s u m n i m i s, r u g i e b a m a g e m i t u c o r d i s m e i. quodsi desideras non moueri, super illa uestimenta sanctorum elutum fige uestigium. caue enim ne lutulentis pedibus incedas, caue transuersariis gressibus ne perstrata tibi propheticarum uiarum C

5 Prouerb. 10, 19 8 Ephes. 6, 19 10 Act. 9, 5; 26, 14 11 Iudic. 16, 18 13 Ps. 37, 14 (cf. 13) et 18 17 Luc. 15, 4 sqq. 20 Ps. 37, 9

1 corporis (is *eras. et s.* e *m3*) *P* 2 lasciuia α lasciuiam *CX* 4 recipere α*X et m1 B* 7 resoluat *CX* 10 durum est tibi χ aduersum α*C* calcitrare] calces α, calces mittere χ 11 cor] ora *ed. Rom.* 12 alios *P* (v *s.* o *m3*) *BL*χ linguam *PL* 13 loquendi (n *s. u.*) *P* 14 flagellae (*om.* et) *X* 15 ut esset . . . (*16*) dei] hoc *X* sessio dī *C*, possessio dō α 17 gestauit (u *ex* b) *G* gestabat *E*γ*T* disce* *P* disces *L* 22 supra α*LX* e lato α*G* 23 ne *post* pedibus *transponunt CX* 24 ne *s. u. m2 P, om. BL, post* caue *transponunt X*χ perstrata *P* (r *alt. s. u.*) perstata *L* ne propheticarum *X*

itinera derelinquas. namque ut tutior uenturis gentibus esset
incessus, propriis indumentis usque ad dei templum qui prae-
ibant Iesum semitam munierunt. ut tu sine offensione gradi-
19, 40 aris, discipuli domini amictu se proprii corporis exuentes
inter aduersa turbarum uiam tibi suo strauere martyrio. si
quis tamen ita uult accipere, non renitimur, quod pullus iste
12 iam supra Iudaeorum uestimenta graderetur. quid autem sibi
uelint ramorum fragmina, quae utique incedentium gressus D
inplicare consuerunt, dubitarem profecto, nisi me in superio-
ribus bonus mundi totius docuisset agricola, quia iam securis
ad radices arborum posita est, quae sub aduentu domini
salutaris infecunda succidat et infructuosarum inanem gloriam
gentium solo sternat fidelium pedibus proterendam, ut reno-
uatae mentis spiritu nationes uelut nouellarum arborum stirpes
13 de uetustis possint germinare caudicibus. ne ergo despicias E
hunc asellum; nam sicut in uestitu ouium sunt lupi rapaces,
ita contra inest homo cordis absconditus sub specie bestiali,
quia sub exuuiis corporis, quod nobis est conmune cum beluis,
mens deo plena uegetatur. quod ad figuram hominum perti-
nere sanctus Iohannes euidentius declarauit addendo quia
acceperunt sibi medullas palmarum; iustus enim ut palma
floriet. et ideo aduentante Christo erigebantur iam supra
humeros hominum uexilla iustitiae et insignia triumphorum. F
quid miratur turba quod operatur mysterium? etsi nesciat
quid miretur, miratur tamen quia in illo pullo sapientia sedet,

7 Matth. 21, 8, Marc. 11, 8 10 Luc. 3, 9 13 Ephes. 4, 23 16 cf. Exod. 13, 13; 34, 20 16 Matth. 7, 15 17 I Petr. 3, 4 20 Ioh. 12, 13 21 Ps. 91, 13 22 cf. hymn. V in nocte nat. dom. u. 15

1 nam quattuor (nam quatenus *V m2*) uenturis *X* 6 paulus *X* 9 dubitare *αL* 11 aduentū *G* 14 nationem *P* (s *s:* ṃ *m3*) *L* 15 de uetustis (deuet *et* i *in ras. m2*) *P* bene iustos *L* 19 pertinere* *P* 20 euidentium (ter *s.* ṭịụṃ *m3*) *P* qui *PL* 22 floriet *PBLX* florebit *α* floret *G* (*in ras.*) *cet.* aduenịente *PLχ* 24 quod *αχ* quid *cet.* 25 sedit *P* (-et *m2*) *CL*

14 uirtus manet, haeret iustitia. ne despicias asinam quoque istam,
quae quondam angelum dei uidit, quem homo uidere non
potuit. et uidit et detulit et locuta est, ut agnosceres poste-
rioribus temporibus sub aduentu magni angeli dei gentiles
illos ante asinos locuturos.
15 Pulchre autem secundum Lucan turbas laudantes deum ad 1498 A
19, 37 descensum montis occurrisse legimus, ut operatorem mysterii
spiritalis significarent sibi uenisse de caelo. turba igitur agnoscit
deum, regem appellat, prophetiam repetit: osanna filio
19, 38 Dauid, hoc est redemtorem domus Dauid exspectatum quoque
secundum carnem Dauid filium uenisse declarat, et hoc turba
illa post exiguum crucifixura momentum. uere memorabile
diuinae operationis insigne, ut aduersum se testimonium B
extorqueatur inuitis, cum deum negant affectibus, quem uoci-
16 bus confitentur. unde et dominicum illud: si hi tacuerint,
19, 40 lapides clamabunt. neque enim mirum, si laudes domini
contra naturam suam saxa respondeant, quem scopulis duriores
praedicant peremtores, aut fortasse quia obmutescentibus Iudaeis
post domini passionem uiui erant secundum Petrum lapides
clamaturi. ergo conpugnantibus licet adfectibus suis turba C
17 deum tamen ad templum suum cum laude deducit. sed deus
templum suum non mercatoris uult esse deuorsorium, sed
domicilium sanctitatis nec uendibili religionis officio, sed

1 Num. 22, 25. 27 4 Esai. 9, 6 9 Matth. 21, 9 et 15 10 Ps. 117, 25 12 Luc. 23, 33 19 I Petr. 2, 5

1 manet] inhabitat *Gγ* inhabitet *E* (*in ras.*) *T* et (*eras.*) inheret (in *in ras.*, h *s. u.*) *P* et heret *C* eret *π* asinam istam quoque istam *P* (istam *pr. in ras. m2*) *BL* 3 cognosceres *X* 4 temporibus *s. u. m3 P*, *om. L* aduentum *L et* (m *del.*) *PB* 5 ante *om. X* locuturus *P* (o *s.* u *alt.*) *L* loquuturos *αFOV* 6 lucan *P m1* lucam *P m3 cet.* 9 fili *αX* 10 *post* domus Dauid *add.* filium uenisse *PL* quoque *om. χ* 13 aduersus *X* 14 negant (n *alt. s. u.*) *P* 15 dominicum (ni *s. u. m2*) *P* dns cum *L* si hi (hi *in ras. m2*) *P* sibi *L* 18 quia (a *s. u.*) *P* 21 tamen deum *C* sed deus] sed dš tamen *ET* sed *α* 22 deuorsorium *P m1 B* diuersorium *P m3 cet.*

obsequio gratuito usum ministerii sacerdotalis informat. considera igitur quid tibi ad exemplum uiuendi dominica gesta praescribant.

18 Et eiciebat omnes uendentes et ementes in templo D
et mensas nummulariorum euertit et cathedras uendentium columbas. generaliter itaque supra docuit saeculares a dei templo abesse debere contractus, specialiter autem nummularios pepulit. qui sunt nummularii nisi qui de pecunia domini lucrum quaerunt nec bona malaque discernunt? pecunia enim domini scriptura diuina est. nam et denarios seruis distribuit profecturus et talenta diuisit et pro sanitate hominis uulnerati duo aera stabulario dereliquit; duobus enim E
testamentis uulnera nostra curantur. sed tu quasi bonus nummularius eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum reconde, purgatum spiritu septiformi nec adulteram imaginem regis, quia et Satanas transfigurat se in angelum lucis, inpia conmutatione suscipias nec inminutam principis tui figuram Arrianae fraude perfidiae thesauro tuo misceas nec pecuniae sono aurem temtes fidelium, ut religiosarum audientiam scripturarum tinnitus aeris excludat F
uel religiosis adfectibus habendi cupiditas inseratur. non ergo omnes excludantur nummularii; sunt enim et boni. denique pecuniam meam inquit dedisses nummulariis, et ego ueniens cum usuris recepissem eam. quodsi
19 nummus est scripturarum, et usura est scripturarum. cathedras autem uendentium columbas cur euerterit secundum litteram non intellego; neque enim nundinatores auium uindicare sibi

4 Matth. 21, 12  10 Matth. 25, 14 sqq. Luc. 19, 13  11 Luc. 10, 35  14 Ps. 11, 7  16 II Cor. 11, 14  23 Matth. 25, 27

8 reppulit *P* repulit *CL*  11 et *om. X*  14 dn̄i *s. u. m3 P*, *om. L*  15 examinatum] probatum *PL*  purgatū (tū *s. u.*) *P*  septiformis *P* (s *eras.*) *L*  17 conmutationes *P* (s *eras.*) *L*  19 permisceas *PBL*  aures *χ*  ut] aut *PaFO*  21 inseratur (t *in ras.*) *P*  ergo] enim *PL*  22 excludantur (v *s. a m2*) *P*  et *om. X*  23 inquit meam *C*, inquit *om. X*  26 euerterit *aC* euertit *cet.*

poterant honorati alicuius in nundinis solii dignitatem. nam 1499 A
quaę praerogatiua dignitatis est in columbis? admonet tamen
dominici forma baptismatis, quando descendit sanctus spiritus
in columba, typo eiectorum de templo huiusmodi mercatorum in
ecclesia dei consortium eos habere non posse, qui sancti
spiritus gratiam nundinentur. gratis enim inquit accepistis,
gratis date. denique Simoni, qui sanctificandi munus pretio
in se putauit posse conferri, respondit Petrus: pecunia inquit
tua tecum sit in interitum, quoniam gratiam dei B
putas te pecunia consequi posse. non est tibi pars
20 neque sors in hac fide. uenditores quoque ouium et boum
eos puto qui de labore alieno uel simplicitate foedi auctiona-
tores quasdam nundinas aucupentur aut quia oues eiciuntur
et boues, columbae iubentur auferri, populus uidetur Iudaeus
excludi; Ephraem enim sicut columba, quod eorum
dominus et successiones oderit et labores. aes effunditur, ut
gratia colligatur, mensa nummulariorum euertitur, ut domini C
21 subrogetur, ara deicitur, ut erigantur altaria. atque hoc non
aliqua succinctus manu diuitiisque faciebat, sed flagello de
restibus caedebat turbas et resistere nullus audebat. et nunc
uirga utitur, nunc flagello — uirga enim recta est, uirga
regni tui — uirga, ut corrigat, flagello, ut suadeat. directa
illic, hic moralis quasi inflexa praeceptio, qua peccatoris con-
scientia uelut lento uerbere flagellatur. alii sunt enim terrores D
prophetici, aliae apostolicae suasiones: in utroque tamen unius

3 Luc. 3, 22 6 Matth. 10, 8 8 Act. 8, 20 sq. 11 Ioh. 2, 15 15 Osee 7, 11 20 Ioh. 2, 15 21 Ps. 44, 7

3 $\overline{\text{sps}}$ $\overline{\text{scs}}$ *Xχ* 4 mercatores *PL* 5 non posse habere χ 6 gratia *αBFOV et* (m *add. m2*) *Gπ* nundinentur (n *tert. s. u.*) *P* gratias *X* enim *om.* χ 8 $\overline{\text{scs}}$ petrus *PL* 9 sit] est *αX* interitu *PL* perdicionē *C* 10 putas (*s. m3* ł putasti) *P* putasti (*om.* te) *α* 11 bouum *X* (u *pr. eras.*) π 13 aucupentur (tur *in ras.*) *P* aucupantur χ 14 iudeus uidetur *PL* 15 efrem *P m1 áBC* effrem *P m3 cet.* 18 ut erigantur] uertuntur *PL* in hoc *P* (in *exp.*) *BL* 20 nullus resistere χ 21 uirga (ga *in ras. m2*) enim *P* uires enim *L* recta] facta *X* 22 flagellum *X* 24 enim sunt *X* 25 prophetiae *X* alii *αX*

uerbi est disciplina. et ideo flagellum de restibus fecit, quia
funes ceciderunt inquit mihi in praeclaris; etenim
hereditas mea praeclara est mihi; funes enim dicuntur,
quibus agrimensores metandorum limites partiuntur agrorum.
et ideo tamquam bonus agrimensor synagogae terminos distin-
guebat et ecclesiae sacrilegos de templo iubebat exire; nouus
enim uenerat feracium metator animarum, qui agrorum genera, E
22 non spatia metaretur. pulchre tamen non extentis funibus
modus aliqui possessionis includitur nec quasi definitae rei
limites fidei terminantur, sed flagello in inmensum libero fines
ecclesiae porriguntur, eliminantur Iudaei, non praescripto aliquo
exilio, sed intermino, ut nusquam synagogae locus in orbe
remaneret.

23 Uineam plantauit homo. plerique uarias significationes F
20, 9 de uineae appellatione deriuant, sed euidenter Esaias uineam
domini Sabaoth domum Israhel esse memorauit. hanc uineam
quis alius nisi deus condidit? hic est ergo qui locauit et
peregre profectus est, non quia ex loco ad locum profectus
est dominus, qui ubique semper est, sed quia praesentior est
diligentibus, neglegentibus abest. multis autem temporibus
afuit, ne praepropera uideretur exactio. nam quo indulgentior
24 liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia. unde bene secundum
Matthaeum habes quia et saepe circumdedit, hoc est
diuinae custodiae munitione uallauit, ne facile spiritalium
pateret incursionibus bestiarum. et fodit in ea torcular.
quomodo intellegimus quid sit torcular nisi forte quia psalmi 1500 A

2 Ps. 15, 6  15 Esai. 5, 7  23. 25 Matth. 21, 33, Esai. 5, 2

1 disciplinae *P* (e *exp.*) *L*  2 mihi inquit *X*  4 agrimessores *αX* metendorum *X*  6 sacrilegos (s *alt. s. u.*) *P*  8 metatorum *X*  9 aliquis *P* (s *s. u. m2*) *αEγT*  definitae] densitate *X*  14 plantabit (v *s.* b *m2*) *P*  15 uineae (e *alt. s. u. m2*) *P*  uinea *OV*  16 domus *P m1 αCX* (-um *m2 Pπ*)  17 dns γ  18 est *om. X*  20 *post* autem *add.* bonus *PL*  21 abfuit γ *et* (b *s. u. m2*) π adfuit *P* (f *s.* d *m3*) *LO et* (b *ex* d *m2*) *T* affuit (b *s.* f *pr. m2*) *E*  propera *X*  22 liberalibas (t *s.* b *alt.*) *P* liberalibus *L*  23 saepem *BCγX*  25 incursibus *BCEγT*

de torcularibus inscribuntur, eo quod in his mysteria dominicae
passionis modo musti sancto feruente spiritu prophetarum
redundantius aestuauerint? denique ebrii putabantur, quibus
spiritus sanctus inundabat. ergo et hic fodit torcular, in quod
uuae rationabilis fructus interior spiritali infusione deflueret.
a e d i f i c a u i t  t u r r e m uerticem scilicet legis adtollens atque
ita hanc uineam munitam instructam ornatam locauit Iudaeis. B
25 Et tempore fructuum seruulos suos misit. bene tempus fruc-
20, 10 tuum posuit, non prouentum; nullus enim fructus exstitit
Iudaeorum, nullus uineae huius prouentus, de qua dominus
ait: e x s p e c t a u i  u t  f a c e r e t  u u a s,  f e c i t  a u t e m  s p i n a s.
itaque non laetitiae uino, non spiritali musto, sed cruento
prophetarum sanguine torcularia redundarunt. denique Hieremias
in lacum missus est; haec enim erant iam torcularia Iudaeo-
rum non uino repleta, sed borbore. et licet generaliter prophetae C
uideantur exprimi, dat tamen lectio ut illum qui lapidatus est
Nabutham esse credamus, cuius etsi nullum acceperimus
propheticum uerbum, accepimus tamen propheticum factum,
quia multos pro hac uinea futuros martyres proprio sanguine
prophetauit. quis autem est ille qui in capite uulneratur?
nimirum Esaias, cuius facilius conpaginem corporis serra diuisit,
quam fidem inclinauit constantiamue detriuit aut uigorem mentis D
26 exsecuit. eo igitur factum est, ut cum plures alios destinasset,
20, 11—14 quos Iudaei inhonoros et inanes sibi, de quibus nihil potuerunt

1 Ps. 8, 80, 83 3 Act. 2, 13 8 Matth. 21, 34 11 Esai. 5, 2 12 Ps. 103, 15 13 Hier. 45 (38), 6 16 III Reg. 20 (21), 13 19 Hebr. 11, 37 21 Esai. 28, 27

1 de] pro *L* scribuntur *Gγ* 3 redundantius (ti *in ras.*) *P* redundantus *L* aestimauerint *X* quibus] quos *PL et* (*in ras.*) *B* 4 sps scs *Xγ* quod (d *in ras. m2*) uuae (u *pr. s. u. m2*) *P* quo uuae *L* 6 turrim *P* (i *ex* e *m3*) γ 8 fructum *P m1* (*corr. m2*) *L* seruolos *O* ornatos *P* (*exp. et s.* seruulos *m2*) *L* fructum *L* 15 borbore *PaB* morbore *L* murbure *F* murmure *OπV* corpore *E* (sanguine *s. u. m2*) *GT* cruore γ rubore *C* 17 nabuthan *aCX* (*fort. recte*) nabudan χ 20 uulneratus (qui *om.*) *aCX*, uulneratus est γ 22 nam *P* (*exp. et s.* quam *m3*) *BL* constantiamque *PL* constantiam uuae *X* aut . . . exsecuit *om. PBLX* 23 factus *P* (-ū *m2*) *L* alios (o *ex* u) *P* 24 inhonores *PBCFLOT*

proficere, dimiserunt, nouissime etiam filium unigenitum
mitteret, quem perfidi quasi heredem remouere cupientes occi-
27 derunt crucifigendo, eiecerunt negando. breuiter itaque quam
magna, quam multa! primum quia naturalis est bonitas, quae
plerumque credit indignis, deinde quia postremum malorum E
remedium Christus aduenit, tum quoniam qui heredem negat.
de auctore desperat. heres autem Christus idemque testator;
heres, quia morti propriae superuiuit et testamentorum quae
ipse condidit tamquam hereditaria in nostris profectibus emo-
28 lumenta consequitur. pulchre ergo interrogat, ut sua se ipsi
20, 15 damnent sententia. uenturum autem dominum dicit uineae,
quod in filio adsit etiam paterna maiestas uel quod ultimis F
temporibus praesentior humanis adspiret adfectibus. ipsi ita-
que in se sententiam dicunt, ut mali pereant, et ad alios
colonos uinea transferatur. qui igitur sint coloni, quae uinea
consideremus.

29 Uinea typus noster est, quod populus dei uitis aeternae
radice fundatus supereminet terris ac solum uile praetexens
nunc gemmanti flore pubescit, nunc circumfusa uiriditate ue-
stitur, nunc mite iugum suscipit, cum maturioribus bracchiis
quasi sarmentis fecundae uitis adoleuerit. agricola quippe
omnipotens pater, uitis est Christus, at uero nos palmites, qui
nisi fructum feramus in Christo, cultoris aeterni falce succi-
dimur. recte igitur uinea Christi populus nominatur, uel quod
crucis in fronte praetexatur indicium uel quod fructus eius 1501 A
postrema anni legatur aetate uel quod omnibus ut ordinibus

7 Hebr. 1. 2 20 Matth. 11, 29 21 sq. Ioh. 15, 1 sq.

1 demiserunt (*m3* dimiserint) *P* filium suum *C* unicum *X* *post* unigenitum *add.* cum *P* (eo *corr. m2*) *BL* 4 quae *om. X* 6 tunc *X* dum χ quoniam *om. X* 7 *post* testator *add. & s. u. m2 P* 10 ergo] autem *FOV* 12 ultimis (i *pr. ex* u) *P* 15 colonos (o *tert. ex* u) *P* sunt *C*χ (sint *m2 E*), *om. PL* 18 fundatur *PBL* fundetur *X* 19 gemmatis *X*χ (germinanti γ) 25 praetexat χ praetaxat *X* fructum (s *s.* m) *P* 26 legatum *P* (r *s.* m *m3*) *L* ut . . . pauperibus *om. X*

uinearum ita pauperibus atque diuitibus, humilibus ac poten-
tibus, seruis ac dominis in ecclesia dei aequa dimensio, nulla
discretio sit. ut uitis maritatur arboribus, ita corpus animae,
anima quoque corpori coniugatur. ut uinea dum iugatur
erigitur, ut recisa non minuitur sed augetur, ita sancta plebs
dum ligatur exuitur, dum humiliatur adtollitur, dum reciditur
coronatur. quin etiam ut tener surculus ueteri abscisus ex B
arbore in alterius fetu radicis inseritur, ita populus hic sanctus
surculi ueteris cicatricibus enodatis in illo crucis ligno tam-
quam gremio piae parentis fotus inolescit spiritusque sanctus
sicut in altas demissus terrarum scrobes ita in hoc carcereum
corpus infusus aquae salutaris inriguo diluit quidquid est
faetidum membrorumque nostrorum habitus in caelestem erigit
30 disciplinam. hanc uineam diligens agricola fodere iugare C
tondere consueuit eruderatisque terrenae molis aggeribus operta
corporis nostri nunc sole torrere, nunc imbre perfundere, stir-
pare agrum solitus, ne sentibus gemma laedatur, ne luxuriet
umbra foliorum uerborumque infructuosa iactantia uirtutibus
obumbrando maturitatem indolis naturalis inpediat. sed absit
ut huic uineae quicquam timeamus aduersi, quam peruigil
custos domini salutaris aduersus omnes nequitiae saecularis D
inlecebras muro uitae uallauit aeternae. extendit palmi-
tes eius usque ad mare; domini est enim terra.
ubique deus pater colitur, ubique Christus dominus adoratur.
31 Haec est nostra uindemia. laeti igitur atque securi pars
gremium suum mitium funiculis oneret uuarum, alii caelestia

2 Coloss. 3, 25 11 cf. p. 414, 3 22 Ps. 79, 12 23 Ps. 23, 1
24 Ioh. 4, 21

1 ac *PaCL* atque *cet.* 2 demensio *P* (dim. *m3*) *LX* 3 maritator (v *s.* o) *P* 4 coniungatur *αXχ* coniungitur *C* (*et V m2*) iugatur (ul *post* g *s. u.*, *eras.*; iu *in* li *mut. m2*) *P* iungatur *L et* (n *s. u.*) π iugat *FOV* 5 ut *αχ* et *PBCL* dum *X* 7 uetere *PL* 12 *post* diluit *add.* quibus *X* 13 faetidum *aB* foetidum *X* fetidum *cet.* nostrorum *om. X* 14 fodere (f *ex* p) *P* rigare *ET* 15 contendere *TL* tundere *X* ruderatisque *PBLX* operata *PBLX* 17 a sentibus *χ* 21 aduersum *C* omnes] enim *X* 22 *post* aeternae *add.* et *s. u. m2 P*

munera ore libemus, plerique bonarum gressibus uoluntatum
diuini fructum muneris exprimentes uestigia coturnis nuda
direptis musto fluente tinguamus; locus enim, in quo stamus E
terra sancta est et ideo calciamenta soluenda sunt, ut spiri-
tale uestigium sacrosanctae sedis tribunal ascendens corporeis
nexus uinculis exuatur; decet enim totius orbis hic esse uinde-
32 miam, ubi totius orbis est uinea. en tempus acceptabile, quo
non hiemalibus perfidiae caligantis pruinis annus riget nec
altis niuibus informis crusta blasfemiae gelu durante concre-
scit, sed procellis sacrilegii liberata nouos fructus terra iam F
parturit, ueteres parit; dissensionum quippe omnium procella
deferbuit, cuncti saecularis cupiditatis ardores aestusque omnis,
quibus Italiae populus per Iudaeicae olim, Arrianae proxime
scaeuitatis incendia coquebatur, sereno iam spiramine tempe-
ratur. sedata tempestas est, concordia nauigat, fides spirat,
certatim nautae repetunt fidei quos reliquere portus et dulcia 1502 A
patriis oscula litoribus affigunt liberatos se periculis, absolutos
33 erroribus gratulantes. salue, uinea tanto digna custode: te non
unius Nabuthae sanguis, sed innumerabilium prophetarum et
quod est amplius pretiosus cruor domini consecrauit. ille licet
non regalibus minis territus constantiam metu presserit, non
praemiis uberrimis prouocatus religiosum uendiderit adfectum,

2 Uerg. Georg. II 7 sq. 3 Exod. 3, 5 7 II Cor. 6, 2 9 Uerg. Georg. III 354. 360 11 Uerg. Georg. II 330 (324), Cant. 2, 11 16 Uerg. Aen. I 687, II 490 18 Uerg. Georg. II 173 19 Reg. III 20 (21), 19

1 lebemus (lib. *m2*) *P* leuemus *L* 3 dipertis *PL* 6 orbis ... totius *om. X* 7 en *αBCχ* ecce *PL*, *om. X* 8 nec (c *s. u.*) *P* 9 nubibus *PLχ* 10 sacrilegis *C* (gis *s. u.*) *et* π *m2* sacrilegiis *Xχ* 11 ueteres] uere *PL* parit] preterit *χ* (o *s.* e *pr. m2 E*) dissessionum (n *s.* ş *m2*) *P* 12 deferbuit *PLχ* deferuuit (u *pr. eras.*) *B* deferuit *α* deferuet *C* deseruit *X* (r *exp. V*) omnes *αχ et m2 PV* 13 iudaicae *BCEGγX* iudaeiae *T* olim et (et *s. u.*) *m3 P*, *m2 E* 14 temperantur *a* moderatur *C* 15 sperat *P* (spirat *m2*) *L* inspirat *χ* (in *del. m2 E*) 17 patris *PBLX* (pacis *s. u. m2 V*) 18 salua uinea digna tanto *X* 19 nabuthe *αC* nabutae *B* nabuthei *Xχ* nautae *PL* 21 prescesserit (s *pr. add. et* ces *exp. m2*) *P* praecesserit *L*

sed studio regis obsistens, ne in hortulis suis maluarum holus B
succisa uite sereretur, quando aliud facere nequibat, parata
uitibus incendia proprio cruore restrinxerit, temporalem tamen
uineam defendebat: te uero in perpetuum multorum nobis
martyrum plantauit interitus, te crux apostolorum aemula
dominicae passionis usque in orbis totius terminos propagauit.
34 Cuius habet imaginem et inscriptionem? docet
20, 24 hoc loco dominus circumspectos nos in respondendo aduersus C
haereticos uel Iudaeos esse debere. alibi dixit: estote astuti
sicut serpentes. quem locum plerique accipiunt, ut quia
serpente suspenso Christi crux adnuntiata est, quo serpentinum
nequitiae spiritalis uirus aboleret, uideatur astutus ita esse
debere sicut Christus, simplex sicut spiritus. en tibi ser-
pentem illum, qui caput semper custodiat, letale uulnus
excludat. interrogatus a Iudaeis utrum de caelo accepisset
potestatem respondit: baptismum Iohannis unde est, D
de caelo an ex hominibus? ut dum illud de caelo esse
negare non auderent, ipsi se amentiae confutarent, qui eius
auctorem negarent esse de caelo. postulatus didragma quaerit
de imagine; alia enim imago dei, alia imago mundi. unde et
ille nos admonet: sicut portauimus imaginem terreni
35 illius, portemus et imaginem huius caelestis. ima-
ginem Caesaris non habet Christus, quia imago est dei.
imaginem Caesaris non habet Petrus, quia dixit: reliquimus E

1 Reg. III 20 (21), 2 9 Matth. 10, 16 11 Num. 21, 8 13 Luc. 3, 22 Matth. 10, 16 14 Gen. 3, 14 sq. 16 Luc. 20, 4 21 I Cor. 15, 49 22 II Cor. 4, 4, Coloss. 1, 15 24 Matth. 19, 27

1 in *om.* *X* olus *PLX* 2 uites (s *eras.*) *P* uitis *L* 3 restinxerit *PBL* 5 interitus plantauit *PBL* 9 qui (*s. u. m3*) alibi *P* 12 uerus *P* (*m3* uirus) *L* abolere *P* (-ri *m3*) *LX* astutos (o *m3* *ex* u) *P* 13 *post* spiritus *add. s. u. m3* simplices *P* *ante* en *add.* imitare *Gγ* 16 baptismum *αCXχ* baptismus *B* baptisma *PL* 18 ipse *P* (os *s.* ẹ *m2*) *L* ipsos *E* se *om.* *PEGL* confutarent (n *alt.* *eras.*) *P* eius actus auctorem *C* 19 quaerit dī imaginem *PLX et* *m2* *E* 22 et] ẹṭịạm *G*, *om.* *X* 23 qui *X* (*cf. II Cor.* 4, 4) 24 relinquimus *X*

omnia et secuti sumus te. imago Caesaris non repperitur in Iacobo uel Iohanne, quia filii tonitrui, sed repperitur in mari, ubi dracones illi contritis capitibus super aquam et ipse draco maior comminutus caput datur in escam populis Aethiopum. si ergo non habuit imaginem Caesaris, cur dedit censum? non de suo dedit, sed reddidit mundo quod erat mundi. et tu si uis non esse obnoxius Caesari, noli habere quae mundi
sunt. sed habes diuitias: obnoxius Caesari es. si uis nihil F
regi debere terreno, relinque omnia tua et sequere Christum.
36 et bene prius quae Caesaris sunt reddenda decernit; neque
20, 25 enim potest esse quis domini, nisi prius renuntiauerit mundo. sed omnes renuntiamus uerbis, non renuntiamus adfectu; nam
cum sacramenta suscipimus, renuntiamus. quam grauia uincula 1503 A
promittere deo et non soluere! melius est inquit non uouere te quam uouere et non reddere. maior est contractus fidei quam pecuniae. redde promissum, dum in hoc corpore es, priusquam ueniat exactor et mittat te in carcerem. amen dico tibi, non exies inde, donec soluas nouissimum quadrantem.
37 Si frater alicuius mortuus fuerit. Sadducaei, hoc B
20, 28 est detestabilior portio Iudaeorum, hoc dominum loco temtant. quorum aperte stultitia reprehenditur, mystice autem sententia retorquetur, quale de suo dederunt castitatis exemplum, dum

2 Marc. 3, 17 3 Ps. 73, 13 sq. 9 Marc. 10, 21 Luc. 5, 11 et 28 14 Eccles. 5, 4 17 Luc. 12, 58 18 sqq. Matth. 5, 25 sq. 23 Deut. 25, 5

2 filii *P* (i *tert. s. u.*) tonitrui sunt χ repperitur (i *ex* e) *P* 4 aethyopum *P* 7 non uis *PBL* 8 *post* sed *add.* si *X et m2 s. u. E* caesari es *P* (*s.* ·//· *et* ·/·) *αBC* caesareas *L* es caesari χ es caesari et *X* 9 relinque] dimitte *X* tua *om. EγT* 10 Caesari reddenda *ed. Rom.* 12 non *αBC*χ, si *X*, sed non omnes *PL* affectibus *X* 15 te *om.* χ maior—pecuniae *om. X* 19 soluas *αBCLX* solues (a *s.* e) *P* reddas *EGT* reddes γ 20 ali**cuius (us *eras.*) *P* aliscuius *L* 21 loco dnm *ETX* temtat *P m1* (temptant *m3*) temptat *L* temptauit *XP m3* 22 sententia] stultitia *PL* 23 quale (quare *X*, *s. m2* ł quale *V*) de suo (quo *α*) dederunt *αCX* quale dederunt de suo *B* quale de se dederunt χ quia excluderunt de se *P* (s *s.* d *pr. m2*) *L*

secundum litteram nubere cogitur et inuita, ut defuncti
semen excitet frater. ergo l i t t e r a o c c i d i t quasi lena
38 uitiorum, spiritus autem magister est castitatis. itaque
uideamus ne haec mulier synagoga sit, quae septem uiros
habuit, sicut Samaritanae dicitur: q u i n q u e e n i m u i r o s
h a b u i s t i, quia Samaritana quinque tantum libros Moysi,
synagoga septem sequitur principaliter et de nullo propter 1504 A
perfidiam suam hereditariae posteritatis semen accepit. et ideo
partem cum uiris suis in resurrectione habere non poterit, quia
spiritale praeceptum secundum sensum carnis inuertit; non
enim frater carnalis aliqui denuntiatus est, qui semen fratris
suscitaret defuncti, sed frater ille qui de mortuo populo Iudaeorum
sapientiam sibi diuini cultus adscisceret in uxorem atque ex ea
semen in apostolis excitaret, qui quasi defunctorum reliquiae
Iudaeorum informes adhuc in synagogae utero derelicti secun- B
dum electionem gratiae reseruari noui seminis admixtione
39 meruerunt. synagoga autem frequenter stolam accipit, quod
est insigne coniugii, quasi auctor fidelium, repudiata quoque
frequenter inducitur, quia mater est perfidorum. cui lex occidit
corporalis, ut spiritalis resurgeret. ergo sancta plebs dei, si
septem libros legis quadam coniugii caritate dilexerit et quasi
maritalibus obsecundarit inperiis, habebit in resurrectione cae-

2 II Cor. 3, 6 5 Ioh. 4, 18 9 Apoc. 20, 6 16 Rom. 11, 28
19 Esai. 50, 1, Hier. 3, 1

1 *post* nubere *add.* mulier *ed. Rom.* inuitat *P* (*m2* -atur) *L*
4 haec (e *s. u.*) *P* VII *P*, VI *ex* VII *L* 5 *sq.* V *PL* 6 samaritani *PL et m2 V* 7 VII *P*, VI *L* 8 acceperit *PBL* 9 resurrectionem *PLX* (m *del. m2 PV*) 11 aliqui (aliquis *P m3 E m3*) denuntiatus *P m1 α m2 BCχ* (*E m1*) aliquid nuntiatus *X* (*praeter O*) aliqui enuntiatus *α m1* aliquid denuntiatus *E m2 O* 12 resuscitaret *EγT* sed frater *αχ* frater *X* sed *PBCL* 13 sibi *om. ET* addiceret *P* (di *in ras. 3 uel 4 litt. m2*) *L* 15 sinagoga (-ae *m2 P*) etero (v *s.* ẹ *pr. m2 P*) *PL* 17 autem] enim *χ* stholam *P* (*s. m3* ł stolam) *L* 21 V* *P* (I *eras.*) VI *L* saepe *X* čiugii *P* (č *s. u. m3*) iugii *L* puritate *X*

leste consortium non corporeae conluuionis pudore confusa, sed diuinae gratiae ditata muneribus.

## LIBER DECIMVS.

1 Dixit dominus domino meo. consummaturus praecepta
20, 42 dominus etiam praeuiam passioni fidem ac misericordiam
testamenti sui fine concludit, fidem in eo ut Christum et
dominum deum nostrum et ad dexteram dei sedere credamus,
non quod corporaliter sedeat qui ubique est. denique ipse in
patre, quia in substantia dei, quia una uirtus, una maiestas. 1503 E
ipse ergo in patre et in ipso pater, quia uerbum in deo, deus
in uerbo; ipse in patre, ipse ad dexteram patris, quia patri
consors, nulli secundus; ipse missus a patre, quia descendit
de caelo paternum inpleturus arbitrium. tolle hinc perfidiae
quaestiones, et plena religio est. nec praefertur, quia ad dex-
teram sedet, nec iniuriam patitur, quia mittitur. gradus non
2 quaeritur dignitatis, ubi plenitudo est diuinitatis. illud quo- F
20, 44 que considerandum, quia reprehendit eos qui Christum Dauid
filium dicunt, et quomodo caecus ille Dauid filium confitendo
meruit sanitatem? quomodo pueri dicentes osanna filio
Dauid praecelsae praedicationis deo gloriam deferebant?
sed non reprehenduntur hoc loco, quia Dauid filium con-

4 Ps. 109, 1 7 Matth. 26, 64, Marc. 16, 19, Rom. 8, 34 8 Ioh. 14, 10; 17, 21 18 Luc. 18, 35 sqq. 19 Matth. 21, 9

DE EVANGELIO LIB VIIII EXPŁ. INCIP EIUSDEM LIB X *α* EXPL LIB VIIII: INCIP. LIB X *C* EXPŁ LIB. VIII. INCIPIT LIBER VIIII *χ* EXPLICIT LIBER VII INCPT LIBER VIII *B*. *in ceteris neque subscriptio est neque inscriptio* 6 sui finem (m *exp. m2*) *P* sui fidem *L* finem in eo *X* 7 deum *CFπV* et deum *P* (et *add. m2*) *Bχ* ihm deum *α*, *om. LO* et *exp. m2 P* 9 quia in s. dei *om. PL* *post* uirtus *add. Pα* quia 10 uerbum—11 ipse] ds in uerbo et uerbum in dō est *X* 11 *post* patre *add.* quia uerbum *PBL* *post* dexteram *add.* sedens *X* patris consors *αχ* 12 secundum *P* (-us *m2*) *FL* qui *χ* descendit (e *pr. ex* i) *P* 13 patris *X* inpleturis (v *s.* i *m3*) *P* 14 est religio *χ* quia] qui *BELT* filius qui *Gγ* 18 dicunt . . . filium *om. X* 20 praecelsae (e *tert. postea add.*) *P* 21 reprehenditur *X*

fitentur, sed quia non credunt filium dei. non enim alterum, sed alterutrum in fide uera est; nam etsi in principio iudicauimus nihil scire nisi Christum Iesum et hunc crucifixum, nunc tamen utpote iudicio proximi crucifixum iam non nouimus Christum, sed uenientem in nubibus opperimur. incredulus uulnera aspicit, fidelis obuiam Christo in aera raptus occurrit.
3 ergo et deum Christum et hominem esse credamus, unum in utroque, non alterum, cui a patre subiciuntur inimici, non per infirmitatem potestatis suae, sed per unitatem naturae, quia in altero alter operatur. nam et filius subicit inimicos patri, qui patrem clarificat super terram et dedit pater
filio nomen, quod est super omne nomen. sed et 1504 E
filius patri dicit: nomen tuum manifestaui hominibus, quos dedisti mihi. dando autem nomen quod est super omne nomen non plus dedit quam habuit, sed totum quod habuit dedit. dedit autem hoc nomen, ut omnis lingua confiteatur deo, quoniam dominus Iesus in gloria dei patris.

4 Uide ergo singula. pater subicit filio, filius subicit patri;
20, 42 pater suscitat filium, filius ipse se suscitat. unde ait: soluite hoc templum et in triduo illud resuscitabo. et pater dominus et filius dominus — dixit dominus domino
meo — sed non duo domini, sed unus dominus, quia et pater F
deus et filius deus, sed unus deus, quia pater in filio et filius in patre. unus deus, quia una deitas — sedes tua, deus in saeculum saeculi, uirga recta est uirga regni tui.

3 I Cor. 2, 2 4 II Cor. 5, 16 Matth. 26, 64 Ioh. 20, 25 et 27 6 I Thess. 4, 16 8 Ps. 109, 1 11 Ioh. 17, 4 Philipp. 2, 9 13 Ioh. 17, 6 16 Philipp. 2, 11 20 Ioh. 2, 19 22 Ps. 109, 1 24 Ioh. 14, 10; 17, 21 25 Ps. 44, 7 sq.

3 nos nihil *PBL* 4 ut puta *X* ut pute *L* 10 nam etsi filius subiecit χ 14 dando autem *om.* χ 16 nomen . . . deo *om. PL* 18 dei *aX* dei est *ET*, est dei *PBCGγL* 19 uidere *P* audi *X* (*in mg.* uide *V*) subiecit *utroque loco aGX* 20 se *om. FOV*, ipse se *om.* π, ipse *om. C* 21 suscitabo *X* 23 sed *pr. s. u. P* 24 et *alt. om. X* 26 est recta *ET* rectio *FO et* (a *s.* io *m2*) π recta (a *in ras.*) *V*

dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; prop-
terea unxit te deus, deus tuus — sed unus deus, in
quo et noui et ueteris testamenti doctrina concordat. nam et in
ueteri testamento scriptum est: diliges dominum deum
tuum et dominum deum tuum adorabis et ipsi soli
seruies, in nouo: unus deus et pater omnium. sic et 1505 A
pater dominus et filius dominus, sed unus dominus. denique
scriptum est: nolite duobus dominis seruire. hoc in
nouo, in ueteri autem scriptum est: audi, Israhel, domi-
nus deus tuus dominus unus est. unde admirabiliter
apostolus, ne duos deos diceret, duos dominos nominaret
aut derogaret uel filio uel patri, unus inquit deus
pater, ex quo omnia, et unus dominus Iesus, per
quem omnia. nam qui deus et dominus et qui dominus
deus. denique scriptum est: scitote quia dominus ipse B
5 est deus noster. omnia ergo quae pater habet et filius
habet. deus pater secundum generationis rationem, deus filius
secundum imaginis unitatem. dominus filius, quia omnia sibi,
cum potestate posset, ratione subiecit, dominus pater, quia
radix filii est. sic nobis pater in filio personarum definitione
distinguitur, potestatis unitate conectitur. itaque alter in altero
et unum in alterutro. nam et patris gloria est, si non de- C
generauit in filio, et filii gratia, si pater uidetur in Christo.

4 Deut. 6, 5 et 13 6 Ephes. 4, 6 8 Matth. 6, 24 9 Deut. 6, 4 12 I Cor. 8, 6 15 Ps. 99, 3 16 Ioh. 17, 10

3 et *post* quo *om. X* et *om. αC* 4 uetere *P* diliges *BCEγT et* (es *ex* is *m2*) *PGV* diligis *αX* et dominum deum tuum *s. u. m3 P*, *om. L* deum *om. X* 5 tuum *alt. om.* χ, *s. u. m2 O* illi *ET* 6 sic et] sicut *PL* 7 et] sic et *C* 9 uetere *P* 10 admirabiliter] bene *PL* 11 ds̄ (*s.* deos *m3*) *P* *post* diceret *add.* aut *PL* et *s. u. α* dn̄s (*s.* dominos *m3*) *P* aut derogaret *s. u. m3 P*, *om. L* uel *pr. om. X* 16 et *om. PL* 18 secundum ... filius *om. X* imaginem *P* (is *s.* em *m2*) *L* 19 dominus ... subiecit *om.* χ 20 filii (i *tert. s. u.*) *FO* filius (us *exp.*) π est] eius *V* (*in ras.*) *FO* 22 degenerauerit *BL* 23 pater | na (na *extra u. m3*) uideatur (a *s. u. m3*) *P* Christo] filio *ed. Rom.*

ergo non degener, in quo unitatis summa maiestas, non alienus,
in quo proprietas generationis expressio ueritatis est.
6 Non relinquetur lapis super lapidem qui non
21, 6 destruatur. sequebatur de uidua locus, quam quoniam iam
21, 1—4 in libro quem de uiduis scripsimus praedicauimus, nunc se- D
questramus. uerum autem dictum est iuxta proposita de templo,
quod Salomon condidit, idque primum ab hoste iudicii esse
tempore subuertendum; nihil est enim opere et manu factum
quod non aut uetustas conficiat aut uis subruat aut ignis
exurat. tamen est et aliud templum constructum ex speciosis
lapidibus et ornatum donis, cuius euersionem dominus signi-
ficare uideatur, synagogam scilicet Iudaeorum, cuius structura
uetus ecclesia surgente dissoluitur. est etiam templum in E
unoquoque, quod deficiente fide labitur et maxime, si quis
falso Christi nomen obtendat, quo interiorem expugnet affec-
7 tum. potest etiam ea esse expositio, quae mihi plus prosit.
quid enim mihi prodest diem scire iudicii? quid mihi prodest
tantorum conscio peccatorum, si dominus ueniat, nisi ueniat
in meum animum, redeat in meam mentem, nisi uiuat in me
Christus, in me Christus loquatur? ergo mihi debet Christus F
uenire, mihi debet aduentus eius fieri. fit autem domini se-
cundus aduentus in defectione mundi, quando possumus dicere:
mihi autem mundus crucifixus est et ego mundo.
8 sed hunc uirum talis mundi defectus si in superioribus domus 1506 A
inueniat, ut conuersatio huius in caelis sit, tunc destruetur

4 cf. de uiduis 5, 27 sqq. 19 Gal. 2, 20 23 Gal. 6, 14
24 Matth. 24, 17 25 Philipp. 3, 20

1 ergo non ... summa *om. PL* degener est *B* (*om.* est *u. 2*) 4 iam *om. CX*χ 5 praeiudicauimus χ (iu *del. m2 E*, *s. m2* praediximus *T*) 6 *ante* de *add.* dictum esse χ 7 quod *s. u. P* solomon *L* id quoque (quo *s. u. m3*) *P* primum ab hoste *om. PBLX* 8 est *om. PL* et] aut *PL* factum | est (est *extra u. m2*) *P* 12 synagoga *B* synagogam (m *exp. m2*) *E* 15 nomine χ quo] cum *X* 17 mihi *om.* α, *post* prodest *coll.* χ 19 *post* animum *add.* et *X* in me Christus *alt. om. LX* 20 xps debet χ 21 fiat *X*

templum corporale atque uisibile, lex corporalis, pascha corporale et pascha uisibile, azyma corporalia et azyma uisibilia, audeo dicere, Christus temporalis, ut fuit Paulo, antequam crederet, quia in eo cui mundus deficit Christus aeternus est. huic spiritale templum, lex spiritalis, pascha etiam spiritale, quoniam semel Christus occiditur; hic epulatur azyma non ex fruge terrena, sed ex fruge iustitiae. fit ergo huic praesentia B
sapientiae, praesentia uirtutis atque iustitiae, praesentia redemtionis; Christus enim semel quidem pro peccatis populi mortuus est, sed cotidie peccata populi redemturus.

9 Cum autem audieritis proelia et opiniones proe-
21, 9 liorum. interrogatus dominus quando templi futura destructio
et quod signum esset aduentus, de signis docet, de tempore C
non putat intimandum. sed Matthaeus interrogationem tertiam addidit, ut et templi tempora destruendi et signum aduentus et consummatio saeculi a discipulis quaereretur, Lucas satis putauit de consummatione saeculi cognitum, si de aduentu
10 domini disceretur. uerborum autem caelestium nulli magis quam nos testes sumus, quos mundi finis inuenit. quanta enim proelia et quas opiniones accepimus proeliorum! Chuni D
in Halanos, Halani in Gothos, Gothi in Taifalos et Sarmatas insurrexerunt, nos quoque in Illyrico exules patriae Gothorum exilia fecerunt et nondum est finis. quae omnium fames, lues

3 Gal. 6, 14 5 Rom. 7, 14 6 I Cor. 5, 8 9 I Petr. 3, 18 14 Matth. 24, 1—3 19 I Ioh. 2, 18 20 Matth. 24, 6

1 *ante* pascha *et u. 2 ante* azyma *add.* et χ 2 *sq.* azama (i *s.* a *alt.*) *utroque loco P* 3 ut *del. m2 PE*, *om. GX* 6 azima *P* 9 haec enim Christus χ quidem *om. X*, *post* peccatis *colloc.* χ 11 *post* proeliorum *add.* nolite terreri *C* 12 interrogatur *X* templi esset futura *PBL* 13 esset aduentus *αCX* eius aduentus *PBL* esset aduentus eius χ 15 et *pr. om.* χ 16 a *om. αX* (*in V add. m2*) 18 disseretur *γE* (c *s.* ş *alt. m2*) *T* diceretur *Maurini* 19 quant* (i *eras.*, a *s. ras.*) *P* 20 quam *P* (s *s.* m *m2*) *L* chunii *P* (i *alt. eras.*) *L* chuni (c *eras.*) *α* chunni *C* hunni *G* huni *cet.* 21 halanos *PL* alanos *cet.* halani *PB* alani *cet.* taifalos *X*χ taiphalos *C* thaifalos *B* tatfalos *P* (*s. m2* uuandalos) *L* italos *α* sarmatae *X* 22 in *om. X* 23 famis luis *X* (-es *m2 bis πV*)

pariter boum atque hominum ceterique pecoris, ut etiam, qui
bellum non pertulimus, debellatis tamen pares nos fecerit
pestilentia! ergo quia in occasu saeculi sumus, praecedunt
quaedam aegritudines mundi. aegritudo mundi est fames,
aegritudo mundi est pestilentia, aegritudo mundi est persecutio. E
11 sunt autem et alia bella, quae uir sustinet Christianus, diuer-
sarum quoque proelia cupiditatum studiorumque conflictus
multoque grauiores domestici hostes quam extranei. nunc
auaritia stimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret,
nunc iracundia exagitat, nunc ambitio mouet, nunc terrere
temtant spiritalia nequitiae, quae sunt in caelestibus. itaque
quasi quibusdam urgetur proeliis et quibusdam terrae motibus F
12 quatitur mobilis animi nutantis adfectus. sed fortior dicit:
si consistant aduersus me castra, non timebit cor
meum; si exsurgat in me proelium, in hoc ego
sperabo. stat in acie ferens hosti obuium pectus; etiamsi
quis Golias exsurgat inmitis atque praecelsus, timentibus 1507 A
tamen ceteris exsurgit humilis quasi Dauid regis abiciens
arma terreni, sumens fidei tela leuiora et triplici sparto iaculum
purae confessionis intorquens persecutoris uulnerat inpudentiam,
contemtor minarum, neglegens potestatum, etiam idoneus in
quo Christus loquatur. alibi Christus, alibi pater, alibi spiritus
loquitur patris. non discordant ista, sed congruunt. quod unus
loquitur tres loquuntur, quia uox una est trinitatis. huic B
uictori, qui suo Golian gladio peremerit, dum mortem pro

1 cf. Anth. lat. 893, 21 sqq., 103 11 Ephes. 6, 12 14 Ps. 26, 3 16 Paral. I, 12, 33 Uerg. Aen. XII, 540 17 Reg. I 17, 4 sqq. 18 Reg. I 17, 39 sq. 19 Eccles. 4, 12, I Ioh. 5, 4 sq. 25 Reg. I 17, 51

1 etiam nos qui *X* 3 sumus *s. u. P* 4 est mundi *X* famis (-es *m2*) π 6 uir *om. X* sustineat χ 12 urgetur (*s.* g *ras.*) *P* urguetur γ*X* 13 mo*bilis *P* 14 aduersum *P*γ*LTX* 15 exurgat (rg *ex* r) *P* praelium *P* hoc (o *ex* a) *P* 16 sta α*BCX* (ista π) aciem α*X* 18 exurget *PL* exurge tu *B* regens *X* 24 locuntur *CL*πχ 25 golian (m *s.* ṇ *m2*) *P* goliam *CX* perimerit *P* (e *s.* i *pr.*) *BL*

Christo excipit, fugatis allophylis occurrunt iuuenculae, illae scilicet sicut aquilae, dicentes: percussit Saul in milibus, Dauid in decem milibus. quod indicio est uictores saeculi principibus anteferri. denique mortuis regibus in perpetuum martyres regnum caelestis gratiae honore succedunt et illi fiunt supplices, hi patroni.

13 Est et alius Goliae gladius, aliud diaboli telum, sermo C
scilicet haereticorum, quem uir psallere sciens adripit, ut aduersarium uincat, audiens hic bella, non patiens nec alicuius uento doctrinae mobilis inquietus, nesciens famem uerbi et scripturae caelestis ubertate satiatus, qui uanis haereticum uocibus personantem lacessere non reformidet. tunc qui est infirmus exspectet, ne praeiudicium ceteris faciat congressu inpari. ueniat Dauid, cui Christus os aperiat ad eloquenda mysteria, ueniat ille Nazaraeus, cuius capillus non cadat, uel D
nihil habens superfluum quod cadere possit uel nihil de superioribus uirtutibus amissurus, integer sobrietate, fortis in pace, qui sensus omnes usque in finem et uerba custodiat.
14 praedicetur euangelium, ut saeculum destruatur. sicut enim praecessit in orbem terrae euangelii praedicatio, cui iam et Gothi et Armenii crediderunt, et ideo mundi finem uidemus, ita et a uiro spiritali euangelium praedicatur, quando omnes E
sapientiae processus et omnes uirtutes exsequitur psallenti mente et spiritu, nouissimam destruens mortem. tunc enim

1 Reg. I 17, 52; 18, 6 sq. 2 Ps. 102, 5 7 Reg. I 21, 9 8 I Cor. 14, 15 Ephes. 5, 19 9 Ephes. 4, 14 10 Amos 8, 11 14 Ps. 50, 17 15 sqq. Iudd. 13, 5 et 14; 16, 17 sqq. 20 Matth. 24, 14 23 I Cor. 14, 15 24 I Cor. 15, 26 Matth. 24, 14

1 excipit (i *pr. ex* e) *P* allophilis *P* 2 Dauid . . . milibus *s. u. m3 P, om. L* 3 indicium *FOV* uictoris *PBL* 4 anteferre *P* (-ri *m2*) *BL* 6 hii (i *alt. eras.*) *P* 9 hic] *om. L*, huc *B* patiens (*s. m3* ł faciens) *P* 11 quia *P* (a *eras.*) *α* haereticorum *X* (*et m2*) *E* 12 formidet *CγX* 14 aperiuit (uit *in ras. m2*) *P* 22 omnis *α* 23 progressus *PC* omnes formas uirtutis *γ* omnis forma uirtutis *α* psallentes *X* 24 et (*s. u. m3*) *P*, *om. BL*, et spiritu *extra u. E*

finis, cum tradiderit in eo Christus regnum deo et patri et fuerit iste subiectus ei qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. et praedicabitur euangelium per omnes ciuitates, id est ciuitates Iudaeae; notus enim in Iudaea deus. tunc enim ciuitates aedificantur Iudaeae, quando uirtutum fundamenta ponuntur.

15 Cum uideritis circumdari ab exercitu Hieru- F
21, 20 salem. uere Hierusalem ab exercitu obsessa est et expugnata
Romano unde et Iudaei putauerunt tunc factam abominationem
desolationis, eo quod caput porci in templum iecerint inludentes
Romani Iudaeicae ritum obseruantiae. quod ego nec furens
dixerim. abominatio enim desolationis exsecrabilis aduentus
antichristi est, eo quod sacrilegiis infaustis mentium interiora 1508 A
contaminet sedens iuxta historiam in templo, ut sibi diuinae
uindicet solium potestatis. iuxta interpretationem autem spiritalem
pulchre inducitur stare, eo quod in affectibus singulorum
uestigium perfidiae suae confirmare desideret, ex scripturis
16 disputans esse se Christum. tunc adpropinquabit desolatio,
quoniam a uera religione plerique lapsi errore desciscent.
tunc erit domini dies, quod etiam apostolus euidenter exposuit
dicens obseruandum esse nobis, quasi instet dies domini, ne B
quis nos seducat ullo modo, quoniam nisi uenerit
discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati,
filius perditionis, qui aduersatur et extollitur
supra omne quod dicitur deus aut quod colitur

1 I Cor. 15, 24 et 28 5 Ps. 75, 1; 68, 36, 121, 3 10 Matth. 24, 15, Daniel 9, 27 13 II Thess. 2, 3 19 Matth. 24, 24 21 II Thess. 2, 2—4

2 et *pr.* γ *s. u., om. BCX* et fuerit] fueritque *X*χ 3 in] et in *X* praedicabitur (bi *s. u.*) *P* 4 id est ciuitates *om.* χ 5 notus est enim *E*γ*T* 8 ab exercitu circumdari *X* 9 expugnato *X* (-ta *corr.* π*V*) 10 a romano duce *PL* 11 desolationes *P* (-is *m2*) *L* reiecerint *PL* iniecerint α 12 iudaeicae (aei *in ras. m1*, e *exp. m2*) *P* iudaicae *cet.* ritu *X* (-ui *corr.* π) 14 mentis *P* (is *m2 in ras. 3 litt.*) *L* 22 obseruandum] non timendum *O* 23 quoniam] quia χ

ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tamquam
17 sit deus et reliqua. ergo sedebit in templo, et in templo
interiore Iudaeorum, qui Christum negabunt, in templo non
inuiolabili, sed corruptelae obnoxio, quod aut perfidiae inuoluat C
ruina aut iracundiae uis subruat aut cupiditatum ignis exurat.
et bene tunc ueniet dies domini et breuiabuntur dies propter
electos, quoniam sicut primus aduentus domini propter redimenda peccata ita et secundus propter reprimenda delicta, ne
18 plures perfidiae errore labantur. tunc pseudoprophetae, tunc
fames. repete mihi Heliae tempora, et inuenies tunc prophetas
confusionis, tunc Zezabel, tunc famem, tunc ariditatem terrae. D
qua ratione? quia abundauerat iniquitas, refrixerat caritas.
denique iustus in deserto, iniquus in regno.
19 Est et alius antichristus auctor huius, diabolus scilicet.
qui meam Hierusalem, meam animam, certe animam dei,
animam pacificam obsidere nitatur suae legionis exercitu.
non est enim conluctatio nobis aduersus carnem
et sanguinem, sed aduersus principatus et potestates, aduersus mundi huius rectores, tenebrarum
harum. tunc est discessio, cum anima a se ipsa desciscit E
et rursus, cum dominum cogitat, tremit atque turbatur. tunc
cum iste antichristus tenet, donec de medio fiat, iustitia
exulat, iniquitas regnat, tunc fides rara, ut ipse quasi addubitans dominus dixit: tunc ueniens filius hominis

6 Matth. 24, 22 9 Matth. 24, 11 et 24, Luc. 21, 11 10 Reg. III 18, 2. 4. 19. 22 12 Matth. 24, 12 16 Luc. 8, 30 17 Ephes. 6, 12 22 II Thess. 2, 7 cf. Eccl. 3, 16 Es. 59, 14 24 Luc. 18, 8

2 et reliqua *om. PL* 3 Iudaeorum *post* sedebit in templo *transponit C* 4 inuiolabili (in *s. u.*) *P* obnoxium *P* (-io *m2*) *BL* 5 aut ir. u. subruat *in mg. inf. P* 6 et *pr.*] sed *X* 7 redimenda . . . propter *s. u. m3 P, om. L* 8 et *om. Gγ* reprimenda] redimenda *Xχ* 10 famis *X* 11 iezabel *B* zizabel *O* zyzabel *Fπ et* (e *s.* y) *V* 14 et *om. PL* 16 legionis *χ* legis *cet.* exercitu (u *in ras.*) *P* exercita *L* 21 rursum *X* dno *P* (*m3* dnm) *L* 22 iste] in te *PL* ipse *π* dimedio *αL* dimidio *G* iniustitia (in *s. u. m2*) *P* 23 exulat *Cχ*. exultat *cet.* (t *pr. del. πV*) 24 dixerit *P* (er *s. u. m3*) *L*

numquid inueniet fidem super terram? uel in nostra
utique terra uel in orbe terrarum. sic et alibi: dominus
respexit super filios hominum si est intellegens
aut requirens deum, non quia dubitet deus, sed quia ita F
rara erat in hominibus fides, ut secundum opinionem hominum
20 uideretur esse dubitandum. ergo quando in medio templi est
diabolus, desolatio abominationis est secundum Danihel pro-
phetam, cum autem unicuique laboranti Christi praesentia
spiritalis inluxerit, tollitur iniquus e medio, et incipit regnare
iustitia, quae omnem fidelium mentibus euacuat principatum.
21 est etiam tertius antichristus aut Arrius aut Sabellius, immo 1509 A
omnes sunt antichristi qui praua nos interpretatione seducunt.
et ideo qui legit intellegat; qui intellegit non seducitur,
ut credat falsa pro ueris, more utique Iudaeorum, qui uerum
Christum negarunt, unde consequens erit ut credant uerum
esse qui falsus est. sic et Arriani quod negant Christo anti-
christo non negabunt.

22 Uae illis quae in utero habent et ubera dant
21, 23 in illis diebus! ergo conceptio criminosa est? atqui liberi B
praemia nuptiarum sunt. et quomodo Sarram dominus bene-
dixit, et peperit? quomodo Anna orauit et genuit? quomodo
Rachel filios benedicta suscepit? numquid errauerunt pro-

2 Ps. 13, 2 7 Daniel 9, 27, Matth. 24, 15 13 Matth. 24, 15
20 Gen. 18, 10; 21, 2 21 Reg. I 1, 10 sqq., Gen. 30, 22 sq.

1 fidem χ pacem *P* (*exp. et s. m3* fidem) *cet.* 3 respexit dñs *X* 5 erat (i *s.* ạ *m2*) *E* hominum nec (nec *in u. extr. m2*) *P* 6 dubita *P* dubia *L* in medio ... prophetam] in dio (in idio *L*) templi desolatio abominationis (abhominationes *L*) danihel profeta (propheta *L*) *Pm1L* in medio templi ē desolatio abominationis secundum danihelē profetā *Pm3* 7 danihelem *X* 8 unicuique *om. PL* 9 inluxit *P* (-erit *m2*) *L* e] de *X* 10 omnem (em *ex* ium) *P* omnium χ 11 aut *ante* Arrius *om.* χ 13 seducatur (a *ex* i *m1*) *PE et* (*m2*) π 15 negauerunt χ 16 xp̄m α (*qui* antichristum) *X* 18 uturo (e *s.* u *alt.*) *P* dantibus *C* 19 atqui (t *ex* d) *B* ad *L* atque *P* (i *s.* e *m3, eras.*) *cet.* liberi qui (qui *s. u. m3*) *P* 20 et *om. PBL* saram *BEγT* 21 quod anna *P* (*m3* quomodo) *L*

phetae, quoniam dominus errare non potuit? sed in prophetis
quoque dominus est locutus, et ideo nec illi errare potuerunt.
23 qui igitur quadrare poterit discordia litterarum? sed quia C
ibi bellum est, conuertamur ad spiritum pacis; pax enim
dixit: mulier cum parturit, tristitiam habet, quia
uenit hora eius; cum autem pepererit, iam non
meminit tristitiae et subiecit: et uos modo quidem
tristitiam habetis, iterum autem uidebo uos et
gaudebit cor uestrum, ut ostenderet perfectorum esse
laetari, nutare infirmorum quasi adhuc incerta metuentium.
sed et hic in superioribus dixit: edebant et bibebant,
nubebant et uxores ducebant, ligantes scilicet se in D
hanc uitam et sollicitudinibus saecularibus uincientes. hae
sunt utique praegnates, quibus uae dicitur, quae aruinam
suae carnis extendant et quibus intimorum gressus pigrescat
24 animorum, effetae uirtutum fetaeque uitiorum. sed nec illae
praegnates condemnationis exortes sunt, quae in bonorum
actuum molimine constitutae necdum aliquos suscepti operis
dedere processus. sunt enim et quae de dei timore conci- E
piunt, quae dicunt: de timore tuo concepimus et
parturiuimus. sed non omnes pariunt, non omnes perfecti,
non omnes possunt dicere: peperimus spiritum salutis
in terra, non omnes Mariae, quae de spiritu sancto Christum
concipiant, uerbum pariant. sunt enim quae abortiuum ex-
cludant uerbum, antequam pariant, sunt quae in utero Christum

1 Hebr. 1, 1 5 Ioh. 16, 21 7 Ioh. 16, 22 11 Luc. 17, 27
20 et 22 Esai. 26, 18 24 Exod. 21, 22

5 tristiciam (ci *s. u.*) *P* quoniam *PBL* 6 peperit *Pm1* (*corr. m3*) *απE* (*corr. m2*) *m1 O* 7 tristitiam *P* (e *s.* m *m3*) *L* tristitia *α* pressure *C* et subiecit *BCXχ* et subditur *α* habetis iterum et subiecit *P* (habetis iterum *exp.*) *L* et *om. P* 12 ligantes *Xχ* laeti gaudentes *cet.* 13 et *del. m2 P* 14 itaque *Costerius* pregnantes (n *s. u.*) *P* praegnantes *cet.* aruinam] ad ruinam *αγT* arinam *G* ruinam *E* ruinae *X* 16 illa *PLX* (-ae *m2 PπV*) 17 exortes *CX* exhortae *α* exsuortes (s *alt. s. u.*) *G* exsortes *B* (so *in ras.*) *EγT* experte *PL*

habeant, sed nondum formauerint, quibus dicitur: filioli
mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus
in uobis. ergo qui adhuc in utero sunt parturiuntur quasi F
inperfecti; iam illi perfectiores, quibus dicitur: ego uos
25 per euangelium genui. multi patres per euangelium et
multae matres, quae Christum pariunt. quis mihi igitur Christi
monstret parentes? ipse monstrauit dicens: quae mihi est
mater aut qui fratres? qui fecerit uoluntatem
patris mei, qui in caelis est, ipse mihi et frater
et soror et mater est. fac uoluntatem patris, ut Christi
mater sis. multae conceperunt Christum et non generauerunt.
ergo quae parit iustitiam Christum parit, quae parit sapien- 1510 A
tiam Christum parit, quae parturit uerbum Christum parturit.
26 est etiam quae parturiuit iniustitiam et peperit ini-
quitatem. istis uae praegnantibus, quae corpore graues ad
euadendum periculum pigriores sunt; istis uae, quibus futuri
partus, quo corpus omne concutitur, dolor integer his futuri
signa iudicii initia sunt dolorum.
27 Docuit etiam Moyses esse praegnatem, quam si duo con- B
culcauerint litigantes, abortum cito incidat. et ideo bona
femina litem fugiat, sequatur pacem, ut partum possit absol-
uere, nec nouem mensuum tempus exspectet: uerbi partus
non in temporis, sed diligentiae plenitudine est. consum-
matus autem in breui iustus inpleuit tempora
multa. at contra cito anima inperfecta calcatur et uerbum

1 Galat. 4, 19 4 I Cor. 4, 15 7 Matth. 12, 48 et 50 14 Ps. 7, 15 16 Luc. 21, 23 18 Matth. 24, 8 19 Exod. 21, 22 23 Sap. 4, 13

1 habeant (a *s. u.*) *P* habent *X* formauerunt *αC et m1 T* 3 pariuntur *X* 5 multi . . . euangelium *s. u. m3 P, om. L* 7 est mihi *X* mihi (*om.* est) *C* 9 et *om. X* 11 multi *X* genuerunt *PBCGγL* 17 integer] interis *α* 19 praegnantem *P* (n *s. u. m2*) *cet.* 20 abortiuum *PL* auortum *C* inducant *χ* uana *P* (bo *s.* ua) *L* 21 sequatur ṣẹqụạṭụṛ *P* 22 mensum *P m1* mensium *L et m3 P, m2 O* 23 tempore *PBL* in (*s. u. m2*) plenitudine (tu *s. u.*) *P* 24 inplebit *X* (*om.* π, *s. u. m2* expleuit)

quod concepit amittit. sed uae illi qui scandalizauerit unum de pusillis istis, uae ei qui praegnatem calcauerit! nam si C informe adhuc pignus excluserit, pecuniae iactura est; si uero formatum, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu.

28 sed cur oculum aut manum, cum abortiuus et manum habeat et oculum habeat, qui iam formatus excussus est? unde apparet pro eo modo quo nocuit unumquemque damnandum. si enim catecumenum quis uel haereticus uel schismaticus tamquam de utero uel animae uel ecclesiae parturientis D excusserit, leuius punitur; si fidelem, grauius. et ideo cauendum ne cum talibus litigando ecclesiam calces; stultas enim et sine disciplina quaestiones deuita sciens quia generant lites, quibus ecclesia quasi parturiens

29 totius corporis conculcatione uexatur. ergo cito reple uentrem tuum, ut citius possis partum edere. audi quomodo repleas et quibus repleas: ex fructibus inquit oris sui uir inpleuit uentrem suum, fructibus autem labiorum E suorum satiabitur.

30 De nutrientibus quoque docuit me Salomonis illud sublime iudicium et illa duarum contentio feminarum, quod etiamsi iam partus dolore sint absolutae, adhuc tamen confirmandorum pignorum metu nutent, quia per temulentiam nutrientis somnuas

1 Luc. 17, 2  2 Exod. 21, 23 sq.  12 II Tim. 2, 23  17 Prouerb. 18, 20  20 Reg. III 3, 16 sqq.

1 concipit *PBLX* (-cepit *m2* π)  2 ei] illi χ  praegnatem *P* praegnantem *cet.*  3 pecuniam *P* (-ae *m2*) *L*  4 uere *P* (o *s.* ę *alt.*) *L*  reddit *CX* reddat α  5 manuıp *P*  6 sed cur *in mg m3 P*, *om. L*  9 catecuminum *P m1 BL*χ cathecuminum *C* caticuminum *P m2 cet.*  scismaticum *P* (i *alt. ex* e *m2*)  10 parturientes (-is *m2*) *P*  12 calces ... ecclesia *in mg. m3 P* (calces *in sup.*, *cetera in inf.*), *om. L*  *post* enim *add.* pugnas *PX*  14 quia] quoniam *P m3 X*  15 uexatur *X*χ uexuatur α uexetur *cet.*  16 citium *P* (s *s.* ıµı) *L*  17 et quibus repleas *om. PBL*  implebit (b *ex* u) *m3 P*, *m2 GOV*  18 labiorum (i *s.* *u.*) *P*  20 salomon χ  22 partus (s *eras.* *O*π*V*) dolore *C*χ doloris *P m1 BX* (s *eras.* *O*π*V*) doloris *P m3* α labores *L*  tamen *om. X*  confitendorum *O*  23 pignerum α*X et* (e *ex* o) *E*  metuunt et quia *PL*

obrepat, paruulum mater opprimat, neget suum, quaerat alie-
num. sed et illa quae filium non peremit periclitatur suo,
31 quia iudicii haeret incerto. ergo et nos, ne quasi inperfectorum F
parentes operum aut iudicii dies aut mortis inueniat, paruulos
nostros ablactare properemus. ablactatus Isaac non fuit somno
matris obnoxius, et ideo epulum magnum exhibuit Abraham,
quando ablactauit filium. ablactatus Dauid retributionem animae
suae sperat; non enim Corinthius in primordio fidei escae
adhuc inualidus fortiori lacte potatur, sed iam pane solido
firmatus in plenitudinem perfectae aetatis adoleuerat. ergo 1511 A
non sat est cura generandi, nisi suppetat efficacia nutriendi.
32 itaque et tibi tamquam Mariae uerbum dei crescat, sapientia
et aetate proficiat. quod ita fit, si omnia dicta iustitiae in
corde custodias nec senectutis tempus exspectes, sed in prima
aetate desponsata uiro iusto sapientiam sine corruptela cor-
poris tui cito concipias, cito parias, cito nutrias. uide mihi
Paulum hesterno persequentem, hodie credentem, die crastina
praedicantem.
33 Orate ne fiat fuga uestra hieme aut sabbato. B
cum iudicii die uenturus sit dominus, ante quem ignis ardebit,
ignis autem uis aut semper eadem aut citius adurat aestate,
quomodo orandum dicit ne fuga nostra hieme fiat nisi forte
quia is qui in montes fugit frigus et glaciem, procellas et gran-
dinem delictorum timere non debet sed optare aestiuae lucis

5 Gen. 21, 8 7 Ps. 130, 2 8 I Cor. 3, 2 9 Hebr. 5, 12 10 Ephes. 4, 13 16 Act. 9, 1. 18. 20 19 Matth. 24, 20 20 Ps. 96, 3

1 necet *PαBL* 2 et *om.* *χ* 4 parente *P* (s *s. u. add. m2*) *L* 6 exibuit *PL* habraham *ET* 7 filium suum *X* 8 sperauit *α* *post* enim *add.* ut (*s. u. m2 E*) *EX* corinthius *C et m2 GOπ* corintheus *L* corinthios *cet.* (i *s.* ọṣ *m2 E, m1 O*) 9 inualidos *PBLχ* (-us *m2 E*) fortiori (i *alt. ex* e) *G* potatur (bat *s.* ṭụṛ *m3*) *P* 11 satis *BCLX* 14 custodiat *P* (s *s.* t *m2*) *L* expectes (es *in ras. m2*) *P* expect/// (*ult. litt. incerta*) *L* 15 desponsata *αCFγO et m3 P, m2 E* disponsata *PE m1 cet.* uiro] alii uiro *PL* 19 aut] uel *PBLχ* *cf. de fug. saec. 6, 32* 20 quam *PLXχ* (*m2* quem *PEGOπV*) 23 his (h *eras.*) *P* 24 non debet sed] debet sed *L* debes sed *G* debet et *ed. Rom.*

serenitatem ne lubrico corporis uestigia infirma labantur?
34 unde et illa iam secura processu, iam firmis radicibus nixa
laetatur dicens: hiems abiit, tempus secandi aduenit; C
hieme etenim arbores uentus suo honore dispoliat et aspe-
ritas frigoris teneras frondes in speciem mortis interficit; uere
autem resurgunt semina et tamquam noua aestas naturae
uiridantis adolescit. uere pascha est, quando seruatus sum;
aestate est pentecoste, quando resurrectionis gloriam cele-
35 bramus ad instar futuri. orandum etiam ne sabbato te, hoc
est ab operibus otiantem ueniens dominus deprehendat. et D
ideo iuxta legem operare diem in diem et esto spiritu
feruenti et labore peruigili. nec otiosum illud quia scriptum
est: sabbato humiliabis animam tuam, et quia septua-
ginta annis populus in captiuitate durauit, tunc uiolata religio,
obtrita libertas, pudicitia uulnerata. ergo tunc tibi emigrandum
ex hac uita, quando uirtutes uigent, uitia captiua sunt, non
quando captiua est anima, uigor eius et uirtus uacat, corporis
peccata dominantur. E
36 Et erunt signa in sole et luna et stellis. et
21, 25 prophetiae uera series et integra causa mysterii quod et
captiui Iudaei secundo in Babyloniam Assyriamque ducentur,
21, 24 captiui in toto erunt orbe, qui negauerunt Christum, et
Hierusalem quae uidetur ab hostili exercitu calcabitur caden-
tibus Iudaeis in ore gladii et Iudaea omnis a nationibus
credituris subicietur in ore gladii spiritalis, qui est sermo F
bis acutus, et fient signa diuersa in sole et luna et stellis.
37 quae signa secundum Matthaeum euidentius exprimuntur.

3 Cant. 2, 11 sq. 13 Leuit. 16, 31 25 Hebr. 4, 12

2 illud *X* ille *χ* 4 hieme (s *s.* e *alt.*) *P* enim *C* uentus] *om.* *PL*, uento *X* humore *X* 8 pentecostes (s *alt. eras.*) *P* 9 te *om.* *X* 11 diem in diem *BX* (π *m1*) diem in die *PLχ* de diē in diem *aC et m2* π 13 LXX *PL* 17 uigor eius et *X* (*et Em2*) et uigor eius et *C* uigor eius sed *χ* uigores et *P m1* uigoris et *P m3 aBL* uacua *aC* 18 et (*s. u. m3*) peccata *P* 21 assyriorumque *P* (um *s.* ọṛụṃ *m2*) ducuntur *Lχ* 22 quia *χ* 25 credituris] iudeis inoris *P* (re *s.* ris; *exp. haec uerba m2*) iudeis inoreris *L*

tunc inquit sol obscurabitur et luna non dabit lumen
suum et stellae cadent. plurimis enim a religione de-
ficientibus clara fides obscurabitur nube perfidiae, quia mihi
sol ille caelestis mea fide uel minuitur uel augetur. quemad-
modum si plurimi radios mundani solis aspiciant, pro captu
uidentis aut pallidior sol uidetur aut clarior, ita pro deuotione
credentis unicuique spiritale lumen infunditur. et quemad-
modum menstruis cursibus luna uel terrae oppositu, cum
fuerit e regione solis, uanescit, sic et sancta ecclesia, cum
lumini caelesti uitia carnis obsistunt, fulgorem diuini luminis
de Christi radiis non potest mutuari. namque in persecutionibus 1512 A
38 lucem dei solus plerumque amor uitae huius excludit. cadent
stellae, illi utique resurrectionis gloria iam micantes, illi
uiri sicut luminaria in saeculo uerbum uitae
continentes, illi uiri, de quibus Abrahae dictum est quia
sicut caelum fulgeret et stellae, sic et semen eius. excident
ergo hominibus patriarchae, exciderit prophetae, si persecutionis
acerbitas conualescat. quae oportet fieri, donec ecclesiae in B
omnibus uirtutum, in singulis plenitudo cumuletur; sic enim
probantur boni, sic produntur infirmi. ergo uarii animorum
aestus ita graues erunt, ut delictorum multitudine male
consciis futuri iudicii metu sacri in nobis ros fontis arescat;
aret enim perfidia, fides rorat.
39 Nam uirtutes in caelo conmouebuntur, et tunc
21, 26 sq. uidebunt filium hominis uenientem in nubibus.
fortasse quemadmodum domini exspectatur aduentus, ut eius C

1 Matth. 24, 29 2 Matth. 24, 24 4 Malach. 4, 2 14 Phil. 2, 15 sq. 15 Gen. 15, 5; cf. Dan. 12, 3

2 stellae (t *s. u*) *P* 4 olle *P* (ille *m2*) *L* iste *C* 6 rarior *PL* 8 obpositū *αγT* obposita *GO* 10 fulgorem *CXχ et* (em *in ras.*) *B* fulgore *α* fulgores *PL* diuinis *P* (s *eras.*) *L* 11 *ante* non *add.* uidere *X* mutuari *P* (u *alt. s. u.*) *B* (uari *in ras.*) mutari *γOT et* (*corr. m2*) *C* nam (*om.* que) *PL* 12 die *P* (diei *m2*, dei *m3*) *L* 16 sicut . . . uiri *intra uersus m2 P, om. CL* caelum fulgeret *αCχ et* (fulget) *B* caelum fulgor *X* caelis fulgur *P* (s *eras.*) *L* et *alt.*] erit *PL* 19 uirtutibus *χ* 23 roborat *PL* 24 caelorum (*om.* in) *Xχ*

praesentia in toto fiat uel hominis orbe uel mundi, quae
fit utique in singulis, cum omnibus affectibus receperis
Christum, sic etiam uirtutes caelorum aduentu domini salutaris
ac reditu — est enim uirtutum dominus — augmentum
gratiae consequantur necesse est et plenitudine diuinitatis
40 propius se infundente moueantur. sunt etiam uirtutes caelorum, D
quae enarrant gloriam dei, et quae pleniore Christi
infusione moueantur, uirtutes spiritales, quae uident Christum.
docuit nos Dauid quemadmodum hae moueantur uirtutes
dicens: accedite ad me et inluminamini. docuit
41 etiam Paulus quemadmodum Christum uideas; cum enim
conuersus fueris ad dominum, aufertur uelamen,
21, 27 et uides Christum. uides illum in nubibus. non equidem
puto quod in caligine tenebrosa et horrore pluuiali Christus E
adueniat — nubes enim uidentur, caelum utique caliganti
horrore subtexunt, et quomodo in sole tabernaculum po-
42 suit suum, si pluuialis erit eius aduentus? — sed sunt nubes
quae quia sic oportet caelestis obtexunt mysterii claritatem,
sunt nubes quae rore gratiae spiritalis umescant. aspice nubem
in ueteri testamento: in columna inquit nubis loquebatur
ad eos. per Moysen utique loquebatur, per Iesum Naue, qui
solem statuit, ut plenioris acciperet luminis claritatem. ergo F
Moyses et Iesus Naue nubes sunt. aspice quia uiri sancti

4 Ps. 23, 10   6 Ps. 18, 2   10 Ps. 33, 6   12 II Cor. 3, 16   13 Matth. 24, 30   16 Ps. 18, 6   18 Esai. 45, 8   19 Exod. 13, 21; 33, 9   20 Ps. 98, 7   21 Ios. 10, 12

2 receperint χ   3 saluatoris *X*χ   4 augmentum (g *s. u.*) *P*   5 consequentur *X* (*et E m2*)   necesse est *om.* χ   6 moueantur *P* (n *s. u. m2*) *L*   7 et *om. PL*   8 infusionem *P* (m *del. m2*) *L*   9 haec moueantur *X* emoueantur *E* (he *m2*) γ*T* moueantur *G*   10 me] eum *X*χ   12 fuerit *P* (s *s.* t *m3*) *L*   13 nonne quidem *X*χ*L*   15 *post* enim *add.* quando *s. u. m3 P* quae χ (*et m2 V*)   in caelum et α*C* caelorum *X*   caliginantium χ   16 posuit tabernaculum χ   18 quae] aquae *X*   obtexant α   20 uetere *P m1* (ueteri *m3*) *L*   21 ihu *XE*γ*T*   22 luminis acciperet χ   acceperit *X*   23 ihu naue *P* (-us *m3*) *BL*, hiesus naue α   nubes *in mg. m3 P*, *om. BL*

nubes sunt, qui sicut nubes uolant et quasi columbae
cum pullis. super me nubes sunt Esaias, Ezechihel, qui
mihi per Cherubin et Seraphin sanctitatem diuinae trinitatis
ostendunt, nubes sunt omnes. in his nubibus uenit Christus,
uenit in nube in Canticis canticorum serena nube et sponsi
refulgens laetitia, uenit et in nube leui incarnatus ex uirgine;
uidit enim propheta sicut nubem uenire ab oriente. et bene
leuem nubem dixit, quam terrena uitia non grauarent. uide
nubem, in quam sanctus spiritus superuenit et uirtus altissimi
43 obumbrauit. cum ergo apparuerit Christus in nubibus, con- 1513 A
cident se tribus terrae; est enim quidam ordo criminum
et series peccatorum, quae Christi dirimatur aduentu.
44 Uidete ficulneam et omnes arbores. cum pro-
21, 29 sq. ducunt ex se fructum, scitis quia prope est aestas.
diuerso quidem modo in unum tamen concurrere uidetur
euangelistarum sententia. Matthaeus enim de sola dixit ficulnea,
cum ramus eius tener fuerit, hic de arboribus omnibus. uerum B
siue cum fructus in omnibus uirescit arboribus et ficulnea
fecunda iam floret, ut omnis lingua confiteatur deo confitente
etiam populo Iudaeorum, sperare domini debemus aduentum,
quo tamquam temporibus aestiuis resurrectionis fructus metentur, siue cum leuem fragilemque iactantiam homo iniquitatis
tamquam folia synagogae ramus induerit, conicere debemus
adpropinquare iudicium; nam remunerari fidem dominus et
45 delinquendi finem adferre festinat. duplicem igitur habet figuram C

1 Esai. 60, 8 2 Esai. 37, 16; 6, 2, Ezech. 10, 1; cf. Dan. 3, 55 4 Apoc. 1, 7; Dan. 7, 13 5 Cant. 3, 6 et 11 6 Esai. 19, 1 9 Luc. 1, 35 10 Apoc. 1, 7; cf. Zach. 12, 10 16 Matth. 24, 32 19 Rom. 14, 11 Philipp. 2, 11; Esai. 45, 24 23 II Thess. 2, 3, Rom. 11, 17 sq.

1 qui sicut] quia quasi χ 2 et ezechihel α 3 cherubym- *L* serafin *P* seraphim χ seraphym *L* 4 *post* omnes *add.* prophetae *s. u. m3 P, m2 E* 5 et *om. P*χ 6 et *om.* α *et* (*in quibus* ueniet) *X* 7 prophetas *X* nube α*X* 9 quam *P*α*BC*γ*L* (uide ... superuenit *om. G*), qua *cet.* 10 apparuit *X* 16 enim *om. PBL* 23 synagoga *E*γ*T* ramos α*C*χ ramo seu (seu *V*) *X* 24 remunerari (-re *m3*) *P*, (-re *m2*) *E*

hic ficulnea, uel cum dura mitescunt uel cum peccata luxuriant. nam per fidem credentium quae arebant ante florebunt et per gratiam delictorum peccatores gloriabuntur. ibi fructus est fidei, hic perfidiae lasciuia. fructum mihi ficulneae agricolae euangelici cultura promittit. desperare non debemus, si foliis ficulneae peccatores se tamquam fraudis ueste texerunt, ut conscientiam uelarent; ergo folia suspecta sine fructu. tales D
uestes paradisi exules habent.

46 Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret
22, 10 uobis homo amphoram aquae portans. bonum est considerare ubi dominus pascha faciat. secundum Matthaeum habes: ite in ciuitatem ad quendam. primum maiestatem diuinitatis aduerte. cum discipulis loquitur et iam nouit quid alibi sit futurum. deinde dignationem eius intuere, quia non E
persona diuitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur et angustum hospitium pauperis amplis nobilium aedibus antefertur. ite inquit ad quendam. sciebas, domine, nomen eius, cuius sciebas ministerium, sciebas ministerium, cuius sciebas occursum, sed ideo sine nomine designatur, ut ignobilis aestimetur. nihil hic conpositum, ubi non exprimitur personā, sed causa. secundum Marcum autem lagunam aquae
47 portans. hic ergo apostolis mandatur sequendus. et quo- F
22, 11 sq. modo pater familias? ut agnoscas sanctitatis definitionem esse, non census. quomodo in superioribus habens stratum? ut magnum meritum eius aduertas, in quo dominus cum discipulis sublimium uirtutum eius delectatione requiesceret. utinam

4 Luc. 13, 9 7 Gen. 3, 7 12 Matth. 26, 18 21 Marc. 14, 13

1 hic] in χ haec *L* cum *alt. om. BLX*, *s. u. m3 P* 6 ficulneis *X* fraudes (-is *m2*) *PX* fraudi α 7 suscepta α*C*χ 9 ciuitate occurrit *X* 11 in (*s. u. m2*) pascha *P* faciat] ueniat *PL* 16 amplissimis π amplissimo *FOV* 18 *alt.* sciebas ministerium *om. X* (*in quibus* mysterium sciebas) χ 19 ignobilis (ig *s. u.*) *P* 20 hic *s. u. P* 21 langunam (n *eras.*, e *s.* u *m2*) *P* lagoenam *BGL* languenam π *et* (u *s. u.*) γ laguenam *cet.* (u *exp. m2 CV*) 22 et] sed *C* 24 stratum magnum *P* (magnum *s. u. m2*) χ 25 magnum *om.* χ aduertas agnoscas *X*

ergo mihi contingat amphoram aquae portare, contingat lagunam 1514 A
aquae portare, quam portat pater familias habens in superioribus
stratum magnum. quid est enim amphora nisi mensura per-
fectior non mediocrem mensuram habens? dominus mensuram
inquit bonam conmotam super effluentem dabunt
48 uobis. nam de aqua quid loquar? super aquam ante ipsos
mundi natales sanctus, ut legitis, spiritus ferebatur. o aqua,
quae humano aspersum sanguine, ut praesentium lauacrorum
figura praecederet, orbem terrarum lauisti! o aqua, quae sacra- B
mentum Christi esse meruisti, quae lauas omnia nec lauaris!
tu incipis prima, tu conples perfecta mysteria. a te principium,
in te finis, uel potius tu facis ut finem nesciamus. per te
faetor tabidae carnis aboletur et pereuntia situ uiscera asperso
sale in multam seruantur aetatem. per te arentibus aestu
corporibus dulcis ad gratiam, salutaris ad uitam, suauis ad
uoluptatem potus infunditur, tu nomen prophetis et apostolis, C
tu nomen saluatori dedisti — illi nubes caeli, illi sal mundi,
ille fons uitae est —, quae montibus pressa non clauderis,
quae scopulis inlisa non frangeris, quae terris infusa non
deficis, sed intimis scaturriens uenis aut spiritum inclusa
uitalem inhalas aut sucum diffusa fertilem praestas aut rigatum
superfusa adcommodum subministras, ne siccatis exanimata
uitalibus sollemnes neget terra prouentus. omnium elementorum
substantia, caelum aer mare terra te reddunt. te prophetico D

4 Luc. 6, 38 6 Gen. 1, 2 11 Uerg. Ecl. VIII 11 17 Esai. 60, 8; Dan. 7, 13 18 Matth. 5, 13, Ps. 35, 10, cf. Ioh. 7, 38 22 Ps. 1, 3 24 Exod 17, 6

1 lagunam *P m1* lagoenam *BGL* languenam *γπ* laguenam *P m2 cet.* (u *exp. m2 CV*) 2 *ante* habens *add.* portat *χ* superibus (ori *s.* i) *P* 4 non mediocrem *PαCL* non mediocres qui mensuram habent *BXχ* 5 et (*s. u. m2*) supereffluentem *P* superaffluentem *G* superfluentem *ET* 6 supra quam *BX* supra aqua *α* 7 legitis *X et m2 E* legisti *αB* legis *Cχ* legitur *PL* 8 laba**crorum (v *s.* b *m2*) *P* 9 lauasti *E* (-isti *m2*) *T* lauis *P* (*m2* -as) *L* 11 tu *alt. P m1*, tū *P m3 L* 18 ille fons uitae est] tu fons uitae es *PBL* clauderes (-is *m3*) *P* 20 inhalas inclusa uitalem *PL* 21 infusa *PBL* 22 rigatum s. adcommodum *Engelbrecht* rigatu s. adc. *libri* exanimata *αCπ et m2 V* examinata *V m1 FOχ* exinanita *PBL* 24 et terra *Xχ* te *om. X*

percussa tactu, ut sitientium rigares corda populorum, euomuit
petra, te, cum de latere saluatoris erumperes, percussores
uiderunt et crediderunt, et ideo regenerationis nostrae de
tribus una es testibus; tres enim testes sunt, aqua,
sanguis et spiritus, aqua ad lauacrum, sanguis ad pretium,
spiritus ad resurrectionem.
49 Et ego quidem dispono uobis, sicut disposuit E
22, 29 mihi pater regnum. regnum dei non est de hoc mundo.
non ergo aequalitatis homini ad deum, sed similitudinis
aemulatio est; solus enim Christus est plena imago dei propter
expressam in se paternae claritudinis unitatem; iustus autem
homo ad imaginem dei est, si propter imitandam diuinae
conuersationis similitudinem mundum hunc dei cognitione
contemnat uoluptatesque terrenas uerbi perceptione despiciat
quo alimur in uitam. unde et corpus Christi edimus, ut uitae F
aeternae possimus esse participes. non enim uictus et potus
nobis praemii loco spondetur et honoris, sed communicatio
22, 30 gratiae caelestis et uitae, neque duodecim throni tamquam
aliqua corporalis sunt receptacula sessionis, sed quia secundum
diuinam similitudinem iudicat Christus cognitione cordium,
non interrogatione factorum uirtutem remunerans inpietatemque 1515 A
condemnans, ita et apostoli in iudicium spiritale formantur
remuneratione fidei, et exsecratione perfidiae, uirtute errorem
50 redarguentes, sacrilegos odio persequentes. conuertamur igitur

2 Ioh. 19, 34 4 I Ioh. 5, 8 8 Ioh. 18, 36 10 Coloss. 1, 15
11 Coloss. 3, 10

1 euomuit *α* te uomuit *P* (t *pr. eras.*) *BL* uomuit *cet.* 3 et crediderunt *om.* *χ* 4 est *X* e *G* 5 et *del. m2 P* *post* sanguis *add.* et sps aqua *P* (*haec exp.*) *L* 8 de] in *X* 9 dm̄ *GX* dnm *γ* (n *exp.*) *cet.* 10 est *alt. om. PBL* 14 uoluptatemque *P* (s *s.* m *m2*) *L* uerbi] dei *P* (*s. u. m2* uerbi) *BL*, uerbi dī *C* 15 uita* *PB* (e *ut uidetur eras.*) uitae *L* uita *Gγ* 16 possumus *X* 17 et *s. u. m3 P*, *om. L* communicatio (o *pr. ex* u) *P* cumminatio *L* 18 XII *PCL* 19 *post* quia *add.* sicut *ed. Rom.* 23 et ex(s)ecratione *αBχ* exsecratione *P* (*inter* x *et* s *rasura unius litterae*) *CL* et secretiore *X* 24 igitur *om. PL*

et caueamus ne in perditione aliqua inter nos de praelatione
possit esse contentio; si enim contendebant apostoli, non ex-
22, 32 cusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. si Petrus ali-
quando conuertitur, quia primam domini secutus est uocem, B
quis potest dicere cito se esse conuersum? caue ergo iactan-
tiam, caue saeculum; ille enim confirmare iubetur fratres
suos qui dixit: omnia reliquimus et secuti sumus te.
51 deinde contuendum est quia non omnis honorificentiae studio
humilitas definitur; potes enim deferre alicui propter saeculi
gratiam, potentiae metum utilitatisque contuitum. tua aedifica-
22, 26 sq. tio quaeritur, non alterius honor, et ideo una datur omnibus C
forma sententiae, ut non de praelatione iactantia sit, sed de
humilitate contentio, eoque se dominus proponit imitandum.
egebamus omnium, ipse nullo, et tamen praebuit se humilitatis
auctorem, cum discipulis ministraret. quod utique faciebat non
52 studio utilitatis, sed exercitatione uirtutis. Petrus autem etsi
22, 34 spiritu promtus, corporis tamen adhuc infirmus adfectu de-
nuntiatur dominum negaturus; neque enim poterat diuinae
constantiam intentionis aequare. passio domini aemulos habet, D
pares non habet. ita non reprehendo quod negauit, laudo quod
22, 54—62 fleuit. aliud commune condicionis est, aliud speciale uirtutis.
et ideo instruitur ad cauendum, non cogitur ad negandum.
53 Qui [non] habet inquit sacculum tollat, similiter
22, 36 et peram et qui non habet uendat tunicam suam

3 cf. Matth. 13, 15; Marc. 4, 12 4 Matth. 4, 19 sq. 7 Luc. 18, 28 14 Ps. 15, 2

1 ne in perditione aliqua *PaBCL et* (perditionem aliquam) *X* impendio ne qua *χ* 2 excusatione *P* (-ni *m2*) *aLX* 4 qui ad *P* (ad *s. u. m2*) *et* (d *s. u. m2*) *πV* secuti sunt *P* (*corr. m3*) *BL* 6 iubet *X* 8 studium humilitatis *χ* 9 potes *χ* potest *P* (t *alt. eras.*) *cet.* deferri *X* 10 humilitatisque *PBL* 13 emitandum *P* (*corr. m3*) temptandum *L* 15 faciebat *om. PBL* 17 promptus *P m3* 18 denegaturus *X* 20 pares non habet *om. PL* 23 non *exp. m2 PEπ*; *deleui ut e glossemate* nunc *ortum;* nunc *ed. Rom. pessime, cum in sacra scriptura legatur* sed nunc qui

et emat sibi gladium. cur emere iubes, qui ferire me E
prohibes? cur haberi praecipis quem uetas promi? nisi forte
ut sit parata defensio, non ultio necessaria, ut uideare potuisse
uindicari, sed noluisse. lex tamen referire me non uetat et
22, 38 ideo fortasse Petro duos gladios offerenti sat est dicis,
quasi licuerit usque ad euangelium, ut sit in lege aequitatis
54 eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. multis hoc iniquum
22, 37 uidetur, sed non iniquus dominus, qui cum se posset ulcisci, F
maluit inmolari. est etiam gladius spiritalis, ut uendas patri-
monium, emas uerbum, quo mentis penetralia uestiuntur. est
etiam gladius passionis, ut exuas corpus et inmolatae carnis
exuuiis ematur tibi sacri corona martyrii, quod ex benedictionibus
dominicis colligere potes, qui summam omnium coronam, si
quis persecutionem patiatur pro iustitia, praedicauit. denique
ut scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum
55 animos, de se exemplum protulit, dicens: quoniam hoc 1516 A
22, 37 quod scriptum est oportet impleri in me, quod et
cum iniustis deputatus est. mouet tamen adhuc quod
duos gladios discipuli protulerunt, ne forte unum noui, unum
ueteris testamenti, quibus aduersum diaboli armamur in-
sidias. denique dicit dominus: sat est quasi nihil desit ei
quem utriusque testamenti doctrina munierit.
56 Pater, si possibile est, transfer a me calicem B
22, 42 sq. hunc. haerent plerique hoc loco, qui tristitiam saluatoris ad
argumentum inolitae potius a principio quam susceptae ad

1 Matth. 26, 52 10 Matth. 13, 44 sq. 13 Matth. 5, 10
20 Ephes. 6, 11

1 *ante* emat *add.* ęş⁎ ụṭ *P* (*exp. m2*) aes et *L* emat sibi gladium] emat gladium sibi *B* gladium sibi emat *PL* me iubes *PBL*, me *s. u.* *C*, *post* iubes *add.* gladium χ 2 haberi *P m1 αBCL* habere *P m2 cet.* 3 uideare α (a *eras.*) π uidear *PL* uidear me *B* uidearis *EγT* uideri *GV m2* uidere *COV m1* uide *F* 4 uindicare *E m1 L* me *om.* *PBL* 5 satis *PL* dicit χ dicens α 6 ingens *P* (*m2* in lege) *L* 8 possit *GLX* 10 *post* quo *add.* nuda χ 13 coronarum χ 19 alterum ueteris *PL* 20 ueteris sit (sit *s. u. m3*) *P* aduersus χ 21 satis *PLX* 24 hunc] istum *ET* plurimique *X* salutaris *PBL*

tempus infirmitatis inclinant et naturalis sensum cupiunt
detorquere sententiae. ego autem non solum excusandum non
puto, sed etiam nusquam magis pietatem eius maiestatem-
que demiror; minus enim contulerat mihi, nisi meum susce-
pisset affectum. ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit
quod doleret, et sequestrata delectatione diuinitatis aeternae C
taedio meae infirmitatis adficitur. suscepit enim tristitiam
meam, ut mihi suam laetitiam largiretur, et uestigiis nostris
descendit usque ad mortis aerumnam, ut nos suis uestigiis
reuocaret ad uitam. confidenter ergo tristitiam nomino, quia
crucem praedico; neque enim speciem incarnationis suscepit,
sed ueritatem. debuit ergo et dolorem suscipere, ut uinceret
tristitiam, non excluderet. neque enim habent fortitudinis
laudem, qui stuporem magis uulnerum tulerint quam dolorem; D
homo enim in plaga et sciens inquit ferre infirmitates.
57 nos uoluit erudire, ut quia in Ioseph didiceramus carcerem
non timere, mortem uincere disceremus in Christo et quod
est amplius quemadmodum futurae mortis maestitiam uince-
remus. quomodo enim te imitaremur, domine Iesu, nisi seque-
remur ut hominem, nisi mortuum crederemus, nisi uulnera
uidissemus? quemadmodum discipuli crederent fuisse mori- E
22, 45 turum, nisi morituri tristitiam conperissent? sic adhuc dormiunt
et nesciunt dolere, pro quibus Christus dolebat; ita enim
legimus quia peccata nostra portat et pro nobis
dolet. doles ergo, domine, non tua, sed mea uulnera, non
tuam mortem, sed nostram infirmitatem: et nos aestimauimus
te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres;

15 Esai. 53, 3 16 Gen. 39, 20 sqq. 24 Esai. 53, 4 25 concil. Constantinop. 3 act. 10

1 sensu *BXχ* 2 retorquere *χ* 3 maiestatem eius pietatemque *PBL* 4 demi**ror (se *uidetur eras.*) *P* de miro *L* contulerit *X* mecum (c *eras.*) *P* 5 nihil (*eras.*) nihil *P* 6 dilectione *X* 7 suscepit (i *s. u.*) *P* 10 ergo] enim *X* 13 fortitudinem *P* (is *s.* em *m2*) *L* 15 inquit *ante* enim *repetunt X* infirmitates (e *ex* i *m2*) *P* 16 quam *P* (quia *m2*) *L* 21 uidissemus (i *alt. ex* e *m3*) *P* 22 sed *PL* si (ed *s.* i *m3*) *π* 23 dolebat (b *s. u. m2*) *P*

infirmatus enim es, sed propter peccata nostra, non
quia tibi illa infirmitas erat ex patre adsumta, sed pro me F
suscepta, quia mihi proderat ut eruditio pacis nostrae esset
58 in te et liuore tuo uulnera nostra sanares. sed quid mirum
si pro omnibus doluit qui pro uno fleuit? quid mirum si
moriturus pro omnibus taedeat, qui Lazarum resuscitaturus
illacrimat? sed et ibi piae sororis lacrimis commouetur, quia
mentem humanam tangebant, et hic alto operatur affectu, ut
quia in carne sua peccata nostra perimebat, maerorem quoque
animae nostrae suae animae maeror aboleret. et fortasse ideo 1517 A
tristis est, quia post Adae lapsum tali transitu nobis erat ex
hoc saeculo recedendum, ut mori esset necesse: deus enim
mortem non fecit nec laetatur perditione uiuorum
et ideo fastidit quod ipse non fecit.

59 Denique ait: transfer a me calicem istum, quasi
22, 42 homo mortem recusans, quasi deus sententiam suam seruans;
oportet enim mori nos saeculo, ut resurgamus deo, ut iuxta
diuinam sententiam lex maledictionis resoluto in terrae limum B
60 naturae fine soluatur. quod autem ait: non mea uoluntas,
22, 42 sed tua fiat, suam ad hominem rettulit, patris ad diuinitatem;
uoluntas enim hominis temporalis, uoluntas diuinitatis
aeterna. non alia uoluntas patris, alia filii; una enim uoluntas,
ubi una diuinitas. disce tamen deo esse subiectus, ut non C
quod ipse uis eligas, sed quod deo scias esse placiturum.
61 deinde uerborum ipsorum proprietatem consideremus: tristis
est anima mea et alibi: nunc anima mea turbata est

1 et 4 sq. Esai. 53, 5 4 sqq. Ioh. 11, 33 et 35 11 Hebr. 9, 15 12 Sap. 1, 13 17 Gen. 3, 19 19 concil. Constantinop. 3 act. 10 25 Matth. 26, 38 26 Ps. 6, 4

1 peccata] delicta *C* 2 illa tibi χ pat** (er *eras. et s.* tre) *P* 5 et quid *X* 6 resuscitaturus (tu *s. u. m2*) *P* 8 humanam . . . operatur *in mg. m3 P, om. L* 12 esset (t *s. u.*) *P* 13 *ante* perditione *add.* in *B* (in *s. u. m2*) *X*χ 18 resoluto (o *alt. in lit.*) *P* resoluta χ (o *s.* a, *sed eras. T*) 21 uoluntas . . . temporalis *in mg. inf. m3 P, om. L* 23 ut *om. PBL* 26 est inquit χ est enim *CX* nunc *om.* α

ualde — non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur; anima
enim obnoxia passionibus, diuinitas libera — denique: spiritus
promtus, caro autem infirma. tristis autem est non
ipse, sed anima. non est tristis sapientia, non diuina substantia,
sed anima; suscepit enim animam meam, suscepit corpus
meum. non me fefellit, ut aliud esset et aliud uideretur: D
tristis uidebatur et tristis erat non pro sua passione, sed pro
nostra dispersione. denique ait: percutiam pastorem et
dispergentur oues gregis. tristis erat, quia nos paruulos
relinquebat. ceterum quam constanter se morti obtulerit scriptura
declarat, quandoquidem querentibus occurrit, turbatos confir-
mauit, trepidos prouocauit, proditorem osculi dignatione sus-
62 cepit. nec illud distat a uero, si tristis erat pro persecutoribus E
22, 47 suis, quos sciebat in malis sacrilegii poenas daturos. et ideo
22, 42 dixit: transfer hunc calicem a me, non quia dei filius
mortem timebat, sed quia uel malos perire nolebat. denique
ait: domine, ne statuas illis hoc peccatum, ut passio
63 sua esset omnibus salutaris. Iuda, osculo filium hominis
22, 48 tradis? magna diuinae significatio potestatis, magna disciplina
uirtutis. et consilium proditionis aperitur et adhuc patientia F
non negatur. ostendisti, domine, quem proderet, dum occulta
manifestas. ostendisti etiam quem traderet, dum dicis: filium
hominis, quia caro, non diuinitas conprehenditur. illud tamen

2 Matth. 26, 41 5 concil. Hispal. 2 c. 13 8 Matth. 26, 31
10 Matth. 26, 49 sqq. Ioh. 18, 4 sqq. 14 cf. II Thessal. 1, 9 et Ps.
106, 26 17 Luc. 23, 34

5 *post* anima *add.* que *in mg. m3 P*, quā *m2* π enim animam
meam suscepit *αχ*, *om. cet.* 6 et *om. χ* 10 scriptura declarat] con-
sequentia declarant *χ* 13 uero (e *ex* o, *cui superscriptum* i) *P* uiro *L*
14 in manis *B* in manibus *P* (*s. m. 3* inmanis) *L* inman (lis *s.* n) *E* in
manus *γ* (us *in* is *corr.*) *T* (*s. m. rec.* immanis) 16 sed quia nec malos
pro se perire nolebat *χ* 17 domine] pater *χ* 18 ne exitialis esset
populo passio sua quae esset o. s. *χ* *inde a uerbo* Iudas *incipit liber
bibl. Uaticanae ant. 3855 saec. VII f. 50ʳ hac inscriptione praemissa;*
SER. SCI AMBROSII DE V. FER. PASSIONIS (*v*) 23 diuinitas *P* (ta
*s. u. m2*) diuinis *L*

plus confutat ingratum quod eum tradiderit, qui cum esset
dei filius, propter nos tamen filius hominis esse uoluisset, 1518 A
quasi dicat: propter te suscepi, ingrate, quod tradis. en hypo-
crisin! ergo per interrogationem pronuntiandum puto, quasi
amantis adfectu corripiat proditorem: *Iuda, osculo filium*
*hominis tradis?* hoc est: amoris pignore uulnus infigis et
caritatis officio sanguinem fundis et pacis instrumento mortem
inrogas? seruus dominum, discipulus prodis magistrum, electus
auctorem? hoc est illud: *utilia uulnera amici quam* B
*uoluntaria oscula inimici.* proditori hoc, pacifico uero
64 quid dicitur? *osculetur me ab osculis oris sui. et*
*osculatus est,* non quo simulare nos doceat, sed ut neque
proditionem refugere uideretur et plus adficere proditorem,
cui amoris officia non negaret; scriptum est enim: *cum*
65 *odientibus pacem eram pacificus.* et signo dato inquit
22, 52—54 ab his qui cum fustibus uenerant conprehenditur. sed dominum
omnium mysteria, non arma tenuerunt. denique locutus est C
et ceciderunt retrorsum. quo mihi legiones angelorum, quo
caelestem exercitum? uox domini sola plus terret. hanc ille ad
demonstrandum diuinae maiestatis indicium qui in pectore
Christi recumbebat elegit. uolenti ergo inicit manus turba,
nectuntur uincula. o amentes, o perfidi! non sic conprehenditur
sapientia, non sic tenetur iustitia.

9 Prouerb. 27, 6  11 Cant. 1, 1  12 Matth. 26, 49  14 Ps. 119, 6  15 Matth. 26, 47 sqq.  17 Ioh. 18, 6  18 Matth. 26, 53  21 Ioh. 13, 25; 21, 20

3 suscepit *L et* (t *eras.*) *P*π  ein *X* (e *exp. O*π*V*) in *G*γ *et* (*ex* en) *ET*  hypocrisin *G*γ *et* (n *s. u. m2*) *P* ypocrisin *V* hypocrisi *ET* (*in quibus* si *ex* sin) *cet.*  5 effectu *v*  iudas *v*  6 infigis *PGLX* infligis *αBCE*γ*T, cf. Uerg. Aen. IIII 689*  7 et *s. u. m2 P*  8 prodit *PL*  electum (s *s.* m *m2*) *v*  9 utilia (ora *s.* a *m. rec.*) *T*  10 uero *vBC*χ (*s. u. G*) uerbo *α* uiro *X* autem *PL*  11 osculo *vG*γ*X*  12 quod *PL*  deceat *P* (*in mg.* ł doceat *m3*) *vBL*  13 adficere *αCX* afficere adficeret *cet.*  14 quia scriptum est (*om.* enim) χ  16 iis *v*  19 caelestis exercitus *PL*  21 turbae (e *add. m3*) *P*  22 amentes *CX et m2 PαBE* amantes *cet.*  23 nec *X*χ

66 Nec discipulorum studia defuerunt. denique Petrus eruditus D
22, 49—51 in lege, promtus adfectu, qui sciret Fineae reputatum ad
iustitiam quod sacrilegos peremisset, percussit principis seruum.
sed dominus uulnera cruenta detorsit, mysteria diuina subiecit,
ut seruus principis mundi, hoc est non naturae condicione
sed culpae saecularium famulus potestatum, auris suae uulnus
exciperet, quia non audisset uerba sapientiae. omnis deinde
qui facit peccatum seruus est peccati. peccatis
inquit uestris uenditi estis. uenditio propter peccata
nostra, propter bonitatem autem dei redemtio peccatorum. E
aut si Petrus uolens percussit aurem, docuit quod aurem
habere in specie non deberent, quam in mysterio non haberent.
22, 51 sed bonus dominus et ipsi refundit auditum secundum prophetica
dicta demonstrans et ipsos, si conuertantur, posse
sanari qui in passione domini uulnerati sunt, eo quod omne
67 peccatum fidei mysteriis abluatur. tollit ergo Petrus aurem.
quare Petrus? quia ipse est qui accepit claues regni caelorum; F
ille enim condemnat qui et absoluit, quoniam ligandi idem
et soluendi adeptus est potestatem. tollit autem aurem male
audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiorem male
intellegentis.
68 Caueamus ne cui tollátur auricula. legitur passio domini: 1519 A
si ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporeae passionis,
exciditur auricula et exciditur a Petro, qui non passus est
Christum prophetam aestimari, sed dei filium docuit fideli

2 Ps. 105, 30 sq. 3 Matth. 26, 52 7 Ioh. 8, 34 8 Esai. 50, 1 13 Esai. 6, 10 17 sqq. Matth. 16, 19 25 Matth. 16, 14 sqq.

2 fineẹ *αCχ* finee *v* fine* *B* fine *P* (-es *m3*) *L* finees *X* 4 sed dominus ... *u. 16* abluatur *om. v* 6 aurem *P* (-es *m2*, -is *m3*) *L* 7 audis *X* uerbo (ṽ *s.* o *m2*) *P* deinde] denique *PBL* 12 quam in] qm̃ *X* haberent *αCXχ* habebant *PBL* 14 sic (c *eras.*) *P* 15 dĩ *X* omnem *P* 16 tollet *X* (*item u. 19*) 22 legitur passioni (ni *s. u.*, *sed del.*) *v* legimus passio *P* (-onĕ *m2*) *L* 23 referemus *P* (-inius *m2*) *LX*

confessione signari. ergo cum legimus teneri Iesum, caueamus
ne ab aliquo audiamus, et putemus eum secundum diuinitatem
teneri, teneri inuitum, teneri quasi infirmum. tenetur quidem
et, ut dixit Iohannes, ligatur secundum corporis ueritatem, B
sed uae illis qui ligant uerbum! ligant enim qui tantummodo
Christum hominem putant, ligant qui praescium non putant,
qui omnipotentem non confitentur. mala uincula Iudaeorum,
quibus non Christum ligant, sed se ipsos adligant. ligatur
22, 54 autem in domo non pii alicuius et iusti, sed in domo Caiphae,
hoc est in inpia domo, ubi etiam moriturus pro omnibus
prophetatur. quam amentes igitur qui beneficia confitentur et
69 beneficiorum auctorem persecuntur! ideo aurem perdunt, quia C
perdiderunt auditus profectum. multi non habent qui habere se
credunt. in ecclesia omnes habent, extra ecclesiam non habent.
aut fortasse ideo aurem tulit, ne amplius delinquerent
audientes, qui audita seruare non possent. sic et aliquando
confudit dominus linguas exstruentium turrem, ne se audirent
70 et opus suae inpietatis augerent. conprehende, si potes, quo- D
modo ad dexterae salutaris adtactum fugiat dolor et uulnera
non medicamento aspersa, sed tactu obducta sanentur. opera-

4 Ioh. 18, 12 10 Matth. 26, 57 Ioh. 18, 24 11 Ioh. 11, 50; II Cor. 5, 15 16 Gen. 11, 7 sqq. 20 Gen. 2, 7; cf. Iob 36, 3

1 *post* caueamus *repetit* teneri ihm caueamus *v* 3 teneri *ante* quasi *om. X* teneatur quidem *X* 4 iohannis *P* (-es *corr.*) *L* 6 tunc ligant *P* (tunc *del. m3*) *L* 8 xpm *in mg. m3 P* ligant] conligant (con *del. m3*) *P* 9 in *om. X* (*s. u. m2 V*) pii (i *alt. s. u.*) *P* 10 in impia (im *s. u. m3*) *P* impia *Lπ* 11 prophetatur ihs xps dns noster *v, qui in his uerbis desinit* quam amantes (*s.* a *pr. est ras.*, e *m2 s.* a) *P* quam ea manantes *L* beneficia diuina *γTX et m3 s. u. P* 12 persequantur auctorem *α* persequuntur *FOLV* 13 auditum *C m2 E m2 V m2* auditur *L* profetatum (-fectum *m2*) *P* profecto (o *alt. ex* um *m2*) *CV* auditum *post* profectum *extra u. m2 C* habent qui *bis scriptum in P* (*corr. m2*) *L* quae *χ* 15 tollit *αX* 17 confundit *CX* deus *χ* turrim *P* (im *ex* em *m3*) *C* 19 dexteram *α m1 ETX* saluatoris *Cχ* adtactam (v *s.* a *tert. m2*) *P* et *om. X*

torem suum limus agnoscit et operatricem suam domini manum
sequitur caro; quomodo uult enim opus suum creator instaurat.
sic et alibi caeco illi uisus luto supra oculos inlinito, quasi
in naturam redierit, reformatur. iubere potuit, sed operari
maluit, ut cognóscamus ipsum esse qui e limo terrae corporis
membra nostri uariis apta formauit officiis et infuso uigore E
71 mentis animauit. uenerunt ergo et conprehenderunt eum grauius
perituri studii sui fructu nec intellexerunt infelices mysterium
nec uenerati sunt tam clementem pietatis affectum, quod etiam
hostes suos non passus est uulnerari. illi iusto mortem in-
72 ferebant, persecutorum uulnera iste sanabat. Petrus uero
22, 54 sq. sequebatur a longe. et bene a longe sequebatur iam F
proximus negaturo; neque enim negare potuisset, si Christo
proximus adhaesisset. sed fortasse et in hoc nobis maxima
sit admiratione reuerendus, quod dominum non reliquit, etiam
cum timeret. metus naturae est, cura pietatis. alienum quod
timet, suum quod non fugit. quod sequitur deuotionis, quod
negat obreptionis. conmune quod labitur, fidei quod paenitet.
iam in domo principis sacerdotum ignis ardebat; accessit
Petrus, ut calefaceret se, quia clauso domino calor mentis
73 etiam in ipso refrixerat. quid sibi uult quod prima eum prodit
22, 56 ancilla, cum uiri utique magis eum potuerint recognoscere, 1520 A
nisi ut et iste sexus peccasse in necem domini uideretur, ut
et iste sexus redimeretur per domini passionem? et ideo mulier
resurrectionis accepit prima mysterium et mandata custodit,
ut ueterem praeuaricationis aboleret errorem.

3 Ioh. 9, 6 19 Marc. 14, 54, Ioh. 18, 18 24 Ioh. 20, 14 sqq.

2 sequitur (tur *s. u.*) *P* sequi *L* 3 super *CT* inlinito *αCT et* (ni *s. u. m2*) *E* inlito *cet.* 4 operare *CGγX* 6 uigorē *PL* 13 proxime *PBL* negaturo *Xχ* negaturus *PαBL* negator *C* 14 forte *α* nobis maxima] nouissima *P* (u *ex* b *m2*) *L* 15 reuerendum *P* (s *s. m m2*) *L* 19 ardebit *P* (-at *corr.*) *L* 21 quod *X* 22 eum magis eum *X* (*pr.* eum *exp. V, alt.* π) potuerant *X* potuerunt *χ* 23 precasse (precessisse *m3 et s. m. rec.* peccasse) *P* 23 neces *P* (s *eras.*) *L* nece *X* 25 accipit *PB* custodiuit *PL* 26 ut et *χ* (et *eras. E*)

74 Petrus ergo proditus negat — ponamus enim negasse Petrum, 22, 57, 61 quia dixit dominus: *ter me negabis*, et malo negasse Petrum quam dominum fefellisse —; quid negauit? quod promisit B incaute. deuotionem considerauit, non respexit condicionem multatus, quia dixit se animam ponere, quod non humanae infirmitatis, sed diuinae est potestatis. cum tam grauem inprudentis sermonis multam luerit quanta est poena perfidiae!

75 Ubi tamen negat Petrus? non in monte, non in templo, non in sua domo, sed in praetorio Iudaeorum, in domo principis sacerdotum. ibi negat, ubi ueritas non est; ibi negat, ubi Christus captus, ubi Iesus ligatus est. C quidni erraret, quem intromisit ostiaria et interrogauit ostiaria Iudaeorum? male Eua induxit Adam, male Petrum introduxit femina; sed ille in paradiso labitur, ubi non ueniabilis culpa, hic in praetorio Iudaeorum, ubi difficilis innocentia. illi interdictus lapsus, huic praedictus error. ille commissus huic praeiudicauit, hic

76 illum resoluit. consideremus etiam quo in statu neget. *frigus erat*. si tempus consideremus, frigus esse non poterat; sed D frigus erat ubi Iesus non agnoscebatur, ubi non erat qui lucem uideret, ubi negabatur ignis consumens. frigus ergo erat mentis, non corporis. denique ad carbones stabat Petrus, quia algebat adfectu. mala flamma Iudaica: urit, non calefacit. malus focus, qui quandam etiam sanctorum mentibus fuliginem erroris aspergit, iuxta quem etiam Petri interiores oculi caligarunt, illi oculi non carnis et sanguinis, sed oculi mentis, E

2 Matth. 26, 34 5 Ioh. 13, 37 Matth. 26, 35 11 Ioh. 18, 16 sq. 17 et 21 Ioh. 18, 18 20 Deut. 4, 24, Hebr. 12, 29 21 Ioh. 18, 18 25 Matth. 16, 17

1 ergo] uero *L* 3 petro *X* 4 conditionem *P* 5 multatus (l *eras.*) *P* 6 graue *PL* 7 multas *PL* lueret *X* 11 Christus] ihs *α* ds *X* quidni *αBVm2* quid non *C* qui ni *OVm1* qui nisi *Fπ* quid nisi *PL* quomodo enim non *χ* 12 et *om. PL* *post* ostiaria *add.* et ostiaria *Xχ* 13 illa *PL* 17 in *αEγT, om. cet.* 18 esse] erat *P* (erat *del. et in mg.* esse *m2*) *L* 19 non *ante* erat *αCχ et s. u. m2 V, om. cet.* 22 affectum *αF et m1 GOV* calefecit *P* (a *s.* e *alt.*) *L* 23 quondam *αL* fugilem *P* (mū *m2 s.* gilem) *L*

77 quibus Christum uidebat. dicit aliquis: tu Iudaeorum etiam
elementa condemnas? non condemno elementa, quia non sunt
Iudaeorum, sed alia est quam condemno flamma perfidiae.
hanc flammam condemno Iudaeorum diuina secutus oracula;
dicit enim dominus: argentum uestrum reprobum est.
si argentum reprobum Iudaeorum est, et focus reprobus
Iudaeorum est. denique foco et auro Iudaeorum caput uituli F
figuratum est, hoc est sacrilegii principatus.

78 Sed uideamus negandi tenorem, quem inter euangelistas
uideo esse diuersum. ita nouum fuit Petrum potuisse peccare,
ut peccatum eius nec ab euangelistis potuerit conprehendi.
Petrum itaque prodenti ancillae quod ex illis esset qui cum
Iesu Galilaeo erant prima uoce Matthaeus posuit respondisse:
nescio quid dicas. hoc etiam Marcus, qui secutus est
Petrum et ex ipso potuit uerius cognoscere. prima uox negantis
est Petri, qua tamen non negare dominum, sed a proditione
79 se separasse mulieris uidetur. quid tamen negauerit considera. 1521 A
ex illis utique se esse qui cum Iesu Galilaeo erant uel, ut
Marcus posuit, cum Iesu Nazareno. numquid negauit cum
dei fuisse se filio? hoc est dicere: nescio Galilaeum, nescio
Nazarenum, quem dei filium noui. habeant homines locorum
uocabula, dei filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem

5 Hier. 6, 30  7 Exod. 32, 4 et 24  12 sqq. Matth. 26, 69 sq. 14 Marc. 14, 68  19 Marc. 14, 67

1 dicit *PαLχ* dicet *BCX*  tu *om. L*  iudeorum (iu *s. u. m2*) *P*  3 *post* Iudaeorum *add.* elementa, sed Christi *EγT* (sed Christi *in α quoque legitur*)  6 reprobum est iudaeorum *Xχ*  iudaeorum est reprobus *FOπ et corr. V*, *in quo primitus* iud. repr. est  8 figuratus *P* (-ū *m2*) *L*  9 in euangelistis *PBL*  12 petrum itaque *αC* itaque petrum *BLχ*, itaque *om. PX*  14 dicas (i *s.* a *m2*) *P*  sequutus *αFOV*  15 et] *om. B*, nec *G*  ex *s. u. m2 P*, *om. L*  agnoscere *PBL*  17 se separasse mulieris *χ* separasse mulieris *PBL et m1 α* separasse mulieres se *X* separasse mulieris se *m2 απV* mulieris se separasse *C*  19 nazareno *αχ*, *om. cet.*  20 fuisse se *P m1* (eum dī fuisse filium *m3*) *BLχ*  21 habeat hominis *X*  22 filium *α* (um *s. u. m2*) *CXχ* filii *cet.*  nuncupare *Cχ et m2 πV* nuncupari *αBO et m1 πV* non cupari *F* occupari (oc *eras. et s.* Ñ) *P*

locus nullus includit. et ut scias hoc uerum esse, etiam exemplo
probatur; nam alibi cum interrogaret dominus discipulos: B
quem me dicunt esse homines, filium hominis?
alii Helian, alii Hieremian dixerunt aut unum ex prophetis,
Petrus autem ait: tu es Christus filius dei uiui. num-
quid et ibi negauit quia Christum non hominis filium, sed
dei maluit confiteri? certe quid hic putamus ambiguum, quod
80 etiam Christus probauit? et aliud accipe. interrogatus enim
Petrus: et tu ex illis es qui cum Iesu Galilaeo erant?
uerbum aeternitatis refugit — non enim erant qui esse coe- C
perunt — hoc est dicere: ille solus erat qui in principio erat.
81 denique ait: non sum ego; illius est enim esse qui semper
22, 58 est. unde et Moyses ait: qui est misit me. rursus cum
urgueretur quod ex illis esset, secundum Marcum negauit, ut
scias euangelistam ueritati quam gratiae plus dedisse, sed
tamen negauit ex illis se esse, non Christum negauit. negauerit
hominum consortia, non dei gratiam. negauerit ex illis se esse
82 qui cum Galilaeo erant, non negauit cum dei filio. denique D
secundum Matthaeum proditus quod cum Iesu Nazareo fuisset
ait: nescio hominem. hoc idem et in tertia uoce uterque,
de quibus proposuimus, euangelistae cum iuramento eum
respondisse posuerunt quia nesciret hominem. et bene negauit
hominem, quem sciebat deum. denique ubi iusiurandum est,
cauta responsio est. nam etsi negauit Petrus, non tamen

3 sqq. Matth. 16, 13 sq. 16 9 Matth. 26, 69 11 Ioh. 1, 1 13 Exod. 3, 14; Marc. 14, 70 20 Matth. 26, 72; Matth. 26, 74, Marc. 14, 41

1 uerum hoc $\chi$ 2 discipulos (os *ex* us) *P* 3 me *om.* *B*$\chi$ esse dicunt *X* homines *om.* *P* (*de L non constat*) 4 helian *P* heliam *cet.* heremian *P* ex] de *G*$\gamma$ 5 numquit (t *s. u.*, d *m3*) *P* 11 solutus *P* (s *s.* ṭuṣ *m2*) *L* 13 rursum $\alpha$*X* 16 negauerit (a *s.* i) *E* negauerat $\gamma$ negauit *PL* 17 negauerit (er *eras.*) *P* negauerat $\chi$ 19 nazareo $\alpha$*BG* nazareno *P* (*sed* n *alt. s. u.*) *cet.* 21 euangelistae *P* (e *alt. eras.*) $\alpha$*BX* euangelista *cet.*

perierauit, quia nec dominus perieraturum esse memorauerat. E
quodsi in Petro dubium est, quam periculosum est iusiurandum!

83 Iohannes autem sic posuit quoniam interrogatus ab ancilla
Petrus utrum ex discipulis esset illius hominis prima uoce
responderit: non sum; non enim erat hominis apostolus, qui
erat Christi. denique et Paulus hominis apostolum se esse
negauit dicens: Paulus apostolus non ab hominibus
neque per hominem, sed per Iesum Christum et
deum patrem. sed ne uideretur ambiguum aliquod incar- F
nationis adferre, subiecit: qui suscitauit eum a mortuis,
ut et hominem credas, cum deum ante credideris. quod alibi
quoque eodem tenore custodit, ubi dicit: unus enim deus
et unus mediator dei et hominum homo Christus
Iesus. prius utique mediatorem dei quam hominum nuncupauit; 1522 A
non enim sat est utrumque credere, nisi fidei ordo seruetur.
84 concordat igitur ubique responsio; nam qui dixit: nescio
hominem, aequum erat ut interrogatus utrum esset ex
discipulis hominis diceret: non sum. itaque non Christi discipulum se negauit, sed hominis negauit esse discipulum. itaque
et Petrus et Paulus hominem negauerunt, quem dei filium
fatebantur. quod sensit Petrus et Paulus expressit; hinc et
ille profecit. error Petri doctrina iustorum est et titubatio B
Petri omnium petra est. denique super undas titubat, sed
dexteram porrigit Christo, in monte cadit, sed leuatur a Christo;
titubauit idem Petrus in mari, sed ambulauit. firmior titubatio

3 Ioh. 18, 17 7 et 10 Galat. 1, 1 12 I Tim. 2, 5 16 Matth. 26, 72 18 Ioh. 18, 17 23 Matth. 14, 30 sq. 24 Luc. 9, 34

1 perierauit *P* (r *pr. eras.*) α peierauit *BCG* periurauit *cet.* perieraturum *P* (r *pr. eras.*) α peieraturum *BCG* periuraturum *cet.* memorauerat (t *s. u.*) *P* 3 iohannis (-es *m3*) *P* 5 hominis erat *X* 6 et *om. X* esse *om. αX* 9 aliquid *EγT* 11 et *om. PLX* dō *X* dnm *C* 12 dn̄s *ET* 15 sat est *αCχ* satis est *X* est satis (satis *s. u. m3*) *P* est *BL* 20 et *ante* Petrus *om. EγT* 22 profecit (*m3* profecto) *P* proficit *BLχ* ei (i *pr. ex* e) *O* 24 montẹm *PFLOπ* 25 quidem χ infirmior (in *del.*) *P*

Petri quam nostra est firmitudo. ibi cadit, quo nullus ascendit,
ibi nutat, ubi nemo ambulat. et tamen inter undas licet titubat,
non labitur, nutat, non cadit, fluitat, non praecipitatur. et si
cecidit, in monte tamen cecidit, sed felicius ille cecidit quam C
85 alii steterunt, felicius cecidit, quem Christus leuauit. iterum
autem interrogatum quod ex discipulis eius esset Iohannes
scripsit negasse. et bene negauit, quia ex eius dicebatur esse
discipulis, quem hominem in superioribus sunt locuti. nam et
tertio quod cum illo uisus esset negauit, hoc et de superioribus
deriuatur: cum illo quem hominem nuncupatis non fui, sed a
87 dei filio non recessi. Lucas quoque scripsit Petrum interrogatum D
22, 57 utrum ex illis esset respondisse prima uoce: non noui illum.
et bene dixit. temerarium quippe erat, ut diceret quia nouerat
eum, quem mens humana non potest conprehendere; nemo
enim nouit filium nisi pater. rursus secunda uoce se-
22, 58 cundum Lucan idem Petrus ait: non sum ego; maluit uide-
licet se negare quam Christum. aut quia uidebatur negare
Christi societatem, utique se negauit. certe cum de homine
negat, in filium peccauit hominis, ut remitteretur ei, non in E
spiritum sanctum. tertio quoque interrogatus ait: nescio
quid dicas, hoc est: sacrilegia uestra nescio.
88 Sed nos excusamus, ipse non excusauit; non enim sat est
22, 60 inuoluta responsio confitentis Iesum, sed aperta confessio.
quid prodest uerba inuoluere, si uideri uis denegasse? et ideo
Petrus non de industria sic respondisse inducitur, quia postea

6 Ioh. 18, 25  14 Matth. 11, 27  18 Matth. 16, 13; 12, 32

1 quam] super aquam χ  2 natat *X* (*item u. 3*)  nullus *PBL* titubat (e *s.* a *m3*) *P* titubet *C*  3 cadet *Xγ*  fluctuat *X* fluit *PL* 4 sed felicius ille quem xps leuauit quam alii steterunt (*cet. om.*) *PBL* 6 iohannis (-es *m3*) *P*  8 loquuti *aFO et* (qu[v] *ex* c) *V*  9 quod (d *add. m2*) *P*  et hoc *ed. Rom.*  10 diriuatur *libri praeter PEm2 G* nuncupatis (is *in ras. ut uidetur*) *P*  16 lucan *P* lucam *cet.*  21 dicis (is *ex* as) *P*  22 ille γ  satis *P* (is *eras.*) χ  24 *ante* quid *add.* uis denegas (to *s.* s *m2; exp. m3*) *PL*  quid ... denegasse *om. L*  prode (e *eras.*) est *P*  uideris uis *P* (uis *eras.*) π (dicis *s.* uis *m2*) uidere uis *CFO* (*corr. m2*)  25 de *om. X*  indicitur *P* (in *del. m2*) *L*

recordatus est, et tamen fleuit. maluit enim ipse suum accusare F
peccatum, ut iustificaretur fatendo quam grauaretur negando
— iustus enim in principio accusator est sui — et
ideo fleuit. quare fleuit? quia culpa obrepsit ei. ego soleo
flere, si culpa mihi desit, hoc est si non me uindicem, si
non obtineam quod inprobe cupio; Petrus doluit et fleuit, 1523 A
quia errauit ut homo. non inuenio quid dixerit, inuenio quod
fleuerit. lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; sed quod
defendi non potest ablui potest. lauent lacrimae delictum,
quod uoce pudor est confiteri. et ueniae fletus consulunt et
uerecundiae. lacrimae sine horrore culpam loquuntur, lacrimae
crimen sine offensione uerecundiae confitentur, lacrimae ueniam
non postulant et merentur. inueni cur tacuerit Petrus, ne tam
cito ueniae petitio plus offenderet. ante flendum est, sic precan- B
89 dum. bonae lacrimae, quae lauant culpam. denique quos Iesus
22, 61 sq. respicit plorant. negauit primo Petrus et non fleuit, quia non
respexerat dominus. negauit secundo: non fleuit, quia adhuc
non respexerat dominus. negauit et tertio: respexit Iesus et
ille amarissime fleuit. respice, domine Iesu, ut sciamus nostrum
deflere peccatum. unde etiam lapsus sanctorum utilis. nihil C
mihi nocuit quod negauit Petrus, profuit quod emendauit.
didici cauere adloquia perfidorum. Petrus inter Iudaeos negauit,
90 Salomon contubernio gentili deceptus errauit. fleuit ergo et

3 Prouerb. 18, 17 15 Augustinus de gratia Christi 45, 49 (*bonae ... 19 amarissime fleuit*) 23 Reg. III 11, 4 sqq.

1 et (t *s. u.*) *P* accusasse *BL* 2 in negando *X* 4 quare] quiare (i *eras.*) *P* 7 inuenio quod] scio quod *Gratianus* 9 *post* lauent *add.* ergo *FO* 11 loquuntur *P et* (qu *ex* cu) *V* loquantur χ (u *s.* a *m2 E*) locuntur *cet.* 13 et] sed *EγT* meritum *X* tacuit χ 15 culpam lauant *Augustinus* 16 *post* plorant *add.* delictum *Cχ* *post* quia *add.* adhuc α 18 tertio et *PBL*, et *om. C* (*in quo* respexit eum ihs) 20 deflere peccatum *om.* α delere *X* *post* peccatum *add.* lauare delictum *EγT* nil (*s. u. m. rec.*) mihi nocuit *B* mihi nil (nil *s. u. m2*) nocuit (c *s. u. m2*) *P* mihi noui id *L* 21 emen *P* (dauit *s. u.*) *L* 23 salomon (a *ex* o) *V* et *eras. P*, *om.* αχ

amarissime Petrus, fleuit ut lacrimis suum posset lauare
delictum. et tu si ueniam uis mereri, dilue culpam lacrimis
tuam; eodem momento, eodem tempore respicit te Christus.
si in aliquo fortassis labaris, quia secretorum tuorum testis
adsistit, respicit ut recorderis et fatearis errorem. imitare D
Petrum dicentem alibi tertio: domine, tu scis quia diligo
te. etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur, sed negauit
91 in nocte, confitetur in die. haec autem ideo scripta sunt, ut
sciamus neminem iactare se debere; nam si Petrus lapsus
est, quia dixit: etsi alii scandalizati fuerint, ego
non scandalizabor, quis alius iure de se praesumat? de-
nique et Dauid, quia dixerat: ego dixi in mea abundantia:
non mouebor in aeternum, eam sibi iactantiam obfuisse E
profitetur dicens: auertisti faciem tuam a me et factus
sum conturbatus.
92 Unde te euocem, Petre, ut doceas me quid flens cogitaueris?
unde inquam te euocem? de caelo, ubi iam choro insertus es
angelorum, an etiam de tumulo, quia non putas iniuriam et
ibi esse, unde dominus resurrexit? doce nos quid tibi profuerint
lacrimae tuae. sed docuisti ilico; nam qui lapsus es, antequam
fleres, postquam fleuisti, electus es, ut alios regeres, qui te ipse 1524 A
93 ante non rexeras. habebat ergo lacrimas Petrus, pio quas
fundebat affectu, non habebat proditor fletus, quibus culpam

6 Ioh. 21, 15 8 Augustinus de gratia Christi 45, 50 (*'nam si Petrus' inquit 'lapsus'* ... 15 *conturbatus*) 10 Matth. 26, 33 12 et 14 Ps. 29, 7 sq.

1 fleuit ... 3 tuam *om. PBLX* posset *Costerius* possit αχ, *om. C, in quo* lauaret (t *m2*) 2 lacrimis culpam *C* 3 respexit *P* (respicit *m2*) *L* 4 fortasse *C*χ labaris α*C et* (b *ex* u) *G*, (*ex* lauares *m2*) *B* laberis *ET et* (*in quo* laberis fortasse) γ laboris *X* (-aris *m2 V*) laboras *PL* adsistit testis χ 8 dicta *Gratianus* sunt *PBLX* (*add.* π *m2*) 9 se iactare α*ETX* 10 qui *ed. Rom.* sed non ego (*om.* scandalizabor) *C* 11 iure *om. PL* 12 et *om. Augustinus* 13 eam] suam *Augustinus* 14 confitetur *Gratianus* *ante* faciem *add.* autem χ a me *om. PBL* 19 *post* unde *add.* et α*X* 21 erectus *E*γ*T* alios regere *PL* (*om.* ut)

ablueret, sed tormenta conscientiae, quibus sacrilegium fateretur,
ut dum suo reus iudicio damnatur et spontaneo supplicio
facinus expiatur, pietas domini, qui se ipse nollet ulcisci, et
diuinitas probaretur, qui conscientiam mentis inuisibili potestate
94 interrogaret. peccaui inquit, quod tradiderim san- B
guinem iustum. etsi cassa est paenitentia proditoris, quia
peccauit in spiritum sanctum, est tamen ullus in scelere pudor
culpam agnoscere. et quamuis ille non absoluitur, Iudaeorum
tamen inpudentia confutatur. quos cum professio redarguat
uenditoris, scelerati tamen sibi uindicant iura contractus et
exsortes reatus esse se credunt, dum dicunt: quid ad nos?
tu uideris. amentes plane, qui putent solui se magis auctoris C
scelere quam teneri. in pecuniariis causis refuso pretio ius
soluitur: hi pretium recipiunt et sacrilegium persequuntur ac
pertinacibus studiis funestam sibi uindicant sanguinis auctionem,
95 cum refunderet uenditor sacrilegii mercedem. euidenter itaque,
dum pretium sanguinis a Iudaeorum gazophylaciis separatur
et ager figuli ea qua uenditur Christus conparatur pecunia,
dum is locus humandis peregrinorum reliquiis dicatur, et D
prophetiae inpletur oraculum et surgentis ecclesiae mysterium
reuelatur. ager enim secundum diuina praecepta mundus hic
omnis est, figulus autem ille qui nos formauit e limo, de
quo habes in ueteri testamento quia finxit deus hominem
de limo terrae, formandi per naturam, reformandi per
gratiam habens pro suo arbitrio potestatem. nam etsi propriis

5 Matth. 27, 4 6 Matth. 12, 32 10 Matth. 27, 3 sq. 14 Matth. 27, 5 sq. 17 Matth. 27, 7 18 Zach. 11, 12; cf. Matth. 26, 15; 27, 7 21 Matth. 13, 38 23 Gen. 2, 7

1 aboleret *X* 3 *ante* pietas *add.* ut *αC* 8 et *om.* *X* 10 sibi (b *ex* u) *P* 11 reatus *PαBCL* reatu *χ* reos *X* 14 persecuntur *BCGγLπ* *et* (qu *ex* c) *V* ac] a *X* 15 cautionem *m2 ex* auctionem *Pα* 17 gazofilaciis *Pα* 18 ea quae *αL* aequa *X* 19 is] hic *α* his *P* et *om.* *χ* reliquiis (i *tert. s. u.*) *P* 20 profetia *P* prophetia *L* surgentes *P* (-is *m2*) *L* 22 de quo] unde *X* 23 uetere *P m1 L* (ueteri *P m3*) 25 habes (nt *s.* s) *P*

uitiis conruamus, per illius tamen misericordiam resumto
96 mentis spiritu secundum Hieremiae oracula reformamur. pretium E
quoque sanguinis est pretium dominicae passionis. ergo pretio
sanguinis emitur mundus a Christo; uenit enim ut saluetur
mundus per ipsum, in quo iuxta ut opus auctoris et ius est.
uenit ergo ut consepultos per baptismum et conmortuos Christo
ad perpetuitatis gratiam reseruaret. sed non passim omnibus
ad sepeliendum est locus; nam etsi omnes mundus includat, 1525 A
non omnes reseruat. etsi conmunis habitatio, tamen legitima
sepultura est eorum scilicet qui nunc sunt per fidem domestici
dei, sed fuerunt in lege peregrini. qui sunt isti nisi de quibus
dicitur: memores quod aliquando uos gentes, qui
eratis in carne alienati a conuersatione Israhel
et peregrini promissionis testamentorum? sed hi
nunc iam non sunt aduenae atque peregrini, quoniam ciues
esse sanctorum fidei iure meruerunt.
97 Sequitur admirabilis locus, quo subeundae aequanimiter B
iniuriae moralis infunditur patientia pectoribus humanis. accusatur dominus et tacet. et bene tacet qui defensione non indiget:
ambiant defendi qui timent uinci. non ergo accusationem
tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. quid enim
timeret, qui non ambiret salutem? salus omnium suam prodit,
ut adquirat omnium. sed quid de deo loquar? Susanna tacuit
et uicit; melior enim causa, quae non defenditur et probatur. C
et hic Pilatus absoluit, sed absoluit iudicio, crucifixit mysterio.
uerum hoc speciale Christi, illud humanum, ut aput iniquos

2 Hier. 18, 2 sqq. 4 Ioh. 3, 17 6 Rom. 6, 4 et 8, Coloss. 2, 12 11 Ephes. 2, 19 12 Ephes. 2, 11—13 14 Ephes. 2, 19 18 Matth. 27, 12 et 14 23 Sus. (Dan. 13) 35

2 reformatur $\chi$ 4 enim *om. X* 6 consepultus *αFOV* consepultis *C* 8 omnis *ETX* (-es *corr. V*) *et* (is *ex* es) *P* 12 memores estote *C* m. estis $\chi$ 14 hi *om. PBGL* 15 nunc *om. X* aduena *P* (*corr.* -ae) *L* 16 sanctorum esse $\chi$ 17 quod *P* 18 accusator (v *s.* o) *P* 21 timendo *PL* 22 omnibus *P* prodidit *PBLπ* 23 adquireret $\chi$ 26 speciale (i *in ras.*) *P*

iudices magis uideretur noluisse quam non potuisse defendi.
98 cur autem dominus tacuerit ipse praemisit dicens: si uobis
22, 67 sq. dixero, non creditis mihi; si uos interrogauero,
non respondebitis mihi. illud tamen praestantissimum,
quod maluit regem se probare quam dicere, ut condemnandi
causam habere non possent qui quod obiciunt hoc fatentur. D
99 Herode autem cupiente aliqua mirabilia eius uidere tacuit et
23, 8 sq. nihil fecit, quia nec illius crudelitas merebatur uidere diuina
et dominus iactantiam declinabat. et fortasse typice in Herode
omnes inpii significantur, qui si legi non crediderint et prophetis, mirabilia Christi opera in euangelio quoque uidere non
possint.

100 Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur. etsi uterque E
23, 11 reum non pronuntiant, alienae tamen crudelitatis studiis
obsequuntur. lauit quidem manus Pilatus, sed facta non diluit;
iudex enim nec inuidiae cedere debuit nec timori, ut sanguinem
innocentis addiceret. monebat uxor, lucebat in nocte gratia,
diuinitas eminebat: nec sic a sacrilega sententia temperauit.
101 similiter in hoc typum omnium iudicum arbitror esse praemissum, qui damnaturi essent eos quos innoxios aestimarent.
tolerabiliores tamen gentiles esse quam Iudaeos coniuncta
Pilato persona demonstrat et magis eos posse diuinis ad fidem
operibus admoneri. quales autem illi qui dominum maiestatis
102 crucifixerunt! nec inmerito homicidae absolutionem petunt, 1526 A
23, 18 sq. qui flagitabant innocentis exitium. tales leges iniquitas habet,

9 Ioh. 5, 46 sq. 15 Matth. 27, 24 17 Matth. 27, 19 23 I Cor. 2, 8

1 uideretur *PBCL* uidere *α* uideare *GX* uideatur *EγT* non *om.* *EγT* se defendi *X* 3 credetis *BCFOV* 5 diceret *X* 6 possent *P m3* *πχ* possint *P m1 cet.* (possit *L*) 8 credulitas *ETX* 9 declinabat (ba *s. u.*) *P* typice *om.* *PBLX* 10 si *in ras.* *P*, se *BL* 14 reum *αBCχ* rerum *P* (r *alt. eras.*) *L* dñi *O* *et* (*in mg.* dūm nrm) *FV* dnm nrm *π* praenuntiant *χ* 15 obsecuntur *πχ* *et* (qu *ex* c) *V* doluit (o *ex* e) *P* 18 temperabat *PL* 21 coniuncta (*s. m3* conuicta) *P* 22 pilato (i *s.* o *m2*) *V* pilati *χ*

ut oderit innocentiam, scelus diligat. in quo tamen nominis
interpretatio speciem dat figurae; Barabbas enim patris
filius latine dicitur. illi ergo quibus dicitur: uos ex patre
diabolo estis, uero dei filio patris sui filium antichristum
praelaturi esse produntur.
103 Et indutum illum ueste alba remisit. non otiosum B
23, 11 quod ueste alba induitur ab Herode inmaculatae tribuens in-
dicia passionis, quod agnus dei sine macula cum gloria mundi
peccata susciperet. in typo etiam Herodis atque Pilati, qui
23, 12 amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, plebis
Israhel populique gentilis figura seruatur, quod per domini
passionem utriusque sit futura concordia, ita tamen ut prius
populus nationum capiat dei uerbum et ad populum Iudaeorum
fidei suae deuotione transmittat, ut illi quoque gloria maiestatis C
104 suae corpus uestiant Christi, quem ante despexerant. clamydem
autem coccineam induitur a militibus et purpuream tunicam,
in altera designans martyrum palmas, in altera regiae potestatis
insignia, quod caro eius fusum toto orbe terrarum sanguinem
esset susceptura pro nobis et passio regnum paritura de nobis.
105 corona quoque de spinis capiti eius adnexa quid aliud quam
diuini operis munus ostendit, quod de peccatoribus mundi D
tamquam saeculi spinis triumphalis deo gloria quaereretur.
nec flagella uacant, quia flagellatus est ipse, ne nos flagella-
remur; homo enim in plaga et sciens ferre infirmitates

3 Ioh. 8, 44 8 Ioh. 1, 29 12 Ephes. 2, 13 14 Rom. 11, 30 sq. 15 Matth. 27, 28, Ioh. 19, 2 et 5 20 Matth. 27, 29, Ioh. 19, 2 23 Matth. 27, 26, Marc. 15, 15, Ioh. 19, 1 24 Esai. 53, 3 sq.

1 nomine *PL* 4 uere *P* (o *s.* e *alt. m3*) *L* 6 uestem albam *X* 7 herode de *P* (de *alt. del. m2*) *L* 8 dī/// *P* 9 quia *PLX* 11 populi (*om.* que) χ gentiles *P* (-is *m3*) *L* 12 passionem (s *pr. s. u.*) *P* 13 capiat uerbum dei *X* 15 clamydem *P* clamide *C*χ clamidem *cet.* 16 coccinea *C*χ purpurea tunica *C*χ 17 alteram *PL* alterum *X* alteram *PL* alterum *X* (altero *V m2*) 18 sanguinem (m *exp. m2*) *P* 20 capite *PL* capitibus (*om.* eius) *X* caput α adnixa *PL*π 22 spinis *s. m3 P* (*add.* ł) *et m2 V*, poenis *P m1 V m1 cet.* gloriae (*om.* deo) *X* 23 plaga constitutus *E*γ*T*

pro nobis dolet, a nobis, qui deum antea fugiebamus,
flagella detorquens, tam patiens dominus, ut fugitiuorum
uinculis proprias manus, fugitiuorum flagellis suum corpus
offerret. detestabili itaque mentis affectu honoratum tamen
Iudaei exitum produnt; nam et conpungentes coronant, inludentes E
adorant. etsi corde non credunt, quem perimunt confitentur.
illis defuerit boni operis adfectus, deo tamen suus non defuit
honor, qui salutatur ut rex, coronatur ut uictor, quasi deus
106 et dominus adoratur. harundo quoque uel secundum Matthaeum
conprehenditur manu eius, ut humana fragilitas iam non sicut
harundo moueatur a uento sed operibus Christi conroborata
fundetur et adfixo cruci chirografo, quod erat contrarium
nobis, sententia uetusta cessaret, uel secundum Marcum caput
eius percutit, ut solidata diuinitatis adtactu nostra condicio
nutare non possit.

107 Sed iam tropaeum suum uictor adtollat. crux supra umeros 1527 A
23, 26 inponitur ut tropaeum, quod, siue Simon siue ipse portauerit,
et Christus in homine et homo portauit in Christo. nec
discordant euangelistarum sententiae, quando concordat myste-
rium, et bonus ordo nostri profectus est, ut prius crucis suae
tropaeum ipse erigeret, deinde martyribus traderet erigendum.
23, 26 non Iudaeus est qui crucem portat, sed alienigena atque
peregrinus nec praecedit, sed sequitur, iuxta quod scriptum B
est: tolle crucem tuam et sequere me. non enim suam,
sed nostram crucem Christus ascendit. nec mors illa diuinitatis,
sed quasi hominis fuit. unde et ipse ait: deus, deus meus,
108 respice me! quare me dereliquisti? pulchre ascensurus

5 Matth. 27, 29 sq., Ioh. 19, 3 9 Matth. 27, 29 12 Coloss. 2, 14 13 Marc. 15, 19 17 Matth. 27, 32, Marc. 15, 20, Ioh. 19, 17 24 Luc. 9, 23 25 concil. Hispal. 2 c. 13 26 Matth. 27, 46 Ps. 21, 2

1 antea *aBOπ* ante *cet.* 4 detestabili (te *s. u.*) *P* 5 exitus *P* (-tiis *corr.*) *L* et] etsi *aB* 7 defuerit *PaCL* defuit χ defuerunt *BX* 10 tam (i *s.* ŧ *m3*) *P* 12 cirografo *P* erat] e re *X* 13 sententiae uetustas χ cessauit *X* 14 percutitur χ 16 super *C*χ 20 est *om.* *aEF*γ*TV* 21 ipse *om.* χ 26 unde] tunc demum *PL*

crucem regalia uestimenta deposuit, ut scias quasi hominem passum esse, non quasi deum regem, etsi utrumque Christus, quasi hominem tamen, non quasi deum cruci esse suffixum. sed milites non Iudaei sciunt quo tempore, qualia Christo C uestimenta conueniant. iudicio quasi uictor adsistit, ad passionem tamquam reus humilis uenit.

109 Nunc quoniam tropaeum iam uidimus, currum suum triumphator ascendat nec arborum truncis aut quadriiugis plaustris manubias de mortali hoste quaesitas, sed patibulo triumphali captiua de saeculo spolia suspendat. non hic reuinctis pos tergum bracchiis gentes nec excisarum urbium imagines oppidorumque captorum simulacra cernimus aut summissa D captorum regum colla miramur, qualis humanorum solet esse species triumphorum, nec uictoriae terminos regionis fine distinctos, sed ouantes populos nationum quaesitos non ad supplicium, sed ad praemium, reges liberis adfectibus adorantes, uoluntariis urbes studiis deditas et in melius reformatas imagines oppidorum, quas non fucus expresserit, sed deuotio colorauerit fidei, arma uictoriarumque iura toto orbe currentia, captiuum principem mundi et spiritalia nequitiae E quae sunt in caelestibus oboedientia inperio uocis humanae, subditas dominationes uariarumque uirtutum species, non sericis, sed moribus emicantes. fulget castitas, fides splendet et induta mortis exuuiis deuotio fortitudinis iam resurgit. unus dei triumphus fecit omnes prope iam homines triumphare,

20 Ephes. 6, 12   22 Coloss. 2, 15   25 II Cor. 2, 14; Coloss. 2, 15

5 adsistet *P* (-it *m2*) *α*   6 tamen tamquam *GT* tamen quasi *Eγ*   7 tropheam *BX* (v *s.* a π) trophea *CEγT*   8 quadrigaiugis *X* (ga *del. m2 O*, ł quadrigis *s. m2* π) quadrigis *PL*   plaustris (s *alt. eras.*) *P* plaustri *X*   9 hoste (e *ex* i *m2*) *P*   10 suspendat *ante* captiua *transponunt X*   hinc *PBL*   post *αBFL*   13 solent *P*   15 distinctus (us *ex* os) *P*   16 regis *PαBCX* (-es *corr.* π*V et m2* regem)   18 imaginem (m *alt. in ras. m2*) oppidorum (o *pr. in ras.*) *P*   fructus *X*   20 captiuum *P* (u *pr. s. u.*) captium *L*   25 unius (i *s. u.*) π unde *L*   triunphis (v *s.* i *alt.*) *P* triumphis *L*   triumphatores χ (ł re *s.* tores *E*)

110 crux domini. refert igitur considerare qualis ascendat. nudum
23, 34 uideo: talis ergo ascendat qui saeculum uincere parat, ut F
saeculi adiumenta non quaerat. uictus est Adam qui uestimenta
quaesiuit, uicit ille qui tegimenta deposuit. et talis ascendit
quales nos auctore deo natura formauit. talis in paradiso homo 1528 A
primus habitauerat, talis ad paradisum homo secundus in-
trauit. et ut non sibi soli, sed omnibus uinceret, manus ex-
tendit, quo omnia traheret ad se, ut nodo mortis exuta iugo
fidei suspensa caelestibus ea quae prius erant terrena sociaret.
111 Scribitur etiam titulus. solet praecedere pompa uictores:
23, 38 at uero currum domini triumphalem praeibat bona pompa
resurgentium defunctorum. solet etiam titulus subiugatarum
gentium numerum designare. sit in illis triumphis ordine B
quodam digesta miserabilis deuictarum, pereuntium contume-
liosa captiuitas nationum, hic redemtarum gentium uernat
gratia. digni tanto triumpho iugales, ut caelum terra maria
112 inferna a corruptela mutentur ad gratiam. scribitur autem
titulus et super crucem ponitur, non infra crucem, quia
principium super umeros eius. principium autem quod
est nisi sempiterna uirtus eius atque diuinitas? unde et ipse C
interrogatus: tu quis es? respondit: principium, quod et
loquor uobis. legamus hunc titulum. Iesus inquit Naza-
113 renus rex Iudaeorum. merito supra crucem titulus, quia
non humani corporis, sed diuinae potestatis est regnum quod
habet Christus. merito supra crucem titulus, quia licet in

2 Ioh. 19, 23 3 et 5 Gen. 3, 7 6 I Cor. 15, 47 19 Esai. 9, 6 21 Ioh. 8, 25 22 Ioh. 19, 19 24 Ioh. 18, 36

1 dni *P* ascendit *Bπ et* (a *s.* i) *V* 4 tegimenta *P* (v *s.* i *m2*) *G* (i *ex* u) *αCL* tegumenta *BEγT* integimenta *X* (in *exp. Oπ*, v *s.* i *alt. O*) 10 uictores *CGγ et* (i *s.* e) *απ* uictoris *PBFL et* (es *ex* is) *EOTV* pompa (*s. u. m2*) praeibat bona pompa *P* 13 in *om. PBL* 14 miserabili χ 15 uenerat *X* (*corr. OV*) 17 scribatur *X* 19 quid χ *et* (i *ex* o) *O* 20 eius *om. PBCL*, est eius *ET* atque] et *PBL* 21 tu *om. PBL* respondit *om. B* quod (i *s.* od, *eras.*) *O* qui *C* 22 inquit *om. Cγ* 23 super *Xχ* (*in mg.* supra *FV*) 25 super πχ

cruce erat dominus Iesus, supra crucem tamen regis maiestate
radiabat. uermis in cruce, scarabaeus in cruce. et bonus uermis, D
qui haesit in ligno, bonus scarabaeus, qui clamauit e ligno.
23, 34 quid clamauit? domine, ne statuas illis hoc peccatum.
23, 43 clamauit latroni: hodie mecum eris in paradiso. clamauit
quasi scarabaeus: deus, deus meus, respice me! quare
me dereliquisti? et bonus scarabaeus, qui lutum corporis
nostri ante informe ac pigrum uirtutum uersabat uestigiis,
bonus scarabaeus, qui de stercore erigit pauperem. erexit E
Paulum, qui aestimatus est stercora, erexit et Iob, qui sedebat
114 in stercore. non mediocris ergo titulus. ipse autem crucis
23, 33 locus uel in medio ut conspicuus omnibus uel supra Adae.
ut Hebraei disputant, sepulturam. congruebat quippe ut ibi
uitae nostrae primitiae locarentur, ubi fuerant mortis exordia.
115 Diuiduntur uestimenta, alii aliud sorte defertur; dei enim
23, 33 spiritus non humana opinione conprehenditur, sed quasi quodam
euentu inopinato inlabitur. et fortasse milites isti quattuor F
euangelistarum habeant typum, qui scripserunt titulum, quem
omnes legamus. lego titulum regis Iudaeorum, cum lego:
regnum meum non est de hoc mundo, lego causam 1529 A
Christi supra caput eius scriptam, cum lego: et deus erat
116 uerbum; caput enim Christi deus. isti ergo seruabant
Iesum et hodie seruant, ne cui forte labatur, ne cui de passione
descendat, quod petebat populus Iudaeorum. mihi plane Christus

2 Ps. 21, 7, Habac. 2, 11 6 Matth. 27, 46 9 Ps. 112, 7 10 Philipp. 3, 8 11 Iob 2, 8 12 cf. I Cor. 15, 45 sqq. 15 Matth. 27, 35 Ioh. 19, 23 sqq. 20 Ioh. 18, 36 21 Ioh. 1, 1, I Cor. 11, 3 22 Matth. 27, 36 24 Matth. 27, 40

1 super γπ 3 bonus et *EγT* bonus est *C* o bonus *OπV* *post* scarabaeus *add.* et bonus in cruce (*om.* qui) *PL* 5 in paradiso eris *PBL* 6 me] in me *L* 8 informat *PL* informet *X* (e *s.* et *O*) ac] quod *P* (*subter u. m2*) *om. L* 11 autem] tamen *L* 15 alii aliud *P* (: alii *et in mg.* : ł alia) *αBCGLT* alia aliud *cet.* 17 inopinato χ inopinatus *PBL* inopinanti *CX* (to *s.* nti *O*) inopinatius α IIII *PL* 18 habeant *E* (-bant *m2*) *T* (a *s. u.*) habent *LX* 21 eius] xpi χ 23 Iesum et] ibine *X* 24 discedat *PL* discendant π discendat *FO et* (desc. *corr.*) *O*

in passione moriatur, ut post passionem resurgat. noluit
descendere sibi, ut moreretur mihi. nobis ergo iam Christus
seruatur, propter nos diuiduntur uestimenta eius. non possunt B
singuli habere omnia et ideo super tunicam sors agitatur,
quia non pro hominis uoluntate diuisio fit spiritus sancti;
diuisiones enim gratiarum sunt, sed operatus est
117 spiritus, diuidens singulis prout uult. intuere nunc
Christi uestimenta diuisa. ubi illa quaeram? quaere in
Matthaeo, inuenies penes ipsum solum clamydem coccineam,
penes Iohannem uestem purpuream, penes Marcum purpuram
23, 11 tantum, penes Lucan uestem albam; hac enim sola pro sua C
fuit portione contentus. quantos itaque Christus sua ueste
uestiuit! puto autem quod non quattuor tantum, sed omnes
uestiuit milites et omnibus abundauit. sed reuertamur ad
118 euangelistas. istae itaque quattuor partes non partes uestium,
sed qualitates mihi uidentur esse uirtutum. alius enim de
regno sublimius scripsit, alius de hominis institutione diffusius.
Lucas nitorem sibi sacerdotalis uestis elegit, Marcus uerborum D
textum non desiderauit, denique Iohannes quasi quasdam
intexit sententias, quibus uestiat fidem nostram. nonne tibi
uidetur intextum illud: in principio erat uerbum et
uerbum erat aput deum et deus erat uerbum. hoc
erat in principio aput deum. omnia per ipsum
facta sunt? at uero Marcus tamquam purpurae fulgore
contentus sine ulla intextione uerborum initium inquit

4 Ioh. 19, 24 6 I Cor. 12, 6 et 11 8 Matth. 27, 28 10 Ioh. 19, 2 11 Marc. 15, 17 15 et 19 Ioh. 19, 23 21 Ioh. 1, 1—3 25 Marc. 1, 1

2 *post* descendere *add.* ne descenderet *et post* sibi *add.* sed χ 4 omnia habere *PL* tunica *BEγG m2 T* agitur *ETX* 6 est spiritus *om. X* 9 clamydem *PaBL* clamidem *cet.* 10 penes marcum purpuram *om. PL* 11 tantum penes lucam (lucam *del. m2 P*) marcum uestem albam *P* (*in quo* ƀ penes *et m3 in mg inf.* ƀ purpurā tantum penes lucā uestē) *L* lucan *PL* lucam *cet.* 13 *et* 15 IIII *PL* 15 istae] miste (*om.* quattuor) *X* (istę *m2 OV*); mixtę *m2* π) mysticae *B* 19 desiderabat *X* 23 et omnia *X* 24 fulgorem *P* 25 intentione *PL* inquit in euangelii *X*

119 euangelii Iesu Christi filii dei. ergo uestimenta diuisa E
sunt Christi uel gesta uel gratia, quia tunica non potuit
diuidi, fides scilicet, quoniam non pro portione singulorum,
sed pro iure conmunis est omnium; quod enim non diuiditur
120 singulis manet integrum. et bene desuper texta; sic enim
texitur fides Christi, ut de diuinis ad humana descendat, eo
quod ante saecula ex deo natus posteriore tempore susceptionem
carnis adsumpserit. significatur igitur nobis eo quod non F
debeat fides scindi, sed solida permanere.
121 Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in para-
23, 43 diso. pulcherrimum adfectandae conuersionis exemplum, quod
tam cito latroni uenia relaxatur et uberior est gratia quam 1530 A
precatio; semper enim plus dominus tribuit quam rogatur.
ille enim rogabat ut memor sui esset dominus, cum uenisset
in regnum suum, dominus autem ait: amen, amen dico
tibi, hodie mecum eris in paradiso; uita est enim
122 esse cum Christo, quia ubi Christus ibi regnum. cito igitur
23, 40 sqq. ignoscit dominus, quia cito ille conuertitur. unde et illud
23, 39 solui uidetur, quia alii duos conuiciantes inducunt latrones,
iste unum conuiciantem, unum rogantem. fortasse et iste B
prius conuiciatus est, sed repente conuersus est. nec mirum
si conuerso culpam ignoscebat qui insultantibus ueniam
relaxabat. potuit etiam pluraliter de uno dicere, sicut illud
est: adstiterunt reges terrae et principes con-
uenerunt in unum; solus enim rex Herodes et princeps

2 Ioh. 19, 24 4 Ephes. 4, 5 5 Ioh. 19, 23 14 Ephes. 3, 20
20 Matth. 27, 44, Marc. 15, 32 24 Ps. 2, 2, Act. 4, 26 25 Act. 4, 27

1 fili *FOV* filii *P* (i *tert. add. m3*) 2 quia *om. EγT, del. m2 O*
3 positione *PL* 4 communi *X* 5 retexta *X* (re *eras. O*, con *s.* re
π *m2*) textū *G* textā legitur *αET et* (texta) γ 6 texetur *X* descen-
dit *X* descendens *PL* 7 tempore *s. u. m3 P, om. L* 11 adferttandae
*P* (c *s.* rt) *L* conuersationis (at *exp. m3*) *P* quod (d *exp. m3*) *P*
12 relaxetur *PX* (-atur *m2 O*) 15 amen *alt. om. LX, del. m2 G*
amen ... tibi *om.* α 17 quia] ideo *ET* ibi uita *post* Christus *add.
ed. Rom.* *uerba* cito *usque ad* sus[cepit *p. 501, 19 om.* π 19 quia
(a *s. u.*) *P* duo *αG* 23 posuit *P* (t *s. u. m3*) *L* pluraliter de uno
dicere *αX* de uno dicere pluraliter χ de uno pluraliter dicere *PBCL*

Pilatus in apostolorum actibus conspirasse aduersus Christum
Petri uoce produntur. sic et ad Hebraeos habes: in caprinis
pellibus ambulabant, secti sunt et leonum molas C
obstruxerunt, cum solus Helias melotidem habuisse, Esaias
sectus esse, Danihel a leonibus intactus mansisse doceatur.
123 Quam exsecrabilis in facto iniquitas Iudaeorum, ut quasi
23, 40 latronem crucifigerent omnium redemtorem! bonus tamen in
mysterio latro, qui insidiatus est diabolo, ut uasa eius auferret.
mystice tamen latrones duo duos populos peccatores significant
per baptismum crucifigendos esse cum Christo, quorum dissensio
23, 33 diuersitatem pariter credentium signat. denique unus a sinistris, D
alter a dextris erat. increpatio quoque futurum crucis scan-
124 dalum etiam circa credentes reuelat. et acetum offerebant
23, 36 Iudaei. bene ad consummanda omnia et corruptio sinceritatis
hauritur, ut omnia cruci quae uitiata fuerant figerentur.
acetum itaque bibitur, uinum cum felle non bibitur, non quia
fel, sed quia admixtae uino amaritudines recusantur. nam
utique amaritudines uitae nostrae pro corporis condicione E
suscepit. denique ipse ait: dederunt in escam meam
fel et in siti mea potauerunt me aceto. sed sinceritati
non debuit amaritudo misceri, ut ostenderetur sine amaritudine
futura inmortalitas resurgentium, quae quoniam inmortalitas
in uase coacuerat humano, reparatur in Christo. ergo acetum
bibitur, hoc est uitium corruptae per Adam inmortalitatis
aboletur in calamo, ut de corpore absorberetur humano. nos

2 Hebr. 11, 37 et 33 4 sq. IIII Reg. 1, 8 Daniel 6, 23 8 Luc. 3, 27 13 Gal. 5, 11 16 Matth. 27, 48 et 34 19 Ps. 68, 22 25 Matth. 27, 48

1 aduersum *X* 3 ambulabunt (a *s.* u *alt. m3*) *P* leonis *PL* 4 melotidem (id *eras.*) *P* melotem *X* et esaias *PL* 5 a *om. PBL* 6 ex*secrabilis (e *eras.*) *P* 9 duo duos *P m2 γOπ* duos duos *V* duos *αBEFGT* duo *P m1 CL* significatur *BL et* (-ant *m2*) *PG* significantur *αFV et* (ur *eras.*) *ET* 10 dessensio (i *s.* e *pr. m3*) *P* 12 erant *αBCOV* 16 itaque] quippe *ET* 17 amaritudines (i *alt. ex* o) *P* 18 conditione *P* 19 esca mea *GγX* 23 reparatur *Bχ* separatur *α* (s *ex* r) *cet.* in *alt.*] a *α* 24 inmortalis *X* mortalitatis *αC* 25 absolueretur *αχ*

quoque uitia nostra per incuriam mentis corporisque concreta F
transfundamus in Christum, transfundamus per baptismum,
ut crucifigamur in Christo, transfundamus per paenitentiam,
ut ab illo nobis uini sanguinisque caelestis incorrupta sinceritas
refundatur.

125 Denique ubi acetum bibit, consummata sunt inquit omnia, 1531 A
eo quod adsumtae mortalitatis inpletum esset omne mysterium
et exhaustis omnibus uitiis inmortalitatis sola laetitia reman-
126 sisset. et ideo ait: in manus tuas, domine, conmendo
23, 46 spiritum meum. et bene conmendatur spiritus, qui reser-
uatur; quod enim conmendatur utique non amitittur. bonum
ergo pignus est spiritus, bonum depositum. unde et ille ait:
o Timothee, bonum depositum custodi. conmendatur B
enim patri spiritus et ideo ait: quoniam non derelinques
in inferno animam meam. uide autem magnum mysterium.
nunc conmendat in manibus patris spiritum suum, nunc in
patris gremio sedet, quia totum alius non capit Christum.
denique ego inquit in patre et pater in me. conmendatur
ergo patri spiritus. sed cum sit in superioribus, inluminat et
inferna, ut uniuersa redimantur; etenim Christus omnia
et in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur. C
caro moritur, ut resurgat, spiritus patri conmendatur, ut
caelestia quoque ab iniquitatis uinculo soluerentur et pax
127 fieret in caelo, quam terrena sequerentur. et hoc dicto
23, 46 tradidit spiritum. et bene tradidit, qui non inuitus
amisit. denique Matthaeus ait: emisit spiritum; quod

1 Matth. 27, 48 3 Galat. 6, 14 6 Ioh. 19, 30 13 II Tim. 1, 14 14 Ps. 15, 10 18 Ioh. 14, 10 19 concil. Hispal. 2 c. 13 20 Coloss. 3, 11 26 Matth. 27, 50

2 xpo *PL* 6 bibit (i *alt. ex* e) *P* 7 adsumptae mortalitatis *αC ct E m2* adsumpta (adsumta *P m1,* absumpta *P m3 B*) mortalitate *PBL* adsumpta (absumpta *V m2*) mortalitas *E m1 cet.* esset *om. χ* (*s. u. m2 E*) 9 domine *om. χ* 10 seruatur *C* 12 ergo] enim *PBL* 14 derelinquis *P* (n *s. u.*) *BLX* 16 patre (-is *m2*) *P* 19 patris *L et* (s *eras.*) *PV* et *om. αX* 20 ut] uelut *X* 25 quia *χ et* (a *s. u. m2*) *π* 26 amisit] emisit *ed. Rom.*

enim emittitur uoluntarium est, quod amittitur necessarium.
propterea addidit: magna uoce. in quo uel professio gloriosa D
usque ad mortem se pro nostris descendisse peccatis — ergo
nec ego erubescam fateri quod Christus non erubuit magna
uoce profiteri — uel euidens manifestatio contestantis dei succes-
sionem diuinitatis et corporis. sic enim habes: clamauit
Iesus uoce magna dicens: deus, deus meus, respice
me! quare me dereliquisti? clamauit homo diuinitatis
separatione moriturus. nam cum diuinitas mortis libera sit,
utique mors esse non poterat, nisi uita discederet, quia uita E
diuinitas est.

128 Iam quae secuntur ostendunt quia propter inpietatem hominum
finis saeculi sit futurus. itaque significatur per domini passionem
23, 44 occasura praesentia, ut oriantur futura. tenebrae igitur offusae
sunt oculis perfidorum, ut fidei lumen resurgeret. sol occidit
sacrilegis uel refugit, ut funesti spectaculum sceleris obumbraret.
petrae fissae sunt, ut per praerupta saxorum ostenderetur
futurum, quoniam uerbi uis pectorum dura penetraret, quo F
facilius ex cauis petrarum illi uenatores, quos Hieremias prae-
dixit, domino uenarentur. monumentorum autem reseratio quid
aliud nisi claustris mortis effractis resurrectionem significat
mortuorum, quorum in aspectu fides, in processu typus, quod
in sanctam prodeundo ciuitatem praesentium specie declarabant
in illa Hierusalem quae in caelo est futurum perenne deuersorium
23, 45 resurgentium? etiam uelum scinditur, quo uel duorum popu- 1532 A

2 Matth. 27, 46 6 Matth. 27, 46 14 Matth. 27, 45 17 Matth. 27, 51 19 Hier. 16, 16 20 Matth. 27, 52 22 Matth. 27, 53 Apoc. 11, 2 24 Hebr. 12, 22 25 Matth. 27, 51

2 uoce magna χ in quo] in qua χ inmo (m *s.* n *m3*) *P* immo *L* 3 discendesse (*corr. m3*) *P* *post* peccatis *add.* adnuntiat χ 4 uoce magna *EγT* 7 respice in me *CL* 10 descenderet *P* (i *s.* e, n *eras.*) *L* 12 sequuntur *αFO et* ($\mathrm{qu}^{v}$ *ex* cu) *V* 13 futuris *P* (v *s.* i) *L* 15 refulgeret χ *et m2 V* 16 refulgit *X* funestis *X* 17 scissae *CTL* sissae *B* cissae γ 18 uerbis (*om.* uis) *PL* pectora *C* 20 dnm *PL* 20 uenerantur *L* 24 deuersorium (diu. *m3*) *P* deuorsorium *B* diuorsorium *α* diuersorium *cet.* 25 quod *αFOV*

lorum diuisio uel mysteriorum synagogae profanatio declaratur.
scinditur ergo uelum uetus, ut ecclesia noua fidei suae uela
suspendat. synagogae uelamen aufertur, ut religionis interna
23, 47 mysteria reuelato mentis cernamus obtutu. denique iam etiam
centurio dei filium quem crucifixerat confitetur. o duriora
saxis pectora Iudaeorum! finduntur petrae, sed horum corda
durantur. iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum B
morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta
reserantur, Iudaeorum tamen inmobilis duritia manet orbe
concusso.

129 Stabant autem mulieres haec uidentes, stabat et mater,
23, 49 cum studio pietatis sua pericula posthaberet. sed et dominus
suspensus in cruce, qui sua pericula contemneret, pio matrem
conmendabat affectu. quod non otiose Iohannes pluribus pro-
23, 45 secutus est; alii enim mundum descripsere concussum, caelum C
tenebris obductum, refugisse solem. addiderunt Matthaeus et
Marcus, qui humana atque moralia uberius prosecuti sunt:
d e u s, d e u s m e u s, r e s p i c e m e! q u a r e m e d e r e l i q u i s t i?
ut ad crucem Christi susceptionem peruenisse crederemus
23, 43 condicionis humanae. Lucas autem conpetere euidenter adseruit
23, 36 latroni ueniam sacerdotali intercessione donatam et Iudaeis
persequentibus eodem munere indulgentiam postulatam. Io- D
hannes ergo, qui plenius diuina penetrauit mysteria, non
inmerito laborauit, ut quae deum generauerat mansisse eam
uirginem declararet. solus ergo me docet quod alii non do-
cuerunt quemadmodum in cruce positus appellauerit matrem

3 II Cor. 3, 14 4 Matth. 27, 54 7 Matth. 27, 5 12 Ioh. 19, 26 sq. 15 Matth. 27, 51 Marc. 15, 33 15 sqq. cf. epist. 63, 109 et 110 16 Matth. 27, 46 Marc. 15, 34 Ps. 21, 2 22 Ioh. 19, 26 sq.

8 uoluntaria morte *Eγ T* 9 urbe concussa *X* 12 sed ... contemneret *inter uersus m3 P, om. L* et *om. P (m3) X* 13 crucem quia *X* *post* pericula *add.* pro poena *αγ* 15 discripsere *BX* caelis *PL* 17 mortalia *CEγT* ut uerius *P* (*corr.* uberius) *L* 18 respice in me *L* 25 alii me *PL, cf. epist. 63, 109* 26 crucem *αX*

pluris putans quod uictor suppliciorum atque poenarum, uictor
diaboli pietatis officia diuidebat quam quod regnum caeleste
donabat. nam si religiosum est quod latroni uenia donatur a
131 domino, multo religiosius quod mater honoratur a filio. nec E
praeposterum iudicetur quod prius latronis absolutionem quam
matris appellationem scripsi; qui enim uenerat saluos
facere peccatores non absurdum si prius in meis scriptis
susceptum munus in redimenda salute peccatoris inpleuit.
denique ipse ait: quae est mater mea et qui fratres
mei? quia non uenerat uocare iustos, sed peccatores. sed ibi
pro loco, hic et in cruce non inmemor matris appellat eam
dicens: ecce filius tuus et Iohanni: ecce mater tua. F
testabatur de cruce Christus et testamentum eius signabat
Iohannes, dignus tanto testatore testis. bonum testamentum
